


ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΑΠΑΝΤΑ.

MAGNI

HIPPOCRATIS
OPERA OMNIA.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

TOMVS III.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1827.

MEDICORVM GRAECORVM

OPERA

QVAE EXSTANT.

EDITIONEM CVRAVIT

D. CAROLVS GOTTLOB KÜHN

PROFESSOR PHYSIOLOGIAE ET PATHOLOGIAE IN LITERARVM VNIVERSITATE LIPSIENSI PVBLICVS ORDINARIVS ETC.

VOLVMEN XXIII.

CONTINENS

HIPPOCRATIS COI T. III.

LIPSIAE

PROSTAT IN OFFICINA LIBRARIA CAR. CNOBLOCHII

1827.

1866, Dec: 18.
Salisbury Fund.

CONTENTA TOMI III.

		Pag.
1.	De his quae uterum non gerunt.	1
2.	De videndi acie.	42
3.	De officina medici.	48
4.	De fracturis.	64
5.	De articulis.	135
6.	Vectiarius.	270
7.	De ulceribus.	307
8.	De fistulis.	329
9.	De haemorrhoidibus.	340
10.	De capitis vulneribus.	346
11.	De foetus in utero mortui exectione. . . .	376
12.	De corporum resectione.	379

Pag.

13. De morbis vulgaribus lib. I. 382
14. — — — — II. 444
15. — — — — III. 467
16. — — — — IV. 511
17. — — — — V. 545
18. — — — — VI. 583
19. — — — — VII. 631
20. Aphorismi. 706
21. Epistolae. 769
22. Sorani vita Hippocratis. 850
23. Index. 860

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΦΟΡΩΝ.

Ed. Chart. VII. [843.] Foes. I. 675. Ed. Lind. II. (615. 616.)

Περὶ μὲν τῶν γινομένων τῇσι γυναιξὶν ἐφ᾽ ἑκάστοισι τῶν παθημάτων πρότερον εἴρηται. νυνὶ δὲ ἀποφανέω δι᾽ ἃς αἰτίας ἄφοροι γυναῖκες τὸ πάμπαν, καὶ διότι οὐ τίκτουσι πρὶν ἰηθῶσι. φημὶ δὲ τοῦτο αἴτιον εἶναι. ἢν στραφῇ τὸ στό(616)μα τῶν μητρέων πάμπαν ἀπὸ τοῦ αἰδοίου, οὐ κυΐσκουσιν. οὐ γὰρ δέχονται αἱ μῆτραι τὴν γονὴν, ἀλλ᾽ ἔξω αὐτίκα ἔρχεται. γίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἢν ὀλίγον παραστραφῇ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων ἀπὸ τοῦ αἰδοίου παρὰ φύσιν καὶ ἢν μεμύκῃ τὸ στόμα τῶν μητρέων πάμπαν, οὐδ᾽ οὕτως

HIPPOCRATIS DE HIS QVAE VTERVM NON GERVNT LIBER.

Ac de his quae mulieribus in singulis affectionibus contingunt, ante quidem dictum est, nunc autem quas ob causas mulieres prorsus sint steriles, aut quamobrem, nisi curentur, parere nequeant, mihi aperiendum. Hanc autem istius rei causam esse assero. Si uterorum os a pudendo penitus aversum fuerit, non concipiunt. Neque enim uteri genituram excipiunt, sed confestim foras prodit. Quod etiam contingit, si os uterorum praeter naturam paulum perversum sit. Quod si prorsus conniveat uterorum os,

Ed. Chart. VII. [843. 844.] Foes. I. 675. Ed. Lind. II. (616.)

δέχονται, οὐδ' ἢν ἀρμοῖ μεμύκῃ μᾶλλον ἢ δεῖ. δῆλον δὲ τουτέων ἕκαστόν ἐστι τῶν εἰρημένων. [844] ἢν μὲν γὰρ ἀπεστραμμένον ᾖ πάμπαν ἢ μεμυκὸς, τὰ καταμήνια οὐκ ἔρχεται τὸ παράπαν, ἢ ἔρχεται βιαίως ξὺν νούσῳ, ἢν βιάσηται τὸ αἷμα τὰς μήτρας στραφῆναι κατ' ἦθεα. κἢν ἀποκαθαρθῇ ἡ γυνὴ, ἔστιν ὅτε αὐτῆς ἀποστρέφεται τὸ στόμα τῶν μητρέων ἀπὸ τοῦ αἰδοίου. ἢν δὲ ὀλίγον παρακεκλιμένον ᾖ ἀρμοῖ μεμύκῃ, χωρέει μὲν τὰ καταμήνια, χωρέει δὲ βιαίως καὶ κατ' ὀλίγον ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. ταῦτα δὲ πάντα δῆλα γίνεται, εἰ οὕτως ἔχει, ψηλαφώσῃ γυναικὶ, καὶ ἤν τούτων τι ᾖ, μελεδανθεῖσα ἡ γυνὴ φορὰς γίνεται· ἔστι δὲ καὶ ὅτε αὐτομάτη. τούτων δὲ ἕκαστον διότι γίνεται, εἴρηται δὲ ἐν τοῖσι γυναικείοισι νουσήμασιν. ἢν δὲ λεῖαι ἔωσιν αἱ μῆτραι, γίνεται δὲ τοῦτο καὶ φύσει ἐνίῃσι, καὶ ἢν ἕλκεα ἐγγενόμενα μεγάλας οὐλὰς ἐγκαταλίπῃ, καὶ ἢν λεῖαι ἔωσιν, οὐ λαμβάνει ἡ γυνὴ ἐν γαστρί. τὴν γὰρ γονὴν δέχονται μὲν αἱ μῆτραι, ἢν μή τι αἴτιον ἄλλο ᾖ, ξυλλαμβάνουσιν δὲ οὐ, ἀλλὰ τὸν σπόρον ἔξω χαλῶσι. δῆλον δὲ μάλιστά ἐστι ψηλαφώσῃ, καὶ εἰρο-

neque sic uteri genituram excipiunt, ut neque si plus quam conveniat recenter conniveat. Quae commemorata singula patent. Etenim si prorsus aversum aut connivens fuerit, menses nullo modo vel non nisi violenter et cum morbo prodeunt, si coactus fuerit uterus a sanguine pro more converti. Ac etiamsi mulier repurgata fuerit, interdum et uterorum os a pudendo avertitur. Quod si paulum declinet, aut derepente conniveat, menses quidem prodeunt, sed cum vi et paulatim per multos dies. Quae omnia ita se habere contrectanti mulieri manifesta sunt, et si quid ex his contigerit, cura adhibita, mulier foecunda redditur, idque etiam quandoque sponte. Quae singula cur contingant, in morbis muliebribus dictum est. Si uteri lubrici fuerint, id autem quibusdam natura contingit, et si innata ulcera magnas cicatrices intus reliquerint, mulier utero non concipit. Genituram enim uteri quidem excipiunt, nisi alia quaedam causa subsit, non tamen concipiunt, sed semen foras elabi sinunt. Hoc autem contrectanti manife-

Ed. Chart. VII. [844.] Foës. I. 676. Ed. Lind. II. (616. 617.)
μένη εἴ ποτε ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἕλκεά οἱ ἐγένοντο. τὰ (617) δὲ καταμήνια ὑγιηρῶς μὲν ἐν τουτέῳ τῷ νοσήματι χωρέει. ἀνίητος δὲ γίνεται ὡς ἐπὶ πλέον ἡ τοιαύτη. γίνεται δὲ καὶ τοῦτο αἴτιον τοῦ μὴ συλλαμβάνειν ἐν γαστρί. ἢν ἕλκος γένηται ἐν τῇσι μήτρῃσιν ὑπὸ παθήματος τούτων τῶν εἰρημένων καὶ μὴ ταχὺ ὑγιανθῇ, ἀλλὰ μολυνθῇ. παραμένει γὰρ τὸ ἕλκος ἐπὶ πουλὺν χρόνον, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν ὠτὶ ἐὸν, καὶ ὄζει πονηρὸν ἡ γυνὴ, καὶ ἔστιν ὅτε ἰχὼρ ῥέει αὐτῇ ἐκ τοῦ αἰδοίου κάκοδμος, καὶ μέχρις ἂν ἔχῃ τὸ ἕλκος, οὐ λαμβάνει ἐν γαστρί. οὐ γὰρ συλλαμβάνουσιν αἱ μῆτραι τὴν γονήν. ταύτῃ τὰ καταμήνια χωρέει ὑγιηρῶς. ἐν ψηλαφήσει δὲ μάλιστα γίνεται δῆλον καὶ ἐρωτήσει περὶ τῶν εἰρημένων. μελεδανθεῖσα δὲ φορὸς γίνεται. ὀλίγαι δὲ ἐλπίδες εἰσίν. ἢν δὲ τῶν καταμηνίων ἐλλειφθέν τι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ῥῆξιν ἔχῃ, θερμανθὲν δὲ καὶ αὖθις ψυχωθὲν περὶ τὸ στόμα ἢ ὀλίγον ἐνδοτέρω, οὐδ᾽ οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί. ἕρμμα γὰρ τοῦτο ἐπικείμενον οὐ παρίησι τὴν γονὴν ἰέναι ὅκου δεῖ. καὶ ἢν

ſtum eſt, et ei quae rogatur num aliquando in uteris ei ulcera innata fuerint. Menſes vero hoc in morbo non aliter quidem ac ſanis prodeunt, ſed ut plurimum ejusmodi mulier incurabilis exiſtit, eaque cauſa eſt cur utero non concipiat. Si ulcus ex aliqua harum commemoratarum affectionum in uteris obortum fuerit, neque brevi ſanescat, ſed ſordidum extiterit, longo enim tempore ulcus permanet, velut quod in aure exiſtit et prave olet mulier, eique interdum ex pudendis ſanies graveolens effluit, neque quamdiu ulcus detinuerit utero concipit, quod uteri genituram non retineant, huic menſes non ſecus ac ſanis prodeunt. Ex contactu autem et interrogatione maxime de praedictis conſtat. Cura tamen adhibita, etſi parva ſpes eſt, foecunda tamen evadit. Si vero ex menſibus aliquid in uteris relictum ruptionem fecerit, quod circa os aut paulo interius calefactum fuerit, quod circa os aut paulo interius calefactum fuerit, rurſusque perfrixerit neque ſic utero concipit. Hoc enim incumbens impedit ne genitura quo opus eſt perveniat. Quod ſi per initia qui-

Ed. Chart. VII. [844. 845.] Foes. I. 675. 676. Ed. Lind. II. (617. 618.)

μὲν ἐν ἀρχῇ μελεδαίνηται, ὑγιαίνει καὶ φορὸς γίνεται. || ἢν δὲ χρόνος ἐγγένηται, ἄφορος μένει. δῆλον δὲ πάθημα ψηλαφήσει μάλιστά ἐστι, σκληρὸν γάρ τι ἐγγίνεται, καὶ ἢν χάνωσι μᾶλλον τοῦ καιροῦ αἱ μῆτραι, οὐδὲ οὕτω κυΐσκεται. οὐ γὰρ ξυλλαμβάνουσιν αἱ μῆτραι τὴν γονήν. δῆλον δὲ ἔσται καὶ τοῦτο ψηλαφήσει, καὶ τὰ καταμήνια ἔρχεται ἀλέα καὶ ἐπ' ὀλίγας ἡμέρας. γίνεται δὲ καὶ φύσει τὸ πάθημα τοῦτο καὶ ὑπὸ νοσημάτων τῶν εἰρημένων. κἢν μὲν φύσει ᾖ, ἀνίητος ἡ νοῦσος· ἢν δὲ μή, οὐχ ὑγιηρὰ χωρέει τὰ (618) καταμήνια, οἷα τῆς γυναικὸς μὴ ὑγιηρῆς ἐούσης, οὐδὲ οὕτω κυΐσκεται. [845] οὐ γὰρ πήγνυται ὑπὸ τοῦ αἵματος νοσεροῦ ἐόντος, ἀλλὰ διουρέει τὴν γονήν, τὸ αἷμα τὸ κατιὸν ἀπὸ τοῦ σώματος νοσερὸν ἐόν. διουρηθεῖσα δὲ ἡ γονὴ ἐξέρχεται ἔξω τῷ χρόνῳ ἢ ὀλίγῳ ἢ πολλῷ ξὺν ἰχῶρι. δῆλον δέ ἐστι τῷ σώματι τῆς γυναικὸς καὶ τοῖσι καταμηνίοισι. χωρήσει γὰρ τὰ καταμήνια αὐτῇ, οἷα εἴρηται, ἤν τε χολώδης ἤν τε φλεγματώδης ἤν τε ὑδρωποειδὴς εἴη. ἐν τάχει δὲ μελεδανθεῖσα εὔφορος γίνεται. ἢν δὲ μή, οὔ. ἢν δὲ γυναικὶ μὴ χωρέῃ τὰ

dem curetur, convaleſcit et foecunda redditur. Si vero tempus acceſſerit, infoecunda manet. Ex contactu autem potiſſimum affectio patet. Durum enim quiddam innaſcitur. Et ſi plus aequo uteri dehiſcant, neque ſic concipit. Neque enim ſemen uteri retinent. Sed et hoc quoque ad contactum manifeſtum fiet, menſesque conferti et paucis diebus prodeunt. Haec affectio vero et natura et ex relatis morbis contingit, et ſi quidem a natura fuerit, incurabilis eſt morbus; ſin minus, menſes minime ſani prodeunt, cum nimirum mulier ſana non ſit, neque ſic concipit. Neque enim a ſanguine morboſo concreſcit, verum ſanguis morboſus ex corpore delatus, genituram ſeroſam reddit, quae ſeroſa reddita tempore modico vel multo, una cum ſanie foras egreditur. Id autem ex mulieris corpore et menſibus patet. Menſes enim ei quales dicti ſunt ferentur, ſive bile, ſive pituita, ſive aqueo humore abundarit. Brevi autem cura adhibita foecunditati reſtituitur, alioqui minime. Si vero mulieri menſes penitus non

Ed. Chart. VII. [845.] Foes. I. 676. Ed. Lind. II. (618. 619.)

καταμήνια πάμπαν ἢ ὑπὸ πάντων τῶν εἰρημένων, καὶ οὕτως οὐ ξυλλαμβάνει. αἱ γὰρ φλέβες τοῦ αἵματος πλήρεις ἐοῦσαι τὴν γονὴν οὐ δέχονται καὶ ἐν τῇσι μήτρῃσι αἵματος ἐνεῖναί τι χρονίου πᾶσα μηχανὴ ὅτι ἀποκωλύει τὴν γονὴν τρέφεσθαι. ἢν δὲ ἐλάσσω τὰ καταμήνια χωρέῃ τοῦ δέοντος, οὐδὲ οὕτω κυΐσκεται. αἴτια δὲ ἐν τῇ προτέρῃ νούσῳ προειρημένα. δῆλον δὲ καὶ τοῦτο ἐν τῇ ἐρωτήσει. κἢν μὲν φύσει ὀλίγα χωρέῃ τὰ καταμήνια, ἀνίητος γίνεται. ἢν δὲ ὑπὸ παθήματος τουτέων τινὸς τῶν εἰρημένων, μελεδανθεῖσα ἐν τάχει φορὸς ἔσται. καὶ ἢν πλείονα τοῦ δέοντος χωρέῃ τῇ γυναικὶ τὰ καταμήνια, οὐδ᾽ οὕτως ἐν γαστρὶ λαμβάνει. αἱ γὰρ μῆτραι κεκενωμένου τοῦ αἵματος οὐ ξυλλαμβάνουσι τὴν γονὴν ὑπὸ ἀσθενείης. ἂν δὲ ἄρα καὶ ξυλλάβωσιν, κατελθὸν τὸ αἷμα πολλὸν ἐξαπίνης ἐπὶ τὰς μήτρας τῆς γυναικὸς ἀποπνίγει τὴν γονήν. δῆλον δὲ καὶ τόδε τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν ὁκόσα πολλὰ χωρήσει, καὶ ἢν μὲν φύσει ἡ γυνὴ πολλὰ χαλᾷ τὰ καταμήνια, ἄφορος γίνεται. ἢν δὲ μὴ φύσει, (619) ἀλλ᾽ ὑπὸ παθήματός τινος τῶν εἰρημένων, μελεδανθεῖσα ἐν τάχει φορὸς ἔσται.

prodeant, aut propter ea omnia quae commemorata sunt, ne sic quidem concipit. Neque enim venae sanguine refertae genituram excipiunt, et in uteris aliquid inveterati sanguinis inesse necesse est, quod genituram nutriri prohibet. Quod si pauciores quam conveniat mensea prodeant, neque sic concipit, propter causas in priore morbo commemoratas, quod et ex percontatione patet. Et si quidem natura pauci menses prodeant, incurabilis existit. Si vero ex aliqua commemoratarum affectionum, cura adhibita brevi foecunda erit. Et si plures quam conveniat mulieri menses prodeant, neque sic utero concipiet. Neque enim uteri evacuato sanguine propter imbecillitatem genituram apprehendunt, quod si sane etiam apprehendant, copiosus sanguis ad mulieris uterum derepente delatus genituram suffocat. Id autem etiam ex mensibus qui copiosi prodibunt manifestum est. Et si quidem natura copiosos menses mulier demittit, infoecunda redditur. At si non natura, sed ab aliqua ex commemoratis affectionibus, cura adhi-

καὶ ἢν τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκπέσῃ τοῦ αἰδοίου, οὐδὲ οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί. τό τε γὰρ στόμα σκληρὸν γίνεται καὶ οὐ δέχεται τὴν γονὴν καὶ οἰδέει, καὶ ταύτῃ ἄφορος γίνεται τὸ πάμπαν. δῆλον δὲ τὸ πάθημα τοῦτο διότι γίγνεται. καὶ ἢν μὴ χωρέῃ τὰ καταμήνια κατὰ τὸ προσῆκον, ἀλλὰ κάτω ὁρμῇ ἐς τὴν ἕδρην, οὐδὲ οὕτω λαμβάνει ἐν γαστρί. δῆλον γὰρ ὅτι τὸ στόμα τῶν μητρέων ἐκτέτραπται ἀπὸ τοῦ αἰδοίου ἢ μέμυκε, καὶ ἢν μὲν κατὰ τὴν ἕδρην ᾖ ἐστραμμένον τὸ στόμα ἢ μέμυκε, μελεδανθεῖσα φορὸς γίνεται. δῆλον δὲ ἑκάτερόν ἐστι τῇ ἐρωτήσει καὶ ἀποκρίσει. ἢν γὰρ τὰ καταμήνια ἑκάστῳ ὧδε εἴη, ἡ νοῦσος ταύτῃσι δῆλον ὅτι αἰτίη ἐστί. τοσαῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τῇσι γυναιξίν ἐστι, δι' ἃ οὐ τίκτουσι πρὶν ἂν ἰηθῶσι, καὶ δι' ὅσα ἄφοροι γίνονται τὸ πάμπαν. ὥστε [846] θαυμάζειν τὰς γυναῖκας οὐ χρὴ ὅτε εἰσὶ μὲν, οὐ τίκτουσι δὲ πολλάκις. πειρητήρια δι' ὧν δηλοῦται ἡ γυνὴ εἰ κυήσει. γυναῖκα ἢν θέλῃς γνῶναι εἰ κύει, σμύρνην ποιῆσαι ἢ βούτυρον καὶ γάλα γυναικὸς κουροτρόφου

bita brevi foecunda erit. Et si uterorum os extra pudendum exciderit, neque sic utero concipit. Os enim durum efficitur, neque genituram excipit et intumescit, ideoque infoecunda prorsus redditur. Quam ob causam autem haec affectio contingat manifestum est. Et si menses minime ut convenit prodeant, sed deorsum ad sedem cum impetu ferantur, neque sic utero concipit. Os enim uterorum a pudendo aversum esse, aut connivere patet. Quod si utero in sedem obverso aut connivente cura adhibita fuerit, foecunda redditur. Utrumque vero ex percontatione et responsione manifestum fit. Si enim menses semper sic fuerint, his morbum in causa esse manifestum est. Atque istae ejusmodique causae in mulieribus sunt, ob quas, nisi curentur, non pariunt et ex quibus prorsus infoecundae redduntur, ut proinde mirari mulieres minime oporteat, si quaedam, non tamen saepe, pariant. Tentamenta quibus exploratur in muliere conceptus. Si nosse velis an mulier conceptui sit idonea, butyrum et lac mulieris puerum la-

διδόναι πίνειν, καὶ ἢν ἐρεύγηται, κυήσει· εἰ δὲ μὴ, οὔ. νέτωπον ὀλίγον προστίθεσθαι ἐν εἰρίῳ ἐνελίξασα, κἄπειτα ἕωθεν σκέψασθαι ἢν ὄζῃ διὰ τοῦ στόματος τὸ ἐπιτεθέν. κἢν μὲν ὄζῃ, κυήσει· ἢν δὲ μὴ, οὔ. || ἕτερον πειρητήριον ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ. ἥτινι ἂν γυναικὶ ἀπὸ τῶν προσθετῶν μὴ λίην ἰσχυρῶν ἐόντων, ἢν ὀδύναι ἐς τὰ ἄρθρα ἀφίκωνται, καὶ βρυ(620)γμὸς ἔχῃ, καὶ σκοτοδινῆται καὶ χασμῆται, ἐλπὶς αὐτῇ κυῆσαι μᾶλλον ἢ ἥτις τούτων μηδὲν πάσχει. ἄλλο. μώλυζαν σκορόδου περικαθήραντα, τὴν κεφαλὴν ἀποκνίσαντα προσθεῖναι πρὸς τὴν ὑστέρην καὶ ὁρῇν τῇ ὑστεραίῃ, ἢν ὄζῃ διὰ στόματος. καὶ ἢν ὄζῃ, κυήσει· ἢν δὲ μὴ, οὔ. ἢν θέλῃ γνῶναι ἡ γυνὴ εἰ κυήσει, πινέτω ἄννησον τετριμμένον ἐν ὕδατι ὡς λειότατον καὶ εὑδέτω. καὶ ἢν μὲν κνησμὸς αὐτὴν λαμβάνῃ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, κυήσει· ἢν δὲ μὴ, οὔ. κύουσαν γυναῖκα ἢν μὴ ἄλλο γινώσκῃς, ἐν τούτῳ γνώσεις. ὁρῶνται οἱ ὀφθαλμοὶ εἱλκυσμένοι καὶ κοιλότεροι καὶ τὰ λευκὰ τῶν ὀφθαλμῶν οὐκ ἔχει τὴν φύσιν τῆς λευκότητος, ἀλλὰ πελιώ-

ctantis potui exhibeto, et si eructaverit, concipiet, sin minus minime. Netopum modicum lana convolutum subter apponito, deinde mane spectato num ejus quod appositum fuit odor ad os pervenerit, quod si sic, concipiet; sin minus, non. Aliud ad idem. Si cui mulieri ex subdititiis non admodum vehementibus dolores ad articulos pervenerint et dentium stridor, tenebricosa vertigo et oscitatio detinuerit, huic concipiendi major spes adest quam cui nihil horum contingit. Aliud. Allium caput unicum habens, capite depurgato et deraso in uterum subdito et postridie spectato num odor ad os perveniat; quod si sic, concipiet; sin minus, minime. Si mulier nosse velit an conceptura sit, anisum ex aqua quam tenuissime tritum bibat et dormiat, quod si quidem pruritus circa umbilicum eam corripiat, concipiet; sin minus, minime. Praegnantem mulierem, si non aliter, ex hoc tamen cognosces, quod oculi contracti et magis cavi videntur, neque eorum candidum nativam habet albedinem, verum lividius cernitur. Quae

Ed. Chart. VII, [846. 847.] Foes. I. 677. Ed. Lind. II. (620. 621.)

τερα φαίνονται, ὁκόσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσιν, ἐφῆλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσι, καὶ ἀρχόμεναι συλλαμβάνειν μίσοινοι γίνονται καὶ κακόσιτοι, καὶ καρδιωγμοῦ μεσταὶ, καὶ πτυαλίζουσιν. μίλτον καὶ ἄννησον τρῖψαι ὡς λειότατα. εἶτα ἐν ὕδατι διεῖναι καὶ δοῦναι καὶ ἐᾶσαι ὑπνῶσαι. καὶ ἢν μὲν στρόφος γίνηταί οἱ περὶ τὸν ὀμφαλὸν, κύει· ἢν δὲ μὴ γίνηται, οὐ κύει. πάντων δὲ τουτέων ὕστερον πίνειν ἄλητον καὶ μέλι καὶ ὀρίγανον ἐν οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ. ὅσαι ἐν γαστρὶ ἔχουσαι ἐφῆλιν ἐπὶ τοῦ προσώπου ἴσχουσιν, ἄῤῥεν κύουσιν. ὅσαι δὲ εὔχροοῦσαι διαμένουσι, θῆλυ ὡς ἐπιτοπουλὺ κύουσιν, ἢν αἱ θηλαὶ ἄνω ἔωσιν ἐστραμμέναι, ἄρσεν κύει. ἢν δὲ κάτω, θῆλυ. λαβὼν τοῦ γάλακτος φυρῆσαι ἄλητον καὶ ποιῆσαι ἀρτίσκον, καὶ ὀπτῆσαι ἐπὶ πυρὸς μαλθακοῦ. καὶ ἢν μὲν κατακαυθῇ, ἄῤῥεν κύει· ἢν δὲ διαχανῇ, θῆλυ. [847] τὸ αὐτὸ (621) τοῦτο ἐπιτυλίξας ἐν φύλλοισιν ὀπτᾶν, καὶ ἢν μὲν πήγνυται, ἄῤῥεν κύει· ἢν δὲ διαχυθῇ, θῆλυ. θεραπεῖαι κυήσιος πειρητήριοι καὶ παιδογονίης, ἥτις δεῖται, καὶ ἄτεκνος

utero gerunt, in facie maculam habent, quam ἐφῆλιν vocant, ubique concipere coeperint, vinum odio habent et cibos aversantur, oris ventriculi morsu torquentur, et os frequenti salivatione redundat. Minium et anisum tenuissime tritum, deinde aqua dilutum exhibeto et dormire sinito, et si ei tormina circa umbilicum suboriantur, praegnans est, alioqui minime: post haec autem omnia, farinam, mel et origanum ex vino et oleo bibat. Quae utero gerentes maculam in facie veluti ex solis adustione, ἐφῆλιν vocant, habent, eae foemellam gestant: quae vero bene coloratae permanent, marem plerumque. Si papillae sursum conversae fuerint, marem gestat, si deorsum, foeminam. Sumptam lactis portionem cum farina subigito, et in pastillum formato et levi igne torrefacito, et si quidem exuratur, marem gestat, si vero diffindatur, foemellam. Hoc idem ipsum super folia emulctum inspicito, et si quidem cogatur, masculum gestat, si vero diffundatur, foemellam. Curationes quae conceptum explorant in ea quae liberorum procreatione indiget, et liberis caret et quae jam an-

ἰοῦσα καὶ ἤδη κύουσα, ἰοῦσα δὲ ἀτεκνοῦσα. ἐπὴν ὁ στόμαχος σκληρὸς ᾖ, ὅλος ἢ ἄκρος, καὶ ξυμμεμύκῃ καὶ μὴ ὀρθὸς ᾖ, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἰσχίον ἀπεστραμμένος τὸ ἕτερον ἢ ἐς τὸν ἀρχὸν κεκύφῃ ἢ ἀνεσπάκῃ ἑωυτὸν ἢ τὸ χεῖλος ἐπιβάλλῃ τοῦ στομάχου ἐφ᾽ ἑωυτό. ὁπόθεν οὖν ἢ τρηχὺς ᾖ, ἢ πεπωρωμένος. σκληρὸς δὲ γίνεται καὶ ἀπὸ ξυμμύσιος καὶ ἀπὸ πωρώσιος. ταύτῃσι τὰ ἐπιμήνια οὐ φαίνεται, καὶ φαίνεται πολλῷ ἐλάσσονα ἢ κακίονα τοῦ δέοντος, καὶ διὰ πλείονος χρόνου ἐπιφαίνεται. τὰ μὲν ἐπιμήνια καθ᾽ ὑγείην τοῦ σώματος καὶ τῶν μητρέων τὴν ἔξοδον εὑρίσκεται, κατά τε τὸ σύμφυτον καὶ τὸ δίκαιον, καὶ ἀπὸ θέρμης καὶ ὑγρότητος τῶν ἐπιμηνίων καὶ τοῦ στομάχου οὐ κάρτα βεβλαμμένου. τὴν δὲ γονὴν πάλιν οὐ δέχεται διὰ τὴν βλάβην, ἥτις ἂν κωλύῃ ἀπὸ τοῦ στομάχου μὴ καλῶς ἔχοντος τοῦ δέχεσθαι. ταύτην χρὴ πυριήσαντα τὸ σῶμα ὅλον πιεῖν δοῦναι φάρμακον, καὶ κάθαρσιν ποιήσασθαι τοῦ σώματος πρῶτον, ἤν τε ἄνω καὶ κάτω ἤν τε κάτω μοῦνον, καὶ ἢν μὲν ἄνω διδοῖς τὸ φάρμακον, μὴ πυριῆν πρότερον τῆς καθάρσιος, ἀλλ᾽ ὕστερον.

tea praegnans effecta, nunc vero non parit. Ubi uteri stomachus totus aut extrema sui parte durus, aut connivens et non rectus fuerit, sed in alteram coxendicem conversus, aut in rectum intestinum procubuerit, aut sese contraxerit, aut stomachi labrum in se reductum fuerit. Quacunque igitur ex occasione asper et callosus evadit. At ex conclusione et callo durus fit. His menses minime aut longe pauciores, aut quam conveniat deteriores et per longius tempus apparent. Et menses quidem pro corporis et uterorum valetudine exitum habent, et pro connato et justo eorum caloris et humiditatis modo, et stomacho non admodum offenso. Rursus autem genituram ob laesionem non recipit, quaecunque tandem stomachum male affectum ne recipiat impedit. Huic post fotum universo corpori adhibitum, medicamentum purgans bibendum exhibere oportet, facta primum corporis purgatione, sive sursum et deorsum, sive deorsum solum. Et si quidem sursum purgans medicamentum exhibeas, ante purgationem fomentum non admo-

Ed. Chart. VII. [847.] Foes. I. 677. 678. Ed. Lind. II. (622.)

πυριήσας δὲ μεταπῖσαι κάτω. ἢν δὲ μὴ δοκέῃ δεῖσθαι ἀνωτερι(621)κοῦ, προπυριήσας κάτω πίσαι. ὅταν δὲ δοκῇ καλῶς ἔχειν τὸ σῶμα, μετὰ τοῦτο πυριῇν ἐγκαθίζων τὰς μήτρας αὐτὰς πυκνὰ, ἐν ὅτῳ ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν. ἐπιβάλλειν δὲ ἐς τὰ πυριήματα κυπαρίσσου πρίσματα δάφνης φύλλα κεκομμένα, καὶ λούειν πολλῷ καὶ θερμῷ πολλάκις. || ὁκόταν δὲ νεόλουτος καὶ νεοπυρίητος ᾖ, ἀνευρύνειν στόμα τῆς μήτρης μήλῃ κασσιτερίνῃ καὶ ἀνορθοῦν ὁμοῦ, ἐὰν δέηται, ἢ μολυβδίνης ἀρξαμένης ἐκ λεπτῆς· εἶτα παχυτέρῃ, ἢν παραδέχηται, ἕως ἂν δοκῇ καλῶς ἔχειν. βάπτειν δὲ καὶ τὴν μήλην ἐν τῷ μαλθακτηρίῳ διειμένῳ, ὅτι δοκέει ξυνοίσειν, ὑγρὸν ποιήσας. τὰς δὲ μήλας ποιέειν ὄπισθεν πλατείας, εἶτα περὶ ξυληρίοισι μακροῖσι περιαρμόσαι καὶ οὕτως χρῆσθαι. τὸν δὲ χρόνον τοῦτον ἑψοῦσα ἐν οἴνῳ λευκῷ ὡς ἡδίστῳ γλυκεῖ δαΐδα πινέτω ὡς πιοτάτην κατασχίσασα λεπτὰ, καὶ σελίνου καρπὸν κόψασα, καὶ κυμίνου Αἰθιοπικοῦ κάλαμον, καὶ λιβανωτὸν ὡς κάλλιστον. τούτου πινέτω νῆστις ὁκόσον δοκέῃ μέτριον

vendum, sed postea. At fomento adhibito, deinde medicamentum deorsum purgans exhibendum. Quod si sursum purgante medicamento minime opus esse videatur, fomento ante admoto per inferiora purgans bibendum exhibeto. Ubi autem corpus bene habere visum fuerit, postea crebro in eo fotu quicunque tandem conducere videbitur insidendo, uteris ipsis fomentum admoveto. In fotus autem cupressi ramenta, et lauri folia tusa immittito et copiosa calida frequenter lavato. Recenter lotae et fotae os uteri specillo stanneo aut plumbeo diducito, simulque si opus fuerit dirigito, initio a tenui ducto, deinde crassiore si admiserit admoto, quoad probe habere videatur. Specillum autem emolliente quodcunque conducere videbitur dissoluto et liquido reddito intingito. Specilla lata posteriore parte conficito, deinde parvulis lignis oblongis accommodatis utitor. Hoc vero tempore taedam pinguissimam in tenuia frustula dissectam, ex vino albo dulci quam suavissimo decoctam bibat, et apii cuminique Aethiopici semen contusum, et thus probatissimum. Ex hoc moderata quantitate bibat diebus

Ed. Chart. VII. [847. 848.] Foës. I. 678. Ed. Lind. II. (622. 623.)

εἶναι πλῆθος, ἡμέρας ὁκόσας ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, καὶ ἐσθιέτω σκυλάκια σιαλώδεα δίεφθα, καὶ πολύποδα ἐν οἴνῳ ἑφθὸν γλυκυτάτῳ, καὶ τοῦ ζωμοῦ πινέτω καὶ κράμβην ἑφθὴν καὶ οἶνον λευκὸν ἐπιπινέτω, καὶ μὴ δειπνείτω, καὶ λουέσθω δὶς τῆς ἡμέρης. σιτίων δὲ ἀπεχέσθω τοῦτον τὸν χρόνον. μετὰ δὲ, ἢν μὲν προχωρήσῃ κατὰ τὸν στόμαχον καὶ φαίνῃ τινὰ κάθαρσιν ἔξω, πίνειν τέ τι τοῦ πόματος, ἡμέρην μίην ἢ δύο, καὶ [848] τῇσι μήλῃσι παύσασθαι χρεόμενον καὶ πειρᾶσθαι καθαίρειν τὰς μήτρας, προσθέτοισι καὶ φαρμάκοισιν. (623) ἥτινι δὲ τοῦ στομάχου ὀρθοῦ καὶ μαλθακοῦ καὶ ὑγιέος καὶ καλῶς ἔχοντος καὶ ἐν τῷ δέοντι κειμένου τὰ ἐπιμήνια μὴ φαίνηται πάμπαν ἢ ἐλάσσονα καὶ διὰ πλείονος χρόνου καὶ μὴ ὑγιηρὰ, τὴν νοῦσον ἀνευρὼν ἥντινα ἔχουσιν αἱ μῆτραι, ἤν τε καὶ τὸ σῶμα ξυμβάλληταί τι, ἐξευρὼν τὸ αἴτιον ἀπὸ ὁτέου οὐ κυΐσκεται, ὅτε μὲν οὕτως ἔχει, τὴν ἴησιν ποιέεσθαι προσφέρων τὸ δέον. ἢν δὲ ἔχηται τὴν ἴησιν ἀρχόμενος ἐξ ἰσχυρῶν, ὅκως ἂν δοκέῃ καιρὸς εἶναι. τελευτᾶν δὲ μαλθακώτερα ὡς ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν καθάρσιος ἡ μήτρα, καὶ ὁ στόμαχος καθεστάναι ὀρθῶς ἔχων ἐν

quibus melius habere videbitur, et catulinas carnes pingues percoctas edat, et polypum ex vino dulcissimo coctum juscu-lum bibat, brassicam quoque coctam vinumque album superbibat, coena abstineat et bis die lavet. Per hoc tempus cibis abstineat, postea si per stomachum processerit et quandam foras purgationem ostenderit, uno aut altero die potionem aliquam bibat, a specillorum usu desistito et uteros subdititiis medicamentis purgare tentato. Cui vero cum stomachus rectus sit et mollis et sanus, beneque habeat et convenienti loco situs sit, menses nullo modo aut pauciores et longiore tempore apparent, minimeque sani, ubi perscrutatus fueris quonam morbo uteri laborant, et num corpus aliquid conferat et inventa causa ex qua non concipit, cum sic quidem habuerit, convenientem curationem adhibeto, si eam recipiat, initio a validioribus, prout opportunum videbitur, ducto et in leviora desinens, quoad uterus bene a purgatione habere et stomachus recte constitutus et idoneo loco

τῷ ἐξαρκέοντι κείμενος. ἢν δὲ ἀπὸ φαρμάκου καὶ ἀπὸ τοῦ ποτοῦ μὴ προχωρήσῃ, μηδὲ πινούσης χρόνου τὸ μέτριον, τοῦτο μὲν παύσασθαι τοῦ πόματος. ὅταν δὲ καλῶς ἔχῃ, τοῦ ἀπὸ τῶν μηλέων ἔργου μαλθάξαι τὸ στόμα τοῦ στομάχου, καὶ ποιῆσαι ὅκως ἀναχάνηται ἐς ὁδὸν τῷ προσθετῷ ἀπό τε τῶν θυμιητῶν φαρμάκων καὶ μαλθακτηρίων. ὁκόταν δὲ δοκέῃ καλῶς ἔχειν, μαλθάξιος καὶ θυμιήσιος προστιθεὶς φάρμακα, κάθαρσιν ποιέεσθαι τῆς μήτρης, ἕως ἂν δοκέῃ καλῶς ἔχειν, ἀρχόμενος ἐκ μαλθακῶν ἐς ἰσχυρότερον, τελευτῶν δὲ αὖθις ἐς μαλθακὰ εὐώδεα. τῶν γὰρ ἰσχυρῶν φαρμάκων τὰ πλεῖστα ἑλκοῖ τὸν στόμαχον, καὶ εἴργει τοῦ καθεστάναι ὀρθὸν καὶ καλῶς ἔχοντα πρὸς τῆς γονῆς τὴν ὑποδοχὴν καὶ τὴν μήτραν ξηρὴν ποιέει. ἢν δέ τις γυνὴ δοκέῃ τὰς μήτρας ὑπὸ πιμελῆς βεβλάφθαι ἐς τὴν κύησιν, λεπτύνειν ὡς μάλιστα καὶ ἰσχναίνειν πρὸς τοῖσιν ἄλλοισιν. ὥρη δὲ ἐαρινὴ κρατίστη κυή(624)σιος. ὁ δ' ἀνὴρ μὴ μεθυσκέτω, μηδὲ οἶνον λευκὸν πινέτω, ἀλλ' ὡς ἰσχυρότερον καὶ ἀκρητέστερον, καὶ σιτία σιτείσθω ἰσχυρότατα, καὶ μὴ θερμολου-

ſitus eſſe videatur. Quod ſi a medicamento et potione non proceſſerit, neque ſi moderato tempore biberit, hac potione ſuperſedeat. Ubi vero ex ſpecillorum uſu bene habuerit, os ſtomachi emollito et ut dehiſcat viamque ſubdititio praebeat, per medicamenta tum ad ſuffitum tum ad emolliendum accommodata efficito. Cum autem ex emollitione et ſuffitu bene habere videbitur, per ſubdititia medicamenta uteri purgationem quoad habere videatur efficito, progreſſu a levibus ad vehementiora facto, rurſus autem in levia odorata deſinens. Medicamenta enim valentia fere ſtomachum exulcerant, et quominus recto loco conſiſtat et ad genituram ſuſcipiendam bene habeat impediunt, uterumque ſiccum reddunt. Si vero mulieri uteri ad conceptum ex pinguedine offenſi eſſe videantur, eam quam maxime extenuato, et praeter alia gracilem reddito. Vernum autem tempus ad conceptum praeſtantiſſimum. Vir vero minime inebrietur, neque vinum album, ſed valentiſſimum et meracius bibat, cibos edat valentiſſimos, neque calida lavet, viribus valeat,

τεέτω, καὶ ἰσχυέτω καὶ ὑγιαινέτω, καὶ σιτίων ἀπεχέσθω τῶν μὴ ξυμφερόντων τῷ πρήγματι. ὅτῳ δὲ δοκέῃ ἡ γυνὴ ἐκκεκαθάρθαι καὶ τὸν στόμαχον καλῶς ἔχειν τῆς μήτρης, λουσάσθω καὶ σμηξάσθω τὴν κεφαλὴν, καὶ μὴ ἀλείψηται μηδέν. ἔπειτα ὀθόνιον ἄνοδμον περιθεῖσα περὶ τὰς τρίχας πεπλυμένον κεκρυφάλῳ πεπλυμένῳ μηδενὸς ὄζοντος καταδῆσαι, τὸ ὀθόνιον ὑποθεῖσα πρῶτον, ἔπειτα ἀναπαύεσθαι προσθεμένη χαλβάνην πρὸς τὸν στόμαχον, θερμήνασα πρὸς πῦρ ἢ ἥλιον καὶ μαλθάξασα εὖ. ἔπειτα πρωῒ ἀπολύσασα τὸ κεκρύφαλον καὶ τὰ ὀθόνια, ὀσφραίνεσθαι παρασχέτω τινὶ ἑωυτῆς τὴν κεφαλὴν, καὶ ὄζει ἢν καλῶς ἔχῃ τῆς καθάρσιος. εἰ δὲ μὴ, οὐκ ὄζει. || ἄσιτος δὲ ταῦτα ποιείτω. ἢν δὲ μὴ τεκνούσῃ προσθῇς, οὐδέ ποτε ὄζει οὔτε καθαιρομένη οὔτε ἄλλως οὐδ' ἢν κυούσῃ προσθῇς, οὐδ' οὕτως ὀζέσει. ἥτις δὲ κυΐσκεται πολλὰ καὶ ἀρικύμων ἐστὶ καὶ ὑγιαίνει, ἢν [849] προσθῇς μηδὲ καθήρας, ὀζέσει αὐτὴ τῆς κορυφῆς, ἄλλο δὲ οὔ. ὅταν δὲ γνῷς καλῶς ἔχειν, παρὰ τὸν ἄνδρα κέλευε ἰέναι, καὶ ἡ μὲν γυνὴ ἄσιτος ἔστω, ὁ δ' ἀνὴρ ἀθώρηκτος, ψυχρῷ δὲ λε-

et sanus sit et cibis ad hanc rem minime conducentibus abstineat. At cui mulier expurgata videbitur, et uteri stomachus bene habere, caput lavet et defricet et nullo prorsus illinatur, deinde linteo inodoro loto capillis circumposito, reticulo nihil olente loto deliget, primum subdito linteo, postea galbano ad ignem aut solem calefacto et probe emollito, ad stomachum in subdititio apposito quiescat. Deinde matutino tempore soluto reticulo et linteo, caput olfaciendum alicui praebeat, et si probe purgata fuerit, olet, alioqui non olet. Haec autem jejuna faciat. Quod si ei quae non parit subdideris, nunquam neque purgata neque aliter olebit, neque si praegnanti supposueris, sic olebit. Quae vero crebro praegnans est et facile concipit et bona valetudine fruitur, si etiam non purgatae subdideris, ei vertex olebit, nihilque aliud. Cum vero bene habere cognoveris, ad virum adeat jubeto. Et mulier quidem cibis abstineat, vir autem minime temulentus, sed frigida lotus et qui paucos et con-

Ed. Chart. VII. [849.] Foes. I. 679. Ed. Lind. II. (624. 625.)

λουμένος καὶ εὐωχουμένος σιτία ὀλίγα, ξύμφορα. καὶ ἡ γυνὴ ἢν γνῷ ξυλλαβοῦσα τὴν γονὴν, μὴ ἔλθῃ παρὰ τὸν ἄνδρα τοῦ πρώτου χρόνου, ἀλλ' ἡσυχαζέτω. γνώσεται δὲ, ἢν μὲν ὁ ἀνὴρ φῇ ἀφικέναι, ἡ δὲ γυνὴ ἀγνοῇ ὑπὸ ξηρότητος. ἢν δὲ ἀποδῷ πάλιν ἡ μήτρη τὴν γονὴν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ἔσται ὑγρὴ, (625) καὶ ἢν γένηται ὑγρὴ, αὖθις μιγνύσθω τῷ ἀνδρὶ μέχρις ἂν ξυλλάβῃ. ἄλλη θεραπείη. πυριήσας τὸ σῶμα ὅλον, πίσαι, καθῆραι ἄνω καὶ κάτω, εἶτα ὄνειον γάλα μεταπίσαντα πυριῇν τὰς μήτρας δι' αὐλοῦ δύο ἡμέρας, οὔρῳ γυναικείῳ σαπρῷ καὶ λίτρον ἐμβάλλειν, τῇ δὲ τρίτῃ βοείῳ οὔρῳ. τῇ δὲ τετάρτῃ καὶ πέμπτῃ τρίψας μαράθρου σπέρμα καὶ ἀκτῆς φύλλα καὶ δάφνην καὶ κυπαρίσσου πρίσματα, ταῦτα ἑψῆσαι ὕδωρ ἐπιχέαντα. δεῖ δὲ μετὰ τὴν πυρίησιν λουσαμένην πολλῷ θερμῷ προστιθέναι στέαρ ἡδυντὸν ἐκ τῆς πυρίης εὐθὺς καὶ ἐς νύκτα. μετὰ δὲ σκευάζειν, ξυμμιγνὺς σμύρναν στακτὴν καὶ βούτυρον καὶ χηνὸς ἄλειφα καὶ ἐλάφου μυελὸν καὶ ῥητίνην καὶ νέτωπον. τουτέων ἴσον ἑκάστου ξυμμίξαντα, διατήξαντα προστιθέναι ἐν εἰρίῳ Μιλησίῳ

ferentes cibos in convivio ſumpſerit. Quod ſi mulier ſe genituram concepiſſe noverit, primo tempore ne virum adeat, ſed quieſcat. Noſcet autem, ſi vir ſe emiſiſſe dixerit, mulier vero propter ſiccitatem ignoret. Quod ſi rurſus eadem die uterus genituram reddiderit, humidus erit, quo caſu rurſus cum viro congrediatur quoad concipiat. Alia curatio. Poſt fomentum univerſo corpori adhibitum, quod ſurſum et deorſum purget propinato, deinde lacte aſinino poſtea epoto, uteros duobus diebus per fiſtulam urina muliebri putrida, nitro immiſſo foveto, tertio vero urina bubula. Quarto autem et quinto die foeniculi ſemen tritum, ſambuci folia, laurum et cupreſſi ramenta aqua affuſa decoquito. Poſt fomentum vero ubi copioſa calida laverit, ſtatim a fomento adipem aromatibus conditum ſub noctem ſubdere oportet. Poſtea haec inter ſe mixta propinato, myrrham ſtactem, butyrum, anſerinum adipem, cervi medullam, reſinam, netopum, haec ſingula aequis portionibus commixtis liquata,

Ed. Chart. VII. [849.] Foes. I. 697. Ed. Lind. II. (625. 626.)

μαλθακῷ ὡς εὐειροτάτῳ. μετὰ δὲ ἀναστομοῦν τὴν μήτρην μολιβδίοις ἐληλασμένοις ὀκτωδακτύλοισι πέντε. τὸ πρῶτον ἔστω λεπτὸν, τὸ δὲ δεύτερον παχύτερον, καὶ τἄλλα θάτερον θατέρου παχύτερον. ἀναστομοῦνται δὲ πέντε ἡμέρας, αἰεὶ δὲ λουσαμένη προστιθέσθω, καὶ ἀναδείσθω ἐκ τῆς ὀσφύος, ὡς μὴ πίπτῃ, καὶ ὠθείτω τὰ μολύβδια αἰεὶ ἀνωτέρω. τὸ δὲ τελευταῖον ὡς ἀνωτάτω. ἐπὴν δὲ ἀναστομώσῃ, προσθεῖναι καθαρτικὸν, τρίψας κανθαρίδας πέντε καὶ σικυώνης μακρῆς σπόγγον καὶ σμύρναν. ταῦτα μέλιτι ἑφθῷ φορύξαντα καὶ φυρήσαντα βαλάνιον εἰρίῳ κατειλίξαι πλὴν τοῦ ἄκρου. ἔπειτα εἰς ἄλειφα βάψαντα (626) ὡς ἥδιστον προσθεῖναι. χρῆσθαι δὲ καθαρτικῷ καὶ τούτῳ τῇ χολῇ τοῦ ταύρου, καὶ ἄνθει ὀπτῷ καὶ λίτρῳ καὶ σμύρνῃ, μέλιτι ὀλίγῳ διέντα, ὀθόνιον λεπτὸν ἀποδήσαντα καὶ ἄνω τὸ ὀθόνιον περιελίξαντα τῷ φαρμάκῳ προστιθέναι. χρῆσθαι δὲ καὶ βουπρήστει ξὺν τῇ σμύρνῃ, καὶ ἐλατηρίῳ ξὺν τῷ μέλιτι ἑφθῷ, καὶ τῇσι κανθαρίσι ξὺν τῷ ἐλατηρίῳ τε καὶ τῇ σμύρνῃ. ἐπὴν δὲ καθαρθῇ, τῇ ὑστεραίῃ λούσαντα κλύσαι τὴν μήτρην. κύμινον

ex lana Milesia, molli bene carminata in subdititio apponito. Postea quinque plumbeis penicillis ad octo digitorum longitudinem ductis uterum dilatato. Primus tenuis esto, secundus vero crassior, reliquique alter altero crassior. Aperiuntur vero per quinque dies et semper ubi lota fuerit supponat, et ne decidant ex lumbis deliget, et penicillos semper altius intrudat; postremum vero quam penitissime. Ubi autem aperuerit, purgans medicamentum subdito, cantharidas quinque tritas et cucurbitae longae interiorem partem spongiosam et myrrham. Haec ex melle cocto subacta et in glandulam ducta, lana parte summa excepta convoluta, deinde oleo suavissimo intincta supponito. Hoc etiam purgatorio utendum, felle tauri, aeris flore usto, nitro et myrrha, haec modico melle diluta ex tenui linteo deligata, et linteo superna parte medicamento obducto, supponito. Utendum etiam bupresti cum myrrha et elaterio cum melle cocto et cantharidibus cum elaterio et myrrha. Postquam purgata fuerit, postridie cum laverit, uterum colluito. Cuminum Ae-

Ed. Chart. VII. [849. 850.] Foes. I. 679. 680. Ed. Lind. II. (626.)

Αἰθιοπικὸν τρίψας καὶ μελάνθιον καὶ ῥητίνην καὶ ἄλειφα καὶ μέλι καὶ οἶνον γλυκύν. ταῦτα μίξας καὶ ἀναχλιήνας κλύσαι. ἐπὴν δὲ κλύσῃς, ἀναστήσας, περιϊέναι κελεύειν, ὅκως τὸ κλύσμα διασείηται. προσθεῖναι δὲ κρόκον καὶ σμύρναν καὶ λιβανωτὸν ἐν ῥάκει λιναίῳ. ἀποδέοντα ξηρὸν ἴσον ἑκάστου. ξυμμίσγοντα χηνὸς τε ἄλειφα, περιχρίοντα τὸ ῥάκος. τοῦτο δὲ προστιθέναι ἑπτὰ ἡμέρας. τῇ δὲ ὀγδόῃ θυμιῆσαι, σμύρνῃ καὶ ἀσφάλτῳ καὶ κριθῇ εὐώδει ἀλείφατι πεφυρημένα. ἐπὶ μαλθακὸν ἐπιβαλὼν πῦρ, θυμιῆν δι' αὐλοῦ. ἐπὴν δὲ θυμιήσῃς, τῇ ὑστεραίῃ τρῖψαι κάστορος ὄρχιν, οἶνον λευκὸν παραχέων, καὶ αὐτὸν μήλῃ ἀμφιπλάσας καὶ εἰρίῳ κατελίξας προσθεῖναι ἐς νύκτα. ὄρθρου δὲ ἀνελομένη καὶ διαμαλαξαμένη ἴτω παρὰ τὸν ἄνδρα, καὶ ξυγκοιμηθεῖσα ἀτρεμείτω, καὶ ἂν μὴ ἐπὶ τοῦ πρώτου κυήσῃ, αὖθις προσθεμένη αὐτὸ τοῦτο, [850] παρὰ τὸν ἄνδρα ἐλθέτω. || ἄρχεσθαι δὲ χρὴ φαρμακεύοντα, ἐπειδὰν ἔλθῃ τὰ καταμήνια. ληγόντων δὲ χρὴ τὸ κυητήριον προσθεμένη, ξυγκοιμᾶσθαι. τοῦ δὲ πρόσθεν χρόνου μήτε ἡ γυνὴ ἴτω ἆσσον τοῦ ἀνδρὸς μήθ' ὁ

thiopicum tritum, melanthium, resinam, oleum, mel et vinum dulce, haec mixta et tepefacta collutione adhibeto. Ubi collueris eamque erexeris, obambulare jubeto, quo collutio concutiatur. Crocum, myrrham, thus, singula pari portione sicca, lineo linteo deligata subdito et ammixto anserino adipe linteum oblinito, hoc per dies septem supponito, octavo vero suffitum adhibeto ex myrrha, bitumine et hordeo, oleo odorato subactis et in lenem ignem conjectis, per fistulam suffito. At postquam suffitum adhibueris, postero die castoris testem ex vino albo affuso tritum, lana obvolutum et per specillum obductum, sub noctem supponito. Quem cum mane subtraxerit et emollita fuerit, ad virum accedat et ubi condormierit quiescat, sique primo non conceperit, rursus eodem subdito virum adeat. At euntibus mensibus curationem per medicamenta auspicari oportet, desinentibus vero supposito ad conceptum faciente medicamento, viro condormiendum. Ante hoc tempus neque mu-

Ed. Chart. VII. [850.] Foes. I. 680. Ed. Lind. II. (626. 627.)

ἀνὴρ παρὰ τὴν γυναῖκα. (627) ὅταν δὲ ἡ γυνὴ μὴ κυΐσκηται εἰωθυῖα πρότερον κυΐσκεσθαι, τοῦ ἀνδρὸς δὲ τὴν γονὴν ἐσδέχονται αἱ μῆτραι ἐς ἑωυτὰς, ἀνάγκη πάγχυ οὐρέειν τὴν γυναῖκα ταύτην. ἐνίοτε μὲν γὰρ ἐν τῇσι μήτρῃσι τὸ πῦον ἐγγίνεται. τὸ δὲ πῦον τὸ ἐν τῇσι μήτρῃσιν ὑπὸ φυμάτων γίνεται. διὰ δὴ τοῦτο ἡ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς ὅταν μίσγηται, οὐχ ἅπτεται τῆς μήτρης, ἵνα δὴ πήγνυσθαι τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρός. τὸ γὰρ πῦον ἀμαυροῖ, ὥστε μὴ προσφέρεσθαι. τέθνηκε γὰρ τὸ πῦον καὶ σήπει τὴν γονήν. δεῖ δὴ τό τε πῦον ἐκκαθῆραι τῶν μητρίων καὶ τὸ φῦμα τὸ ἐν τῇ δελφύϊ καταστῆσαι, ὅκως τὸ λοιπὸν μὴ κωλύῃ τὴν γονὴν πήγνυσθαι καὶ προσφέρεσθαι. ταχύνειν δὲ χρὴ ἐκκαθαίροντα, πρὶν ἢ παρωθῆναι τὸ πῦον ἐν τῇσι μήτρῃσι. κλύσαι δὲ χρὴ τὰς μήτρας ὧδε, ἵππειον γάλα ἑψήσας δισὶς διὰ κρίτρης ὡς λεπτοτάτης καὶ καθαρωτάτης, τούτῳ κλύζειν κλυστῆρα ἐπιτήδειον ποιησάμενος. τὸ μὲν ἄκρον τοῦ κλυστῆρος λεῖον ἔστω, οἷόν περ μήλης ἀργύρεον, καὶ παρ' αὐτὰ τετρυπήσθω τοῦ κλυστῆρος ἀπολεῖπον ὀλίγον τὸ τρῆμα. εἶναι δὲ καὶ τὰς ἄλλας ἐκτρή-

lier ad virum, neque vir ad mulierem accedat. Cum autem mulier antea concipere solita non concipit, viri genituram in sese recipientibus uteris, hanc mulierem prorsus sero diluere necesse est. Interdum siquidem pus intra uteros gignitur, quod ex tuberculis in utero subortis contingit. Eam sane ob causam viri genitura in congressu uterum non attingit, quo coalescere possit. Pus enim ut ne adhaerescat eam retundit, cum pus genituram extinguat et corrumpat. Pus igitur ex uteris expurgare convenit, et uteri tuberculum componere, ut ne in posterum geniturам concrescere aut admoveri prohibeat. Celeriter igitur prius quam pus in uteris in tosum induresсat expurgare oportet. Uteri vero ad hunc modum colluendi. Lac equinum percoctum per tenuissimum et purissimum linteum excussorium transmissum infundito, idoneo ad infundendum instrumento confecto. Clysteris quidem summa pars laevis esto, velut specilli argentea, supra quam interjecto parvo spatio foramen perforetur. Sint autem et alia foramina hinc et inde singula

Ed. Chart. VII. [850.] Foës. I. 680. Ed. Lind. II. (627. 628.)

σιας, διαλειπέιω δὲ ἴσον ἑκάστη ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἐκ τοῦ πλαγίου τοῦ κλυστῆρος ἑκάστης ἴσον, καὶ μὴ μεγάλα, ἀλλὰ στενά. τοῦ μὲν κλυστῆρος ἡ κορυφὴ στερεὴ ἔστω, τὸ δὲ ἄλλο πᾶν κοῖλον ἔστω ὡς αὐλίσκος. δῆσαι δὲ χρὴ κύστιν συὸς θηλείης. ταύτην δὲ ἑψήσας εὖ μάλα. ἐπὴν δὲ προσδήσας, ἐγχέας τὸ γάλα ἐς τὴν κύστιν ἐς τὰς μήτρας ἐνθεὶς ῥάκος λεπτῆς ὀθόνης, ὅκως μὴ τὸ γάλα ῥέῃ. ἐπειδὰν δὲ κλύσῃς τὴν κύστιν, ἀποδῆσαι καὶ δοῦναι τῇ γυναικὶ αὐτῇ, ἣν μέλλεις κλύζειν. κείνη δὲ (628) ἐξελοῦσα τὸ κλύσμα, ἐς τὴν μήτρην ἐνθέσθαι. αὐτὴ δὲ εἰ δεήσει ὅκου δεῖ. ἔπειτα δὲ πιέζειν τῇ χειρὶ τὴν κύστιν, ἔστ' ἂν τὸ πῦον ἐκρυῇ ἔξω. δῆλον δὲ τοῦτο ἔσται, ἐπὰν μηκέτι ἐξίῃ τὸ πῦον ἅμα τῷ γάλακτι. δῆλον γὰρ ὅτι οὐκέτι ἔνεστι τότε χρὴ παύεσθαι, καὶ μετὰ τοῦτο ἐπὴν οὖν ψυχθῇ ὀλίγον, ὀλίγον χρόνον σικυώνης ξηρῆς πεφυκυίας τὸν πυθμένα ἀποτρήσας καὶ τῆς κορυφῆς τὸ ἄκρον ὡς ἂν τετρημένον ᾖ, τοῦτο ὅμοιον ποιήσας τὸ ἄλλο πλὴν τὸ ἄκρον, καθάπερ τοῦ κλυστῆρος τὸν αὐτὸν τρόπον. πάχος δὲ λεπτότερον ὀλίγον ὡς ἀνδρὸς αἰδοῖόν ἐστιν.

aequaliter inter se distantia, ex obliqua clysteris parte aequalia singula non magna, sed angusta. Clysteris quidem summus apex solidus esto, at reliquum totum cavum velut fistula, cui suis foeminae vesica aqua calida probe emollita et madefacta alliganda. Ubi eam alligaris, infuso in vesicam lacte, in foramina tenue linteum immittito, ne lac effluat. Postquam clauseris vesicam, alligatam mulieri ipsi quam lavaturus es exhibeto. Illa vero detracto obturamento, in uterum indat. Noscet autem ipsa ubi indere oporteat. Deinde vesicam manu comprimito, quoad pus foras effluxerit. Quod manifestum fiet, ubi pus non amplius cum lacte exierit. Tunc enim cum nullum amplius inest, desistere oportere manifestum est. Ubi igitur paulum recreata fuerit, cucurbitae modico tempore reficcatae fundum perforato et verticis summum ut sit perforatum, quod reliquum est simile clysteri summo excepto, efficito, eodemque modo utitor. Sit autem crassitudine paulo minori quam viri genitale. Hoc

Ed. Chart. VII. [850. 851.] Foes. I. 680. Ed. Lind. II. (628. 629.)

τοῦτο περιθεῖναι ἐς τεῖχος, οἴνου ἐμπλήσας τὸ τεῦχος. ὁ δὲ οἶνος ἔστω ἀνθοσμίας ὡς εὐωδέστατος καὶ ξηρότατος καὶ παλαιότατος. ἔπειτα λίθον μέλανα διαφανῆ ἐμβάλλειν εἰς τὸν οἶνον. ἔπειτα περιθεῖναι σικυώνην ποιήσας χαλκοῦ λευκοῦ, καὶ ἡ γυνὴ ἀμφικαθεζέσθω περὶ τὴν βάλανον τῆς σικύης, τὸ αἰδοῖον ποιήσασα ὁκοῖον δεῖ· ὅκως δὲ ὑπερέξαι τὴν χαλκῆν καὶ ἔξωθεν σικυώνην, δύο δακτύλοιν ἔστω. [851] ὅταν μὴ δύνηται ἡ γυνὴ γονὴν δέχεσθαι, πᾶσα ἀνάγκη μήνιγγα ἐπιπεφυκέναι ἐν τῷ στόματι τῶν μητρέων. δεῖ δὲ ἰὸν χαλκοῦ καὶ χολὴν ταύρου καὶ ὄφιος στέαρ, ταῦτα ξυμμῖξαι ὁμοῦ, εἶτα εἰρίον λαβὼν ἀναδεῦσαι τῷ φαρμάκῳ, καὶ ἐνελίξαι ἐς ὀθόνιον βύσσινον, μέλιτι ὑποχρίσας τὸ ὀθόνιον καὶ ποιῆσαι πρόσθετον ὅσον ἐλαίην τὴν μεγίστην. εἶτα προστιθέναι πρὸς τὸ αἰδοῖον νύκτα ὅλην. ὑπτίη δὲ κείσθω. τὴν δὲ ἡμέρην (629) ἀφαιρείσθω, καὶ λουέσθω θερμῷ ὕδατι ἀπὸ μυρσίνης ὡς πλείστῳ. ἔπειτα δι' ἡμέρης προστιθέσθω ἐν ἑκάστῃ νυκτί. μετὰ δὲ συνέστω. ἄλλη θεραπείη. πρασίου τῶν φύλλων λαβόντα πλῆθος, ὥστε τὴν χεῖρα εὖ ἐμπλῆσαι ἐμβαλεῖν ἐς ἀγγεῖον Ἀττικὸν, καὶ ἐπιχέαι ὕδα-

in vas imponito, quod vino odoris suavissimi et fragrantissimi, siccissimo et vetustissimo impleatur. Deinde lapidem nigrum candentem in vinum mittito. Postea cucurbita ex aere albo parata circumposita, mulier circum cucurbitae glandem, pudendo qualiter oportet composito, insideat, ita ut cucurbitam aeream et externam duobus digitis superemineat. Ubi mulier genituram excipere non potest, membranam uterorum osculo adnatam esse omnino necesse est. Aeris florem, fel tauri et serpentis adipem, haec omnia simul commiscere oportet, deinde medicamento lana excepto et linteo byssino involuta, linteo melle sublito glandem subditiam olivae maximae crassitudine conficito, mox per totam noctem in pudendum subdito. Supina autem jaceat et per diem auferat, et quam plurimo myrti decocto calido lavet. Deinde quotidie per singulas noctes supponat, postea que cum viro congrediatur. Curatio alia. Foliorum marrubii plenae manus mensuram in vas Atticum immittito,

Ed. Chart. VII. [851.] Foes. I. 680. 681. Ed. Lind. II. (629.)

τος ποτοῦ κοτύλας Ἀττικὰς τέσσαρας. || καὶ προβρέξαντας ἐννέα ἡμέρας, πίνειν ἑτέρας ἐννέα ἡμέρας νῆστιν, λουσαμένην δύο κυάθους τῆς ἡμέρης ἀπὸ τοῦ πρασίου γλυκέος λευκοῦ ἴσον μίσγουσα. ὅταν δὲ ἔσται τριταίη πίνουσα, πυριήσθω κωνείου φύλλοισιν ἐπὶ πῦρ ἐπιβάλλων ἐννέα ἡμέρας, καὶ μετὰ τὴν πυρίην λούεσθαι, καὶ οὕτω πίνειν εὐθὺς τούτων. ὅταν δὲ τὰς τρεῖς πυριημένη ᾖ, προστίθεσθαι τοῦ πρασίου αὐτέου τετριμμένου λείου δι' ἡμέρης, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, λινοζῶστιν λείην τετριμμένην, ἐν μέλιτι Ἀττικῷ δὶς τῆς ἡμέρης. προβρεχέσθω δὲ ἐν οἴνου λευκοῦ τρυγὶ χοῖ καὶ ἱππομαράθρου καὶ μαράθρου ῥίζα καὶ δᾳδὸς ὡς πιοτάτης ὄζοι, καὶ ἐρευθεδανοῦ τεταρτημόριον, καὶ μαράθρου σπέρμα, καὶ περιστερεῶνος ῥίζαι πολλαί. προβρεχέσθω δὲ ἡμέρας μὴ ἐλάσσω τῶν ἐννέα. πίνειν δὲ μετὰ ταῦτα λουσαμένην κατὰ κεφαλῆς, κοτύλην τῆς ἡμέρης ἀκρήτου βρεχομένου ἐν τῷ λουτρῷ ἐοῦσαν, καὶ μετὰ ταῦτα κατακλιθεῖσαν ἐκθερμαίνειν ἑωυτὴν καὶ προστίθεσθαι. ἐνταῦθα διὰ τρίτης μετὰ τὸ ποτὸν τὸ ἐκ τῆς χολῆς δι' ἡμέρης, ἐπὶ ἡμέρας ἕξ. ὅτω δὲ μέλλει ἤδη προσεῖναι καλῶς καθάρσιος ἐχόυσα, ὑοσκυάμου

aquae potabilis heminis quatuor Atticis affusis. Ex eo novem diebus macerato per alios novem dies jejuna et lota singulis diebus duos cyathos bibat, passi albi aequali portione admixta. Tribus elapsis diebus, immissis in ignem cicutae foliis, per novem dies suffiatur et post suffitum lavet, atque sic rursus ex eo bibat. Post suffitum tribus diebus adhibitum marrubium ipsum tenuiter tritum quotidie tribus diebus subdat, et mercurialem laeviter ex melle Attico tritam, bis die. Praemacerentur autem in congio faecis vini albi hippomarathri et foeniculi radix, taedae quam pinguissimae rami, rubiae quadrans, foeniculi semen et verbenae radices multae, eaque non minus quam novem diebus macerentur. Post haec autem capite loto, meri macerati heminam per diem in balneo bibat, posteaque reclinata, seipsam calefaciat. Indeque post potum tertio quoque die quod ex felle componitur per diem ad sex dies supponito. Cum vero jam probe purgata ad virum accedere volet, hyos-

φύλλα καὶ ῥίζας ἀναζέσας ἐν ὕδατι, πυριήσθω τούτοισιν ὡς θερμοτάτοισιν ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἐς νύκτας, καὶ λουσαμένη παρὰ τὸν ἄνδρα ἴτω. (630) μετὰ δὲ ταύτην τὴν πυρίησιν καὶ ἐλάφου αἰδοίου αὔου ὑποθυμιῆσαι, καὶ ὅταν ἴδῃς ἔχειν αὖον, τούτου ἐπ' οἶνον λευκὸν κεκρημένον, ἐπιξύων ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας διδόναι πίνειν, καὶ ὅταν ὀδύνη ἔχῃ, διδόναι πίνειν, καὶ γὰρ ὠκυτόκιόν ἐστι τοῦτο. ἄλλη θεραπείη· χολὴν ταύρου ἀναζέσαι καὶ στυπτηρίην μηλίνην. ἐλάφου δὲ κέρας κατακαύσας τρῖψαι λεῖον, καὶ ξυμμίξας βαλανίοις χρῆσθαι. ἕτερον θεραπευτικόν. κύμινον ἐν οἴνῳ μέλανι ἑψήσας, τρίψας λεῖον, βάλανον ποιῆσαι, καὶ ἐς νύκτα προσθεῖναι. μετὰ δὲ ταῦτα κατακαύσας τρύγα οἴνου λευκοῦ, τὸ λεπτότατον δηλονότι τῆς τρυγὸς, ἐπειδὰν κατακαύσῃς, ἀφαιρέειν τοῦτο ἐν πτερῷ, ἔπειτα ἐς ὀθόνιον ἀποδήσας προσθεῖναι ἐς νύκτα, καὶ πράσα ἑφθὰ ἐσθιέτω. μετὰ δὲ τοῦτο τράγιον τρίβων καὶ μέλιτι δεὶς [852] προσθεῖναι ἐς νύκτα. μετὰ δὲ τραγίου καρπὸν λεῖον τρίψας ἐν οἴνῳ λευκῷ, δεὶς δᾷδα ἐπιξύων διδόναι πίνειν. μετὰ δὲ ὀρίγανον διὰ δευτέρης ὑποθυμιῆν καὶ οὕτω

cyami foliis et radicibus in aqua decoctis, maxime calidis tribus diebus ad noctem foveatur, et post balneum virum adeat. Post hoc fomentum etiam cervi pudendum siccum suffitu adhibeto, idque siccum ex vino albo aqua temperato derasum per triduum potui exhibeto, cumque partus dolores detinuerint, propinato: hoc etiam partum accelerat. Alia curatio. Fel tauri et alumen melinum fervefacito, cervi vero cornu ustum tenuiter terito, his commixtis in glandulas paratis utitor. Aliud quod curat. Cuminum ex vino nigro decoctum tenuiter tritum, in glandem confectum, ad noctem subdito. Post haec autem vini albi faecem urito, id videlicet quod in faece est tenuissimum ubi usseris, penna auferto, deinde linteo illigatum sub noctem supponito et porrum coctum edat. Post haec autem tragium tritum et melle subactum sub noctem supponat. Deinde tragii fructum laeviter tritum, vino albo dilutum, taedae scobe adjecta, potui exhibeto. Postea origanum altero quoque die suffitu

Ed. Chart. VII. [852.] Foes. I. 681. Ed. Lind. II. (630. 631.)

πρός τὸν ἄνδρα ἴτω. ἄλλη θεραπείη ἐπὶ γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν. ἢν γυναῖκα μὴ δυναμένην τεκεῖν, τοκῆεσσαν ἐθέλῃς ποιῆσαι, σκέψασθαι χρὴ ἐν τοῖσιν ἐπιμηνίοισιν εἴτε χολώδης εἴτε φλεγματώδης εἴη. γνώσῃ δὲ τῶνδε ὁπότερον μᾶλλον, ψάμμον ὑποβαλὼν λεπτὴν καὶ ξηρὴν, ὅταν τὰ ἐπιμήνια γίνεται, ἐν τῷ ἡλίῳ ἐπιχέαι ἀπὸ τοῦ αἵματος. καὶ ἢν μὲν χολώδης ᾖ, ἐπὶ τῇ ψάμμῳ ξηραινόμενον τὸ αἷμα χλωρὸν γίνεται· ἢν δὲ φλεγματώδης ᾖ, οἷον μύξαι. τούτων ὁπότερον ἂν ᾖ καθήρας τὴν κοιλίην, ἤν τε ἄνω ἤν τε κάτω δοκέει σοι δεῖσθαι. ἔπειτα (631) διαλιπὼν ἡμέρας τινὰς, τὰς ὑστέρας καθαίρειν, καὶ ἢν ὑγρότερον τὸ στόμα τῶν ὑστέρων ᾖ, προστιθέναι τὰ δριμέα, ὅκως δηχθὲν καὶ φλεγμῆναν τὸ στόμα τῶν ὑστερέων σκληρὸν γένηται. ἢν δὲ γυνὴ μὴ πυρέσῃ τὰ ἔνδοθεν, μηδὲ κυΐσκηται ὑπὸ τῶν ὑστερέων, μηδὲ ἀνδρὶ μίσγεσθαι δύνηται, ἀλλ' ὑπνώσῃ τε καὶ ἀσιτέῃ, μέλιτι μίξας οἶνον ἐγχεέσθω ἐς τὰ αἰδοῖα καὶ σμύρναν ὑποθυμιήσθω. ἐς δὲ τὴν ἕδρην βαλάνους προστίθεσθαι, μίσγουσα χηνὸς ἄλειφα, καὶ εἴσω ἐγχεῖν ἐς τὸ αἰδοῖον. εἶτα καὶ κλύζειν

admoveto, sicque ad virum accedat. Curatio alia mulieris quae parere nequit. Si mulierem quae parere non potest puerperam reddere voles, ex mensibus spectare oportet, num biliosa numve pituitosa fuerit. Utrum autem ex his potius fuerit nosces, si cum menses eunt, substrata tenui et sicca arena in sole sanguinis aliquid affuderis. Et si quidem biliosa fuerit, sanguis in arena siccatus pallidus redditur. Si vero pituitosa, velut mucus. Horum utrumlibet contigerit, ventrem, sive sursum sive deorsum tibi opus esse videatur, purgato. Deinde intermissis aliquot diebus uteros purgato. Et si humidius uterorum os fuerit, acria subdito, quo morsum et inflammationem sentiens os uterorum durum efficiatur. Si mulier partibus internis febrem non sentiat, neque uterorum vitio concipere neque cum viro congredi possit, verum et dormiat et cibos aversetur, vinum melle mixtum in pudenda infundatur, et myrrham ad suffitum adhibeto, sedi glandes subdito, vinum cum adipe anserino mixtum intro in pudendum infundito, deinde etiam oleo pari mellis

Ed. Chart. VII. [852.] Foes. I. 681, 682. Ed. Lind. II. (631, 632.)

ἔλαιον, ἐν μέλιτι ἴσον μίξας. ἢν αἱ μῆτραι γυναικὶ ἰσχνωθῶσι καὶ τρηχύνηται τὸ στόμα αὐτέων καὶ ξυμμεμύκῃ καὶ τὰ ἐπιμήνια αὐτῇ φαίνηται, μηδὲ κυΐσκηται, || ἀλλὰ πυρετὸς λαμβάνει μαλθακὸς καὶ ὀδύναι αὐτέῃ ἐμπίπτουσιν ἐς τὰς ἰξύας καὶ τὴν νείαιραν γαστέρα. ἡ δὲ νοῦσος αὕτη γίνεται μάλιστα, ὅταν τι τῶν ἐν αὐτῇ διαφθείρῃ. γίνεται δὲ καὶ ἐκ τόκου. ταύτην χρὴ λούειν θερμῷ καὶ πυριῇν. ὅταν δὲ λελουμένη καὶ πεπυριημένη ᾖ, τῇ μήλῃ ἀνευρῦναι τὸ στόμα τῶν μητρέων, καὶ προστιθέσθω σμύρναν τρίψασα καὶ νετώπου τὸ ἴσον, ἢ μύρον ἢ ῥόδινον ἐν ῥάκει, καὶ μολύβδου προστιθέσθω ποιήσαντα ὡς βάλανον καταξύοντα, καὶ καταλείφειν βοὸς χολὴν, καὶ γνώσεται ἐν τέσσαρσιν ἡμέραις τὰς ἀγόνους καὶ πυριῇν καὶ φαρμακεύειν. ἢν δὲ παχυνθῇ παρὰ φύσιν, οὐκ ἴσχει ἐν γαστρί. τὸ γὰρ ἐπίπλοον ἐπικείμενον παχὺ καὶ πουλὺ ἀποπιέζοι τὸ στόμα τῶν μητρέων καὶ τὴν γονὴν οὐ δέχονται. ταύτην χρὴ λεπτύναντα φάρμακον πίσαι κάτω, καὶ πρὸς (632) τὰς ὑστέρας προσθεῖναι, ὃ καθαίρει τε καὶ φῦσαν ἐμποιέει. ἢν τὸ στόμα τῶν μητρέων σκληρὸν

portione admixta colluito: si mulieri uteri graciles reddantur, eorumque os exasperetur et conniveat, neque menses ipsi compareant, neque concipiat, verum febris lenta invadit, et dolores in lumbos et imum ventrem incidunt. Hic autem morbus maxime contingit, cum quid intus corruptum fuerit. Fit quoque etiam ex partu. Hanc calida lavare et fovere oportet. Post balneum autem et fotum specillo os uterorum dilatato et myrrham tritam cum pari portione netopi in subdititio apponat, aut unguentum aut oleum rosaceum in linteo, et plumbum ad instar glandis acutum redditum, felle bubulo illitum supponat et intra quatuor dies infoecundas cognosces. Fomentum etiam et medicamentum purgans exhibendum. Quod si praeter naturam crassa evaserit, non concipit. Omentum enim crassum et copiosum superincumbens os uterorum comprimit, neque genituram recipiunt. Huic extenuatae medicamentum deorsum purgans propinare oportet, et ad uteros quod purgat et flatum inducit in subdititio apponere. Si uterorum os durum red-

γένηται ἢ ὁ αὐχὴν, τῷ δακτύλῳ γνώσεται ψαύουσα. κἢν πρὸς τὸ ἰσχίον ἀπεστραμμέναι [853] ἔωσιν, ὅταν οὕτως ἔχῃ, μὴ προσφέρειν μηδὲν δριμύ. ἢν γὰρ ἑλκώσῃ τὸ στόμα τῶν ὑστερέων, ὅταν φλεγμαίνῃ, οὐ πάμπαν κίνδυνος ἄτοκον γενέσθαι, ἀλλὰ προστίθεσθαι ἃ μὴ δάκνει, ὑφ᾽ ὧν φλέγμα καθαίρεται. ὅταν γυναικὶ τὰ καταμήνια γένηται καὶ παρέλθῃ, πρῶτα μὲν χρὴ κεφαλὴν καθῆραι, ἔπειτα ἐλλεβορίσαι, ἤν τε ἅπαξ ἤν τε δὶς δέῃ. μετὰ δὲ πυριῆσαι πυριητήριον κατασκευάσας τὸ ἐκ τῆς σικύης. οὕτω δὲ πεποιημένον, ἐγχέας εἰς ἐχῖνον θαλάσσης καὶ πράσα ἐμβαλὼν, ἐπιθεῖναι τὸν αὐλὸν τῆς σικύης καὶ περιαλεῖψαι πηλῷ ὡς βελτίστῳ, ὅκως μὴ διαπνέῃ. εἶτα διὰ σχοινοτόνου δίφρου τῶν τετραγώνων διάγειν τὸν αὐλὸν, ὅκως ὑπερέξῃ δύο δακτύλους τοῦ τόνου. εἶτα ὑποκαίειν ἄνθραξι καὶ τὰς καθέδρας φυλάσσειν. ὅταν δὲ καθίζηται καὶ ὁκόταν ἀνίστηται, ὅκως μὴ κατακαυθῇ, ἀλλα καθίζειν ἔτι ψυχροῦ ἐόντος τοῦ πυριητηρίου καὶ ἀνίστασθαι ἕως ἂν καταψυχθῇ ὁ τὸν αὐλόν.] ἐπὶ δὲ τῇ πυρίῃ την δια-

datur, aut cervix, id ex digiti contactu dignofcetur, et fi in coxendiecem obverfi uteri fuerint. Cum fic habuerit, acre nihil adhibendum. Si enim os uterorum exulceratum fuerit, eum inflammatione laborarit, periculum eft ne prorfus fterilis evadat. Verum ea fupponenda quae minime mordeant, et ex quibus pituita purgetur. Cum mulieri menfes contigerint et praeterierint, primum quidem caput purgare oportet, deinde bis vel femel, prout opus videbitur, veratrum exhibere, poftea fomentum adhibere, vafe ad fomentum recipiendum ex cucurbita parato. Quo fic in ampli vafis formam, ἐχῖνον vocant, confecto, aqua marina infufa et porris injectis, cucurbitae fiftulam imponito et luto quam optimo, ne quid transpiret, circum obducito. Deinde per fellam ex junceo fune nexam quadrangularem, fiftulam transmittito, ut duobus digitis fedem fuperet. Mox prunis accenfis fubftratis in defidendo obfervet, ne cum defidat aut cum exurgit comburatur, fed vafe quo fomentum excipitur adhuc frigido defideat, et exurgat dum fiftula refrixerit. In hoc

Ed. Chart. VII. [853.] Foes. I. 682. Ed. Lind. II. (632. 633.)

Ungues neque longiores neque breviores digitorum extremis verticibus esse oportet, quos sic in usum adhibere convenit. Digitis quidem summis, indice fere ad pollicem admoto, manu autem integra prona, ambabus vero adversis. Digitorum autem apta a natura habitudo est, ut magnum sit intervallum quod est inter digitos medium, et pollex indici ex adverso constituatur. Morbo vero eos male affici constat, quibus ex primo ortu aut educatione pollex ab aliis digitis contineri assuevit. Qui agit, ad opera omnia adhibeat utrasque manus et ambas simul, cum sint similes, ad id quidem animum advertens, ut ambabus utatur recte, decore, cito, sine labore, concinne, prompte. Instrumenta certe et quando et qualiter parata esse debeant, dicetur. Sed ea ubi oportet posita, juxta eam corporis partem quae tractatur, ita ut ne quid opus remoretur, neque in assumendo impediat. Quod si ab altero exhibeantur, is paulo ante paratus sit et ubi jusseris imperata faciat. Qui vero aegrotanti assistunt,

χειριζόμενον παρεχόντων ὡς ἂν δοκῇ, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα κατεχόντων, ὡς ὅλον ἂν ἀτρεμέῃ, σιγῶντες, ἀκούοντες τοῦ ἐφεστῶτος.

[35] Ἐπιδέσιος δύο εἴδεα, εἰργασμένον καὶ ἐργαζόμενον. ἐργαζόμενον μὲν ταχέως, ἀπόνως, εὐπόρως, εὐρύθμως. ταχέως μὲν ἀνύειν τὰ ἔργα. ἀπόνως δὲ ῥηϊδίως δρῆν. εὐπορίη δὲ ἐς πᾶν ἑτοίμη. εὐρυθμίη δὲ ὁρῆσθαι ἡδέως. ἀφ᾽ ὧν δὲ ταῦτα ἀσκημάτων, εἴρηται. εἰργασμένον δὲ ἀγαθῶς, καλῶς. καλῶς μὲν ἁπλῶς, εὐκρινέως, ἢ ὅμοια, ἢ ἴσα. ἴσως καὶ ὁμοίως, ἢ ἄνισα καὶ ἀνόμοια. ἀνίσως καὶ ἀνομοίως. τὰ δὲ εἴδεα, ἁπλοῦν, ἔγκυκλον, σκέπαρνον, σιμὸν, ὀφθαλμὸς, ῥόμβος καὶ ἡμίτομον. ἁρμόζον τὸ εἶδος τῷ εἴδει καὶ τῷ πάθει τοῦ ἐπιδεομένου.

[40] Ἀγαθῶς δὲ δύο εἴδεα τοῦ ἐπιδεομένου. ἰσχύος μὲν ἢ πιέξει ἢ πλήθει ὀθονίων. τὸ μὲν οὖν αὐτὴ ἡ ἐπίδεσις ἰῆται, τὸ δὲ τοῖς ἰωμένοισιν ὑπηρετέει. ἐς μὲν || οὖν ταῦτα

quod manu curatur prout traditum fuerit, exhibeant, reliquum autem corpus iu quiete contineant, tacentes et ei qui praeest auscultantes.

Deligationis duo sunt genera, unum ejus quae adhuc fit, alterum ejus quae jam facta est. Ad eam quae fit quidem spectat, cito, sine dolore, prompte, concinne. Celeritas quidem in operis absolutione, indolentia vero in agendi facilitate consistit. At promptitudo in eo, quod ad quidvis praesto est, concinnitas vero in visus delectatione spectatur. Atque ista quanam exercitatione comparentur, dictum est. Ad eam vero quae jam facta est rectum et decorum pertinet. Decorum quidem in eo quod simplex est aut distinctum spectatur, si similibus aut aequalibus aequalia aut similia, aut inaequalibus et dissimilibus inaequalia et dissimilia adhibeantur. Atque hujus generis sunt simplex, rotundum, ascia, simum, oculus, rhombus et dimidiatum. Ita ut forma formae et affectioni partis quae deligatur apte respondeat.

Rectum autem in deligatione duobus modis spectatur. Robur quidem aut appressu aut linteorum multitudine constat. Ac ipsa quidem deligatio partim medetur, partim

Ed. Chart. XII. [40. 48.] Foës. I. 743. Ed. Lind. I. (617. 618.)

νόμος. ἐν δὲ τουτέοισι μέ(618)γιστα ἐπιδέσιος. πίεξις μὲν ὥστε τὰ ἐπικείμενα μὴ ἀφεστᾶναι, μηδὲ ἐρηρεῖσθαι, ἀλλὰ ἡρμόσθαι μὲν, προσηναγκάσθαι δὲ μὴ, ἧσσον μὲν τὰ ἔσχατα, ἥκιστα δὲ τὰ μέσα.

Ἅμμα καὶ ῥάμμα νεμόμενον μὴ κάτω, ἀλλ' ἄνω ἐν παρέξει καὶ σχέσει καὶ ἐπιδέσει καὶ πιέξει. ἀρχὰς βάλλεσθαι μὴ ἐπὶ τὸ ἕλκος, ἀλλ' ἔνθεν ἢ ἔνθεν τὸ ἅμμα. τὸ δὲ ἅμμα μήτε ἐν τρίβῳ μήτε ἐν ἔργῳ, μήτε ἐκεῖσε, ὅκου κενεόν. ὡς μὴ ἔσω κενεὸν κείσεται. ἅμμα δὲ καὶ ῥάμμα μαλθακὸν, οὐ μέγα. εὖ γε μὴν γνῶναι ὅτι ἐς τὰ κατάντη καὶ ἀπόξη φεύγει πᾶς ἐπίδεσμος, οἷον κεφαλῆς μὲν τὸ ἄνω, κνήμης δὲ τὸ κάτω.

[48] Ἐπιδεῖν δεξιὰ ἐπ' ἀριστερὰ, καὶ ἀριστερὰ ἐπὶ δεξιὰ, πλὴν κεφαλῆς. ταύτην δὲ κατ' ἴξιν. τὰ δ' ὑπεναντία ἀπὸ δύο ἀρχέων. ἣν δὲ ἀπὸ μιῆς, ἐφ' ὅπερ ὅμοιον ἐς τὸ

medentibus subservit. Atque haec quidem in iis lex observanda est. In his autem circa deligationem maxime attendere oportet, ut appressus ita fiat, ut quae sunt imposita neque abscedant neque innitentur, sed apte quidem componantur, non cogantur idque in extremis minus, minimum vero in mediis.

Nodus et filum non deorsum, sed sursum ferantur, dum pars affecta medicis exhibetur, ad curationem accommodatur, deligatur et ad habitum, quo postea contineri debet, comparatur. Principia non ea parte qua ulcus est injicienda, sed hinc vel inde nodus faciendus. Neque vero nodum facere oportet ea parte quam terimus, neque qua agimus, neque qua parte inane est, ne in vanum collocetur. Nodus et filum molle sit, non magnum. Probe tamen istud attendere convenit, deligationem omnem ad loca declivia et in acutum tennata tendere, velut in capite ad superiorem quidem partem, in tibia vero ad inferiorem.

Deligatio a dextris ad sinistra et a sinistris ad dextra ducatur, praeterquam in capite, hoc enim in directum deligandum est. Quae vero partes inter se opponuntur, fascia

Fd. Chart. XII. [48.] Foes. I. 743. Ed. Lind. I. (618. 619.)

μόνιμον. οἷον τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς, καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτον. τὰ δὲ κινεύμενα, οἷον ἄρθρα, ὅπῃ μὲν συγκάπτεται, ὡς ἥκιστα καὶ εὐσταλέστατα περιβάλλειν, οἷον ἰγνύην· εἰ δὲ περιτείνεται, ἁπλᾶ τε καὶ πλατέα οἷον ἡ μύλη. προσπεριβάλλειν δὲ καταλήψιος μὲν τῶν περὶ ταῦτα εἵνεκα, ἀναλήψιος δὲ τοῦ σύμπαντος ἐπιδέσμου, ἐν τοῖσιν ἀτρεμέουσιν καὶ λαπαρωτέροισι τοῦ σώματος, οἷον τὸ ἄνω καὶ τὸ κάτω τοῦ γούνατος. ὁμολογέει δὲ ὤμῳ μὲν ἡ περὶ τὴν ἑτέραν (619) μασχάλην περιβολή, βουβῶνος δὲ ἡ περὶ τὸν ἕτερον κενεῶνα, καὶ κνήμης ἡ ὑπὲρ γαστροκνημίης. ὁκόσοισι μὲν ἄνω ἡ φυγή, κάτωθεν ἡ ἀντίληψις. οἷοι δὲ κάτω, τοὐναντίον, οἷσι δὲ μὴ ἔστι οἷον ἡ κεφαλή, τουτέων ἐν τῷ ὁμαλωτάτῳ τὰς καταλήψιας ποιέεσθαι καὶ ἥκιστα λοξῷ τῷ ἐπιδέσμῳ χρέεσθαι, ὡς τὸ μονιμώτατον ὕστατον περιβληθέντα πλανωδέστατα κατέχει. ὁκόσοισι δὲ μὴ εὐκαταλήπτως τοῖς ὀθονίοισι, μηδὲ

ex duobus initiis deligandae. Quod si ab uno incipis, ad similitudinem, per eum locum, in quo firmiter haereat, deducenda, velut est capitis pars media, et si quid aliud est hujus generis. Quae ad motionem sunt idonea, velut articuli qua parte quidem inflectuntur, quam minimis et maxime contractis linteis obvolvenda sunt, veluti poples: at ubi contenduntur, explicatis et latis velut genu mola. Insuper quoque circundare vinculum quoddam oportet, ad ea quidem comprehendenda, quae circum articulos sunt, tum vero ad retinendam totam deligationem, in iis corporis partibus quae quiescunt et demissiores sunt, velut supra et infra genu. In humero quidem fasciarum involutio quae ad alteram axillam injicitur, convenit. In inguine vero ea quae fit per alteram lateris mollitudinem et in tibia, quae supra suram. Quibus quidem sursum vinculorum evolutio elabitur, deorsum apprehensio fiat, quibus vero deorsum, contra. At in quibus hoc non datur, ut in capite, in his quam maxime aequabili loco comprehensiones facere et minime obliqua deligatione uti oportet, quo postrema involutio firmissime circumjecta, ea quae vel maxime errabunda sunt contineat. Quae autem linteis neque commode compre-

Ed. Chart. XII. [48. 55.] Foës. I. 743. 744. Ed. Lind. I. (619. 620.)

εὐαναλήπτως ἔχει ῥάμμασι τὰς ἀναλήψιας ποιέεσθαι ἐκ καταβολῆς ἢ ξυῤῥαφῆς.

[55] Ἐπιδέσματα καθαρὰ, κοῦφα, μαλθακὰ, λεπτὰ, ἑλίσσειν ἀμφοτέροισιν ἅμα καὶ ἑκατέροισιν χερσὶς ἀσκέειν, τῇ πρεπούσῃ δὲ ἐς τὰ πλάτη καὶ τὰ πάχη τῶν ὀθονίων τεκμαιρόμενον χρέεσθαι. ἑλίξιος κεφαλαὶ σκληραὶ, ὁμαλαὶ, εὐκρινέες. τὰ δὲ δὴ μέλλοντα ἀποπίπτειν κακίω ταχέως ἀποπεσόντων. τὰ δὲ μήτε πιέζειν μήτε ἀποπίπτειν.

Ὧν δὲ ἔχεται ἐπίδεσις ἢ ὑπόδεσις ἢ ἀμφότερα. ὑπόδεσις μὲν αἰτέῃ ὥστε ἢ ἀφεστῶτα προστεῖλαι, ἢ ἐκπεπτυμένα συστεῖλαι ἢ ξυνεσταλμένα διαστεῖλαι, ἢ διεστραμμένα διορθῶσαι, ἢ τἀναντία. παρασκευάζειν δὲ ὀθόνια κοῦφα, λεπτὰ, μαλθακὰ, καθαρὰ, πλατέα, μὴ ἔχοντα συῤῥαφὰς μηδ᾽ ἐξεστίας, καὶ ὑγιέα ὥστε τανύσιν φέρειν καὶ ὀλίγῳ κρέσσω, μὴ ξηρὰ, (620) ἀλλ᾽ ἔγχυμα χυμῷ ᾧ ἕκαστα σύντροφα. ἀφεστεῶτα μὲν ὥστε τὰ μετέωρα τῆς ἕδρης ψαύειν μὲν, πιέζειν δὲ

hendi, neque apte retineri poſſunt, ea filis per injectionem aut ſuturam adhibitis, retineri debent.

Vincula munda, levia, mollia et tenuia eſſe oportet, eaque ambabus ſimul manibus involvenda, aut utrisque invicem opus exercendum. Conveniente autem deligatione utendum, adhibita in rationem linteorum tum latitudine tum craſſitudine. Faſciarum involutarum capita dura, aequabilia, explicata ſunto. Quae ſane futurum eſt ut decidant, ea deteriora ſunt ubi cito decidunt: partim vero ſunt ejusmodi, ut neque comprimant neque decidant.

Quae autem deligatio appetat, aut ſubligatio aut utraque, haec ſunt. Subligatio quidem efficit, ut quae abſceſſerunt adducantur, vel quae expanſa ſunt coarctentur, aut contracta diducantur aut perverſa dirigantur, aut contra. Jam vero lintea paranda ſunt levia, tenuia, mollia, munda, lata, nullas neque ſuturas, neque extantes linorum eminentias habentia, neque adeo valentia ut extenſionem ferre poſſint, pauloque praeſtantiora, non acida, ſed ſucco ſingulis accommodato madentia. In his certe quae abſceſſerunt, ita ut ſublimia ſedem quidem attingant, neque tamen

μή. ἦρχθαι δὲ ἐκ τοῦ ὑγιέος, τελευτᾷν πρὸς τὸ ἕλκος. ὡς τὸ μὲν ὑπεὸν ἐκθέλγηται, ἕτερον δὲ μὴ ἐπιξυλλέγηται.

[65] Ἐπιδεῖν τὰ μὲν ὀρθὰ ἐς ὀρθὸν, τὰ δὲ λοξὰ λοξῶς, ἐν σχήματι ἀπόνῳ, ἐν ᾧ μήτε ἀπόσφιγξις μήτε ἀπόστασις ἔσται, ἐξ οὗ ὅταν μεταλλάσσῃ ἐς ἀνάληψιν ἢ θέσιν, οὐ μεταλλάξουσιν, ἀλλ' ὅμοια ταῦτα ἕξουσι μύας, φλέβας, νεῦρα, ὀστέα, ἀναλελάμφθαι δὲ ἢ κέεσθαι ἐν σχήματι ἀπόνῳ τῷ κατὰ φύσιν. ὧν δὲ ἂν ἀποστῇ, τἀναντία. ὧν δ' ἂν ἐκπεπταμένα, συστεῖλαι. τὰ μὲν ἄλλα τὰ αὐτὰ, ἐκ πολλοῦ δέ τινος δεῖ τὴν συναγωγὴν καὶ ἐκ προσαγωγῆς τὴν πίεξιν τὸ πρῶτον ἥκιστα, ἔπειτα ἐπὶ μᾶλλον ὅριον τοῦ μάλιστα τὸ συμψαύειν. ὧν δὲ συνεσταλμένα διαστεῖλαι. σὺν μὲν φλεγμονῇ τἀναντία, ἄνευ δὲ ταύτης παρασκευῇ μὲν τοιαύτῃ, ἐπιδέσει δὲ ἐναντίῃ.

[72] Διεστραμμένα δὲ διορθῶσαι. τὰ μὲν ἄλλα κατὰ

comprimant. Initio autem a sana parte ducto ad ulcus desinendum est, ut quod subest emulgeatur, neque praeterea quicquam colligatur.

Atqui deliganda sunt recta in rectum, obliqua vero oblique, eo modo figurata, in quo neque dolor neque compressio neque relaxatio adsit, ut eum habitum non mutent, cum ad apprehensionem aut positionem sit transitus, verum ut similiter se habeant ista omnia, nempe musculi, venae, nervi et ossa, sintque recte disposita et bene retenta. Apprehendi autem et jacere eo habitu convenit, qui secundum naturam sit et dolorem minime faciat. In quibus autem abscessio facta est, contra. Ast ubi quae expansa sunt contrahere oportet, in caeteris quidem eodem modo. Ex longinquo tamen quodam intervallo contractio, sensimque progressu facto compressio facienda est, primo quidem minimum, postea magis, ita ut maximae compressionis contactus terminus statuatur. In iis vero quae contracta sunt diducendis, ubi quidem inflammatio adest, contrariam rationem adhibere oportet: quae si abest, eodem quidem apparatu, contraria autem deligatione utendum.

In perversis quoque dirigendis caetera quidem eodem

Ed. Chart. XII. [72. 76.] Foes. I. 745. Ed. Lind. I. (620. 621.)

|| τὰ αὐτά. δεῖ δὲ τὰ μὲν ἀπεληλυθότα ἐπαγαγεῖν ὑποδέσει, παρακολλήσει, ἀναλήψει. τὰ δὲ ἐναντία ἐναντίως. (621) σπληνῶν μήκεα, πλάτεα, πάχεα· πλήθεα, μῆκος ὅση ἡ ἐπίδεσις, πλάτος τριῶν ἢ τεσσάρων δακτύλων, πάχος τριπτύχους ἢ τετραπτύχους, πλῆθος κυκλεῦντας μὴ ὑπερβάλλειν, μηδὲ ἐλλείπειν. οἷσι δὲ ἐς διόρθωσιν μῆκος κυκλεῦντας πλάτος καὶ πάχος τῇ ἐνδείῃ τεκμαίρεσθαι, μηδὲ ἀθρόα πληρεῦντας. τῶν δὲ ὀθονίων ὑποδεσμίδες εἰσὶ δύο, τῇ πρώτῃ ἐκ τοῦ σίνεος εἰς τὰ ἄνω τελευτώσῃ, τῇ δὲ δευτέρῃ ἐκ τοῦ σίνεος εἰς τὰ κάτω. κατὰ τὸ σῖνος πιέζειν μάλιστα, ἥκιστα τὰ ἄκρα. τὰ δὲ ἄλλα κατὰ λόγον. ἡ δὲ ἐπίδεσις πουλὺ τοῦ ὑγιέος προσλαμβανέτω.

[76] Ἐπιδέσμων δὲ πλῆθος, μῆκος, πλάτος, πλῆθος μὲν μὴ ἡσσᾶσθαι τοῦ σίνεος, μηδὲ νάρθηξιν ἐνέρεισιν εἶναι, μηδὲ ἄχθος, μηδὲ περίῤῥεψιν, μηδὲ ἐκθήλυνσιν. μῆκος δὲ

modo fieri debent. Quae autem recesserunt ea per subligationem, agglutinationem, apprehensionem adducere oportet, contraria vero contra. Spleniorum longitudo, latitudo, crassitudo, multitudo talis esto. Longitudine deligationem aequent, latitudine trium sint aut quatuor digitorum, crassitudine triplicia aut quadruplicia, multitudine, ut in orbem convoluta neque plura sint neque pauciora. At quibus ad directionem adhibentur, longitudinem, in orbem convolutione, latitudinem et crassitudinem, ex eo quod deficit conjiciemus, dum ne confertim compleamus. Linteorum autem subligationes duae cum sint, una ex loco affecto in superiorem partem, altera ex parte affecta in inferiorem partem desinit. Ad locum affectum appressus maxime fieri debet, extremis partibus minime, in reliquis vero pro ratione. Deligatio quoque magnam ejus quod sanum est partem occupet.

Quod ad fasciarum multitudinem, longitudinem, latitudinem attinet, multitudo quidem tanta esse debet, ut ne affectae parti cedat et ferularum compressionem impediat, neque pondere molesta sit neque vinculi alteram in partem propensionem, neque effoeminationem afferat. Quod

Ed. Chart. XII. [76. 81.] Foes. I. 745. Ed. Lind. I. (621. 622.)

καὶ πλάτος τριῶν ἢ τεττάρων ἢ πέντε ἢ ἕξ. πήχεων μὲν μῆκος, δακτύλων δὲ πλάτος, καὶ παρέρματος περιβολαὶ τοσαῦται ὥστε μὴ πιέζειν. μαλθακὰ δὲ μὴ παχέα. ταῦτα πάντα ὡς ἐπὶ μήκει καὶ πλάτει καὶ πάχει τοῦ παθόντος. νάρθηκες δὲ λεῖοι, ὁμαλοὶ, σιμοὶ, κατ' ἄκρα σμικρῷ μείους ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς ἐπιδέσεως. παχύτατοι δὲ ᾗ ἐξέῤῥιπτε τὸ κάτηγμα. ὁκόσα δὲ κυρτὰ καὶ ἄσαρκα φύσει φυλασσομένων τῶν ὑπερχόντων. οἷον κατὰ δακτύλους ἢ σφυρὰ, τῇ θέσει ἢ τῇ βρα(622)χύτητι. παρέρμασι δὲ ἑρμάζειν μὴ πιέζειν τὸ πρῶτον κηρωτῇ μαλθακῇ καὶ λείῃ καὶ καθαρῇ.

[81] Ὕδατος θερμότης, πλῆθος. θερμότης μὲν κατὰ τῆς ἑωυτοῦ χειρὸς καταχεῖν. πλῆθος δὲ χαλάσαι μὲν καὶ ἰσχνῆναι τὸ πλεῖστον ἄριστον. σαρκῶσαι δὲ καὶ ἁπαλῦναι τὸ μέτριον. μέτριον δὲ ἐν τῇ καταχύσει ἔτι μετεωριζομένου, δεῖ πρὶν συμπίπτειν παύεσθαι. τὸ μὲν γὰρ πρῶτον αἴρεται,

ad longitudinem vero et latitudinem pertinet, tres aut quatuor aut quinque aut sex longitudine quidem cubitos, latitudine autem digitos aequare debent. Tot itidem sint stabilimenti circumvolutiones, ut ne comprimant. Mollia autem sint et minime crassa quae adhibentur, eaque omnia pro partis affectae longitudine et crassitudine. Ferulae autem laeves, aequales, circa extrema resimae sint oportet et ab utraque parte deligatione paulo breviores, crassissimae vero qua parte fractura erupit. At in partibus quae suapte natura incurvae sunt et excarnes, velut circa digitos et talos, in iis vitare ferularum appositionem juxta ea quae eminent oportet, aut breviores apponere. Stabilimenta vero primam deligationem fulciant, at non comprimant. Cerato utendum molli, laevi et puro.

In aqua calor et copia spectanda sunt. Calor quidem tantus ut supra medici manum affusa ferri possit. Copia vero, ubi laxandum quidem et attenuandum, maxima: ubi autem carne implendum et molliendum, modica optima est. In persundendo autem ea moderatio esse debet, ut dum pars adhuc attollitur, prius quam concidat desistamus. Primum namque attollitur, deinde attenuatur. In promi-

Ed. Chart. XII. [81.] Foes. I. 745. 746. Ed. Lind. I. (622. 623.)
ἔπειτα δὲ ἰσχναίνεται. Θέσις δὲ μαλθακὴ, ὁμαλὴ, ἀνάῤῥοπος τοῖσιν ἐξέχουσι τοῦ σώματος, οἷον πτέρνῃ καὶ ἰσχίῳ, ὡς μήτε ἀνακλᾶται μήτε ἐκτρέπεται. σωλῆνα παντὶ τῷ σκέλει ἢ ἡμίσει. ἐς τὸ πάθος δὲ βλέπειν καὶ τἄλλα ὅσα βλάπτει δῆλα.

|| Πάρεξις δὲ καὶ διάτασις καὶ ἀνάπλασις καὶ τὰ ἄλλα κατὰ φύσιν. φύσις δὲ ἐν μὲν ἔργοις τοῦ ἔργου τῇ πρήξει ὃ βούλεται τεκμαρτέον. ἐς δὲ ταῦτα ἐκ τοῦ ἐλινύοντος, ἐκ τοῦ κοινοῦ, ἐκ τοῦ ἔθεος. ἐκ μὲν τοῦ ἐλινύοντος καὶ ἀφειμένου τὰς ἰθυωρίας σκέπτεσθαι, οἷον τὸ τῆς χειρός. ἐκ δὲ τοῦ κοινοῦ ἔκτασιν, σύγκαμψιν, οἷον τὸ ἐγγὺς τοῦ ἐγγωνίου πήχεος πρὸς βραχίονα. ἐκ δὲ τοῦ ἔθεος, ὅτι οὐκ ἄλλα σχήματα φέρειν δυνατώτερον, οἷον σκέλεα ἔκτασιν. ἀπὸ τουτέου γὰρ ῥήϊστα πλεῖστον χρόνον ἔχοι ἂν μὴ μεταλλάσσοντα. ἐν δὲ τῇ μεταλλαγῇ ἐκ διατάσιος ὅμοια ταῦτα (623) ἔχουσιν,

nentibus corporis partibus positus mollis, aequabilis esse debet et qui sursum tendat, velut in calcaneo et coxendice, ita ut neque reflectantur neque evertantur. Canalem toti potius parti quam dimidiae subjicere oportet. Ad affectum autem animum intendere convenit, et caetera quaecunque ex eo palam oriuntur incommoda.

Exhibitio autem, distentio, conformatio caeteraque secundum naturam accommodata esse debent. Natura vero, quandoquidem in actionibus consideratur, ex operis actione quonam spectet conjectandum. Quod autem ad ista attinet, attendendus est quiescentis habitus et communis et qui in consuetudinem venit. In quiescente quidem ac remisso in rectum processus spectandus est, qualis est in manus figura. In communi extensio et inflexio, veluti ubi cubitus cum brachio ad angularem prope figuram accedit. In consueto autem, quod non alias figuras facilius ferre possint, cujusmodi in cruribus est extensio. In eo enim habitu diu facillime sine immutatione perseverarint. In immutatione autem ex distentione in habitum aut posi-

Ed.Chart. XII. [81. 92. 95.] Foes. I. 746. 747. Ed. Lind. I. (623.)

εἰς ἕξιν ἢ θέσιν μῦες, φλέβες, νεῦρα, ὀστέα, ἢ μάλιστα εὔθετα καὶ εὔσχετα.

[92] Διάτασις μάλιστα, τὰ μέγιστα καὶ πάχιστα καὶ ὁμαλὰ καὶ ὅκου ἀμφότερα. δεύτερα, ὧν τὸ ὑποτεταγμένον. ἥκιστα, ὧν τὸ ἄνω. μᾶλλον δὲ τοῦ μετρίου βλάβη, πλὴν παιδίων ἔχειν ἀνάντη σμικρῶν. διορθώσιος παράδειγμα τὸ ὁμώνυμον, τὸ ὁμόζυγον, τὸ ὅμοιον, τὸ ὑγιές. ἀνάτριψις δύναται λῦσαι, δῆσαι, σαρκῶσαι, μινυθῆσαι, ἡ σκληρὴ δῆσαι, ἡ μαλακὴ λῦσαι, ἡ πολλὴ μινυθῆσαι, ἡ μετρίη παχῦναι.

[95] || Ἐπιδεῖν δὲ τὸ πρῶτον ὁ μὲν ἐπιδεδεμένος μάλιστα φάτω πεπιέχθαι κατὰ τὸ σῖνος. ἥκιστα τὰ ἄκρα. ἡρμόσθαι δὲ μὴ πεπιέχθαι τῷ πλήθει μὴ ἰσχύει. τὴν δὲ ἡμέρην ταύτην καὶ νύκτα ὀλίγῳ μᾶλλον, τὴν δ' ὑστέρην ἧσσον, τρίτη χαλαρά. εὑρεθήτω δὲ τῇ μὲν ὑστεραίῃ ἐν ἄκροις οἴδημα μαλθακόν. τῇ τρίτῃ δὲ τὸ ἐπιδεθὲν λυθὲν, ἰσχνότερον

tionem, similiter ista se habeant, musculi, venae, nervi, ossa, aut bene admodum sint deposita et bene retenta.

Distentio praecipue ad ea quae maxima, crassissima et aequalia et utraque ossa fracta habent, accommodatur. Secundo loco ubi os subjectum, minime vero ubi id quod supra laesum est. Quae si justo major fiat, noxiam adfert, praeterquam in pueris. Partes autem ipsas paulum acclives habere oportet. Ad directionem, pro exemplo proponatur, quod est ejusdem nominis conjugatum, simile, sanum. Frictio vim habet solvendi, vinciendi, carnem augendi, minuendi. Dura quidem vinciendi, mollis solvendi, multa minuendi, mediocris implendi.

In deligando autem, imprimis quidem qui deligatur, qua parte noxia est, se maxime dicat esse compressum, extremis partibus minime et fascias tam apte appositas esse sentiat, ut stabilitae quidem sint, non autem appressae, non vi, sed numero, ac ea quidem die ac nocte paulo magis premi, postridie minus, tertia laxari. Postridie autem in extremis quidem partibus tumor mollis reperiatur. Tertio vero die pars deligata ubi soluta fuerit, gracilior de-

Ed. Chart. XII. [95. 98.] Foes. I. 747. 748. Ed. Lind. I. (623. 624.)

παρὰ πάσας τὰς ἐπιδέσιας τοῦτο. τῇ δὲ ὑστεραίῃ ἐπιδέσει ἢν δικαίως ἐπιδεδεμένον φανῇ, μαθεῖν δεῖ. ἐντεῦθεν δὲ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλέοσιν πιεχθήτω. τῇ δὲ τρίτῃ ἐπὶ μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλείοσιν. τῇ δὲ ἑβδόμῃ, ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπιδέσιος λυθέντα, εὑρεθήτω ἰσχνὰ χαλαρὰ τὰ ὀστέα. ἐς δὲ νάρθηκας δεθέντα, ἢν ἰσχνὰ καὶ ἄκνησμα καὶ ἀνέλκεα ᾖ, ἐᾷν μέχρις εἴκοσιν ἡμερέων ἀπὸ τοῦ σίνεος. ἢν δέ τι ὑποπτεύηται, λῦσαι ἐν μέσῳ. (624) νάρθηκας διὰ τρίτης ἐρείδειν.

Ἡ ἀνάληψις, ἡ ἀπόθεσις, ἡ ἐπίδεσις, ὡς ἐν τῷ αὐτῷ ᾖ διαφυλάσσειν. κεφάλαια σχημάτων, ἔθη, φύσεις ἑκάστου τῶν μελέων, τὰ εἴδεα ἐκ τοῦ τρέχειν, ὁδοιπορέειν, ἑστάναι, κατακεῖσθαι ἐκ τοῦ ἔργου, ἐκ τοῦ ἀφεῖσθαι. ὅτι χρῆσις κρατύνει. ἀργίη δὲ τήκει, ἢ πιέξει, ἢ πλήθει.

[98] || Ὁκόσα δὲ ἐκχυμώματα, ἢ φλάσματα, ἢ σπάσματα, ἢ οἰδήματα ἀφλέγμαντα ἐξεργᾶται ἐκ τοῦ τρώματος ἐς μὲν τὸ ἄνω τοῦ σώματος τὸ πλεῖστον, βραχὺ δέ τι καὶ

prehenditur, idque per omnes deligationes obſervandum eſt. Poſtera deligatione an decenter deligatum apparuerit cognoſcendum ac deinceps magis ac pluribus linteis adſtringendum, tertio item die magis ac pluribus. Septimo vero die poſt primam deligationem reſoluta oſſa gracilia et laxa deprehendantur. At ferulis alligata ſi gracilia, ſine prurigine et ulcere fuerint, ad vigeſimum a noxa diem ſinere oportet. Quod ſi aliqua ſuſpicio ingruit, ſolvere interim et ferulas tertio quoque die confirmare convenit.

Obſervandum autem eſt ut apprehenſio, depoſitio et deligatio eodem ſint ſtatu. Figurarum ſcopi ex conſuetudine et cujusque membri natura petuntur. Species vero ex curſu, via, ſtandi et jacendi ratione, ex actione et remiſſione. Nam et uſus roborat, otium vero colliquat. An compreſſione, an linteorum copia adſtrictio fieri debeat animadvertendum.

At vero ubi ſugillata, contuſa, vulſa, aut tumores ſine inflammatione ex vulnere ſiunt, ſurſum quidem plurimum, paulum autem deorſum deligare oportet, dum brachium aut

Ed. Chart. XII. [98. 100] Foes. I. 748. Ed. Lind. I. (624. 625.)

ἐς τὸ κάτω. μὴ κατάντη τὴν χεῖρα ἔχοντα ἢ τὸ σκέλος, τιθέμενον τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ τρῶμα καὶ μάλιστα ἐρείδοντα, ἥκιστα τὰ ἄκρα, μέσως τὰ διὰ μέσου. τὸ ἔσχατον πρὸς τὰ ἄνω τοῦ σώματος νεμόμενον ἐπιδέσει, πιέξει. ἀτὰρ καὶ ταῦτα πλήθει μᾶλλον ἢ ἰσχύει. μάλιστα δὲ τουτέοισιν ὀθόνια λεπτὰ, κοῦφα, μαλθακὰ, καθαρὰ, πλατέα, ὑγιέα, ὡς ἂν ἄνευ ναρθήκων καὶ καταχύσει χρῆσθαι πλέονι.

[100] Τὰ δὲ ἐκπτώματα, ἢ στρέμματα ἢ διαστήματα ἢ ἀποσπάσματα ἢ ἀποκλάσματα ἢ διαστρέμματα. οἷα τὰ κυλλὰ, τὰ ἑτερόῤῥοπα, ἔνθεν μὲν ἐξέστη συνδιδόντα, ὅπη δὲ συντείνοντα, ὡς ἐς τἀναντία ῥέπῃ ἐπιδεθέντα ἢ πρὶν ἐπιδεθῆναι σμικρῷ μᾶλλον ἢ ὥστε ἐξ ἴσου εἶναι, καὶ τοῖσιν ἐπιδέσμοισι καὶ τοῖσι σπλήνεσι καὶ (625) τοῖσιν ἀναλήμμασι καὶ τοῖσι σχήμασι, κατατάσει, ἀνατρίψει, διορθώσει, ταῦτα καὶ καταχύσει πλείονι.

crus non propendeat, initio facto ex vulnere et maxime firmato, circa extrema minimum, circa vero media modice et in deligando aut comprimendo vinculi extrema parte ad superiores corporis partes reducta. Quin et ista numero potius quam vi fieri debent. Ad haec autem maxime valent lintea tenuia, levia, mollia, pura, lata, sana, ut absque ferulis contineantur. Copiosiore item aquae perfusione est utendum.

At ubi articuli suis sedibus elabuntur, aut iis illaesis quae circa ipsos sunt nervosae partes intorquentur, aut ossa quae naturaliter se mutuo contingunt, aliquo intervallo distant aut cum divulsis iis quae ossa colligant, ipsa quae mutuo se contingebant plurimum secedunt, aut ubi ossa prope articulum per totam ossis crassitudinem abrumpuntur, aut distorquentur, velut quae vara dicuntur, in alteram partem inclinantia, ea vinculis deligare oportet, qua parte quidem excesserunt remittendo, ab ea autem in quam excesserunt intendendo, ita ut ubi deligata fuerint, in contrariam ac prius quam deligarentur partem inclinent, paulo magis quam ex aequo idque vinculis, spleniis apprehensionibus et figuris, tum etiam extensione, frictione, directione, ad haec etiam uberiore perfusione.

[102] Τὰ δὲ μινυθήματα, πολὺ προσλαμβάνοντα τοῦ ὑγιέος ἐπιδεῖν ὡς ἂν ἐξ ἐπιδρομῆς τὰ συντακέντα πλέονα ἢ αὐτόματα ἐμινύθη, ἢ ἄλλῃ ἢ τῇ ἐξ ἐπιδέσει παραλλάξαντα ἐκκλίνει ἐς τὴν αὔξησιν καὶ ἀνάπλασιν τῶν σαρκῶν ποιήσεται. βέλτιον δὲ καὶ τὸ ἄνωθεν οἷον κνήμης καὶ τῶν μηρῶν καὶ τὸ ἕτερον σκέλος τῷ ὑγιεῖ συνεπιδεῖν. ὡς ὁμοιότερον ᾖ καὶ ὁμοίως ἐλινύῃ καὶ ὁμοίως τῆς τροφῆς ἀποκλείηται καὶ δέχηται. ὀθονίων πλήθει μὴ πιέξει. ἀνιέντα πρῶτον τὸ μάλιστα δεόμενον καὶ ἀνατρίψει χρώμενον σαρκούσῃ καὶ καταχύσει ἄνευ ναρθήκων.

[111] || Τὰ δὲ ἑρμάσματα καὶ ἀποστηρίγματα. οἷον στήθει, πλευρῇσι, κεφαλῇ καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν ὅσα τοιαῦτα. τὰ μὲν σφυγμῶν ἕνεκεν, ὡς μὴ ἐνσείηται. τὰ δὲ καὶ τῶν διαστάσεων τῶν κατὰ τὰς ἁρμονίας ἐν τοῖσι κατὰ τὴν κεφαλὴν ὀστέοισιν ἐρεισμάτων χάριν. ἐπί τε βήχεων ἢ πταρμέων ἢ ἄλλης κινήσεως. οἷα τὰ κατὰ τὸν θώρακα καὶ κεφαλὴν ἀποστηρίγματα γίγνεται. τουτέων ἁπάντων αἱ αὐταὶ ξυμμετρίαι

Extenuata vero multum ſanae partis comprehendendo deligare oportet, ut ex aſſluxione contabefactae partes, amplius quam ſuapte natura extenuatae, diverſo vinculo permutatae ad incrementum tendant, carniumque reſtaurationem efficiant. Praeſtat autem ſuperiorem partem ut in tibia et femoribus, ſimulque alterum crus cum parte ſana deligare, ut ſimilius ſit et aeque conquieſcat pariterque alimento prohibeatur, idque ſuſcipiat. Idque linteorum numero, non appreſſu, laxando primum id quod maxime indiget et frictione quae carne impleat, utendo, atque perfuſione absque ferulis.

Quod ad fulcra ac ſtabilimenta attinet, ea pectori, coſtis, capiti, caeterisque id genus adhibentur, partim quidem pulſuum gratia, ut ne quid concutiatur, partim vero ad juncturarum diſtantias in capitis oſſibus firmandas. Ad tuſſim autem et ſternutamentum aut aliam motionem, qualia thoraci et capiti ſtabilimenta admoventur, in quibus omnibus eadem deligationis commoderatio ſervanda eſt. Nam

Ed.Chart.XII.[111.153.] Foes.I.749.750. Ed.Lind.I.(626.II.708.)

τῆς ἐπιδέσεως. ᾗ μὲν γὰρ τὰ σίνη μάλιστα πιέζει, ὑποτιθέναι οὖν εἴριον μαλθακόν τι ἁρμόζον τῷ πάθει. ἐπιδεῖν δὲ μὴ μᾶλλον πιεζεῦντα ἢ ὥστε τοὺς σφυγμοὺς μὴ ἐνσείεσθαι, τάς τε διαστάσιας τῶν ἁρμονιῶν ψαύειν τὰ ἔσχατα ἀλλήλων, μήτε ἀμφὶ τοῖσι πταρμοῖσι καὶ βη(626)ξὶν, ἀλλ' ὥστε ἀποστήριγμα εἶναι καὶ μήτε διαναγκάζηται μήτε ἐνσείηται.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΓΜΩΝ.

[153] || (II. 708) Ἐχρῆν τὸν ἰητρὸν τῶν ἐκπτωσίων τε καὶ κατηγμάτων ὡς ἰθυτάτας τὰς κατατάσιας ποιέεσθαι. αὕτη γὰρ ἡ δικαιοτάτη φύσις. ἢν δέ τι ἐγκλίνῃ ἢ τῇ ἢ τῇ, ἐπὶ τὸ πρηνὲς ῥέπειν. ἐλάσσων γὰρ ἡ ἁμαρτὰς ἢ ἐπὶ τὸ ὕπτιον.

Οἱ μὲν οὖν μηδὲν προβουλεύσαντες οὐδὲν ἐξαμαρτάνουσιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. αὐτὸς γὰρ ὁ ἐπιδεόμενος τὴν χεῖρα ἀπορέγει, οὕτως ὑπὸ τῆς δικαίης φύσεως ἀναγκαζόμενος. οἱ δὲ ἰητροὶ σοφιζόμενοι δῆθεν ἐστὶν οἱ ἁμαρτάνουσιν.

qua noxia est, eo praecipue comprimere oportet. Subjicienda igitur lana mollis, affectui accommodata, deligatione vero ea utendum quae non amplius comprimat, quam ut ne pulsus cieantur, aut juncturarum distantiae ad extrema se mutuo contingant, neque circa sternutamenta et tusses partes affectas agitari prohibeat, sed ita stabilimento sit ut neque cogantur neque concutiantur.

HIPPOCRATIS DE FRACTIS LIBER.

Eorum quae suis sedibus exciderunt et fracta sunt medicum quam rectissimas extensiones facere convenit. Id enim maxime secundum naturam rectum est. Quod si quid in hanc vel illam partem inclinet, praestat in pronum tendere. Levius enim eam in partem peccatur quam in supinam.

Qui igitur nihil in consilium adhibent, plerumque nihil peccant, quippe cum qui deligatur aequissima natura duce manum ita porrigat. Qui vero medici sapientiam sibi

Ed. Chart. VII. [153. 160.] Foes. I. 750. Ed. Lind. II. (708 709.)

σπουδὴ μὲν οὖν οὐ πολλὴ χεῖρα κατεαγυῖαν χειρίσαι, καὶ παντὸς δὲ ἰητροῦ, ὡς ἔπος εἰπεῖν. ἀναγκάζομαι δὲ πλείω γράφειν περὶ αὐτέου, ὅτι οἶδα ἰητροὺς σοφοὺς δόξαντας εἶναι ἀπὸ σχημάτων χειρὸς ἐν ἐπιδέσει, ἀφ' ὧν ἀμαθέας αὐτέους ἐχρῆν δοκέειν εἶναι. ἀλλὰ γὰρ πολλὰ οὕτω ταύτης τῆς τέχνης κρίνεται. τὸ γὰρ ξενοπρεπὲς οὔπω ξυνιέντες εἰ χρηστὸν, μᾶλλον ἐπαινέουσιν ἢ τὸ ξύνηθες, ὃ ἤδη οἴδασιν ὅτι χρηστὸν, καὶ τὸ ἀλλόκοτον ἢ τὸ εὔδη(709)λον. ῥητέον οὖν ὁκόσας ἐθέλω τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἰητρῶν, τὰς μὲν ἀποδιδάξαι, τὰς δὲ διδάξαι περὶ τῆς φύσιος τῆς χειρός. καὶ γὰρ ἄλλων ὀστέων τῶν κατὰ τὸ σῶμα δίδαγμα ὅδε ὁ λόγος ἐστίν.

[160] Τὴν μὲν οὖν χεῖρα, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἐδόκεέ τις καταδῆσαι καταπρηνέα ποιήσας. ὁ δ' ἠνάγκαζεν οὕτως ἔχειν, ὥσπερ οἱ τοξεύοντες, ἐπὴν τὸν ὦμον ἐμβάλλωσιν, καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, νομίζων ἑωυτῷ εἶναι τοῦτο αὐτέῃ τὸ κατὰ φύσιν, καὶ μαρτύριον ἐπήγετο τά τε ὀστέα ἅπαντα τὰ ἐν

falso arrogant, ii nimirum peccant. Nullius ergo est negotii manum fractam tractare, idque cuivis prope dixerim medico proclive est. Qua de re plura mihi dicenda sunt, quod medicos novi qui ex figuranda manu in deligatione sapientiae opinionem prae se ferebant, cum ex eo ignari potius existimandi essent. Verum enimvero multa hoc modo hac in arte aestimari solent. Quod enim peregrinum est, necdum constat an utile sit, consueto, quod jam norunt utile esse, anteponunt, quodque ab usu communi abhorret, ei quod est probe cognitum. Exponendum igitur in medicorum erroribus de manus natura, quosnam tum docere tum dedocere velim. Nam et aliorum corporis ossium doctrinam haec oratio continet.

Manum itaque, quod in praesenti quaestione versatur, quidam pronam deligare visus est. Eam vero statui coëgit sagittariorum habitu, cum humerum praetendunt, atque ita habentem deligavit, hunc esse ratus naturalem ejus habitum. Cujus rei testimonium afferebat, quod omnia cubiti ossa re-

Ed. Chart. XII. [160.] Foës. I. 750. 751. Ed. Lind. II. (709.)

τῷ πήχει, ὅτι ἰθυωρίην κατάλληλα εἶχε τήν τε ὁμοχροίην, || ὅτι αὐτὴ καθ' ἑωυτὴν τὴν ἰθυωρίην ἔχει οὕτω καὶ ἐκ τοῦ ἔξωθεν μέρεος καὶ ἐκ τοῦ ἔσωθεν. οὕτω δὲ ἔφη καὶ τὰς σάρκας καὶ τὰ νεῦρα πεφυκέναι, καὶ τὴν τοξικὴν ἐπήγετο μαρτύριον. ταῦτα λέγων καὶ ταῦτα ποιέων σοφὸς ἐδόκεεν εἶναι. τῶν δὲ ἄλλων τεχνέων ἐπελελήθη, καὶ ὁκόσα ἰσχύϊ ἐργάζονται καὶ ὁκόσα τεχνήμασιν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἄλλο ἐν ἄλλῳ τὸ κατὰ φύσιν σχῆμά ἐστι καὶ ἐν τῷ αὐτέῳ ἔργῳ ἕτερα τῆς δεξιῆς χειρὸς σχήματα κατὰ φύσιν ἐστὶν καὶ ἕτερα τῆς ἀριστερῆς, ἢν οὕτω τύχῃ. ἄλλο μὲν γὰρ σχῆμα ἐν ἀκοντισμῷ κατὰ φύσιν, ἄλλο δὲ ἐν σφενδονήσιν, ἄλλο δὲ ἐν λιθοβολίῃσιν, ἄλλο ἐν πυγμῇ, ἄλλο ἐν τῷ ἐλινύειν. ὁκόσας δ' ἄν τις τέχνας εὕροι, ἐν ᾗσιν οὐ τὸ αὐτὸ σχῆμα τῶν χειρέων κατὰ φύσιν ἐστὶν, καὶ ἐν ἑκάστῃ τῶν τεχνέων, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄρμενον ὃ ἂν ἔχῃ ἕκαστος καὶ πρὸς τὸ ἔργον ὃ ἂν ἐπιτελέσασθαι θέλῃ σχηματίζονται αἱ χεῖρες. τοξικὴν δὲ ἀσκέοντι, εἰκὸς τοῦτο τὸ σχῆμα κράτιστον εἶναι τῆς ἑτέρης

ctitudinem inter se habebant, tum partium aequabilitatem, quod illa ipsa eandem directionem prae se ferret, idque tam exterioribus partibus quam interioribus. Ita quoque et carnes et nervos a natura comparatos esse dicebat, sagittariamque artem in testimonium adducebat, ex iisque tum dictis tum factis sapientiae persuasionem sibi sumpserat, caeterarum artium immemor, quae aut viribus aut artificiis opus suum moliuntur, non advertens alium esse in alio habitum secundum naturam. Quin et in eodem opere, si res ita tulerit, aliam esse dextrae manus figuram secundum naturam, aliam sinistrae. Alius est enim habitus secundum naturam jaculatoris, alius funditoris, alius in lapidatione, alius in pugillatu, alius in quiete. Quascunque vero artes quis investigaverit, in iis non eadem secundum naturam manuum figura est, sed in unaquaque arte et ad conveniens instrumentum, quod habet quisque, et ad opus, quod perficere intendit, manuum figurae accommodantur. Qui autem sagittandi artem exercet, ei hanc manus alte us figuram validissimam esse par est. Hoc

Ed. Chart. XII. [162.] Foes. I. 751. Ed. Lind. II. (710.)

χειρός. [162] (710) τοῦ γὰρ βραχίονος τὸ γιγγλυμοειδὲς ἐν τῇ τοῦ πήχεος βαθμίδι, ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι ἐρεῖδον ἰθυωρίην ποιέει τοῖσιν ὀστέοισιν τοῦ πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος, ὡς ἓν εἴη τὸ πᾶν, καὶ ἡ ἀνάκλασις τοῦ ἄρθρου κέκλυσται ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι. εἰκὸς μὲν οὖν οὕτως ἀκαμπτότατόν τε καὶ τετανώτατον εἶναι τὸ χωρίον καὶ μὴ ἡσσᾶσθαι, μηδὲ ξυνδιδόναι ἑλκομένης τῆς νευρῆς ὑπὸ τῆς δεξιῆς χειρός, καὶ οὕτως ἐπὶ πλεῖστον μὲν τὴν νεύρην ἑλκύσει, ἀφήσει δὲ ἀπὸ στερεωτάτου καὶ ἀθροωτάτου. ἀπὸ τῶν τοιουτέων γὰρ ἀφεσίων τῶν τοξευμάτων ταχεῖαι καὶ αἱ ἰσχύες καὶ τὰ μήκεα γίνονται. ἐπιδέσει δὲ καὶ τοξικῇ οὐδὲν κοινόν. τοῦτο μὲν γὰρ εἰ ἐπιδήσας ἔχειν τὴν χεῖρα οὕτω ἔμελλεν, πόνους ἂν ἄλλους πολλοὺς προσετίθει μείζονας τοῦ τρώματος, τοῦτο δ' εἰ συγκάμψαι ἐκέλευεν, οὔτε τὰ ὀστέα οὔτε τὰ νεῦρα οὔτε αἱ σάρκες ἔτι ἐν τῷ αὐτέῳ ἐγίνοντο, ἀλλὰ ἄλλῃ μετεκοσμεῖτο κρατέοντα τὴν ἐπίδεσιν, καὶ τί ὤφελος ἐστὶ τοξικοῦ σχήματος, καὶ ταῦτα ἴσως οὐκ ἂν ἐξημάρτανε σοφιζόμενος, εἰ εἴα τὸν τετρωμένον αὐτὸν τὴν χεῖρα παρασχέσθαι.

enim habitu brachii pars cardinem referens, in ulnae sede innixa, ulnae et brachii ossa perinde in directum distendit, quasi totum unum sit. Eoque statu fit recurvata articuli reflexio. Hoc igitur modo locum istum minime flecti plurimumque intendi oportet, neque nervo quem dextra tendit concedere, neque ab eo superari. Ita ut plurimum quidem adducendo chorda trahatur, firmissimo autem et maxime repentino impetu emittatur. Sic enim emissae sagittae celeriore impetu longiusque feruntur. Deligatio vero cum sagittandi arte nihil habet commercii. Qui namque deligatam manum ita continere volet, longe alios majores quam vulnus dolores afferet. Quod si flectere jubeat, neque ossa neque nervi neque carnes amplius eodem statu consistent, sed superata deligatione alio transmutabuntur. Quid ergo utilitatis sagittariorum habitus afferat non video. Ideoque fortasse non peccaret qui sapientiae opinionem sibi vendicat, si permitteret ut vulneratus ipse manum porrigeret.

Ed. Chart. XII. [164.] Foes. I. 751. 752. Ed. Lind. II. (710. 711.)

[164] Ἄλλος δ᾽ αὖθις τῶν ἰατρῶν ὑπτίην τὴν χεῖρα δοὺς, οὕτω κατατείνειν ἐκέλευεν καὶ οὕτως ἔχουσαν ἐπέδει, τοῦτο νομίζων τὸ κατὰ φύσιν εἶναι, τῷ τε χροῒ σημαινόμενος καὶ τὰ ὀστέα νομίζων κατὰ φύσιν εἶναι οὕτως, ὅτι φαίνεται τὸ ἐξέχον ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν, ᾗ ὁ σμικρὸς δάκτυλος κατ᾽ ἰθυωρίην εἶναι τοῦ ὀστέου || ἀφ᾽ ὁκοίου τε τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσιν. ταῦτα τὰ μαρτύρια ἐπήγετο, ὅτι κατὰ φύσιν οὕτως ἔχει, καὶ ἐδόκεεν εὖ λέγειν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν (711) εἰ ἡ ὑπτίη ἡ χεὶρ κατατείνοιτο ἰσχυρῶς πονοίη ἄν. γνοίη δ᾽ ἄν τις τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα κατατείνας, ὡς ἐπώδυνον τὸ σχῆμα. ἐπεὶ καὶ ἀνὴρ ἥσσων κρέσσονα διαλαβὼν οὕτως ἐν τῇσιν ἑωυτοῦ χερσὶν ὡς κλᾶται ὁ ἀγκὼν ὕπτιος, ἄγοι ἂν ὅπῃ ἐθέλοι. οὔτε γὰρ εἰ ξίφος ἐν ταύτῃ τῇ χειρὶ ἔχοι, ἔχοι ἄν ὅ τι χρήσαιτο τῷ ξίφει, οὕτω βίαιον τοῦτο τὸ σχῆμα ἐστίν. τοῦτο δὲ εἰ ἐπιδήσας τις ἐν τούτῳ τῷ σχήματι ἐῴη, μέζων μὲν πόνος, εἰ περιΐοι, μέγας δὲ καὶ εἰ κατακέοιτο. τοῦτο δὲ εἰ συγκάμψαι τὴν χεῖρα, ἀνάγκη συν-

Rursus vero alius quidam medicus supinam manum exhibens, sic componere jubebat eoque statu devinciebat, eum naturalem esse ratus, tum ex cutis planicie conjecturam faciens, tum quod ossa sic se habere secundum naturam existimaret, ex eo quod os ad manus juncturam prominens juxta parvum digitum e directo illius ossis situm videatur, ex quo homines ulnam metiuntur. Atque his argumentis cum esse naturalem habitum contendebat, rationique consentanea dicere videbatur. Verum hic habitus, si supina manus collocetur, vehementem dolorem afferet. Eum vero habitum dolori primum opportunum quivis comperiet, si quis ita manum suam componat. Si quidem imbecillior robustiorem ita collocatum ut cubiti flexura supina reflectatur, manu comprehensum quocunque volet deduxerit. Neque enim si gladium hac manu teneat, eo uti possit, usque adeo violenta ista figura est. Ad haec si deligatam manum quis eo habitu sinat, majorem quidem dolorem si obambulet, magnum tamen etiam si decumbat sentiet. Quod si quis ma-

Ed. Chart. XII. [164.] Foes. I. 752. Ed. Lind. II. (711. 712.)

ἄγειν τοὺς μύας καὶ τὰ ὀστέα ἄλλο σχῆμα ἔχειν. ἠγνόει δὲ καὶ τάδε τὰ ἐν τῷ σχήματι χωρὶς τῆς ἄλλης λύμης. τὸ γὰρ ὀστέον τὸ παρὰ τὸν καρπὸν ἐξέχον, τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον, τοῦτο μὲν τοῦ πήχεός ἐστι· τὸ δ' ἐν τῇ συγκάμψει ἐὸν ἀπ' ὅτευ τὸν πῆχυν οἱ ἄνθρωποι μετρέουσιν, τοῦτο δὲ τοῦ βραχίονος ἡ κεφαλή ἐστιν. ὁ δὲ ᾤετο τωὐτὸ ὀστέον εἶναι τοῦτό τε κἀκεῖνο· πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι. ἔστι δ' ἐκείνῳ τῷ ὀστέῳ τωὐτὸ ὁ ἀγκὼν καλεόμενος, ὧν ποτὶ στηριζόμεθα. οὕτως οὖν ὑπτίην ἔχοντι τὴν χεῖρα τοῦτο μὲν τὸ ὀστέον διεστραμμένον φαίνεται, τοῦτο δὲ τὰ νεῦρα ἀπὸ τοῦ καρποῦ τείνοντα ἐκ τοῦ εἴσω μέρεος καὶ ἀπὸ τῶν δακτύλων, ταῦτα ὑπτίην ἔχοντι τὴν χεῖρα διεστραμμένα γίνεται. τείνει τε γὰρ ταῦτα τὰ νεῦρα πρὸς τὸ τοῦ βραχίονος ὀστέον, ὅθεν ὁ πῆχυς μετρεῖται. αὗται τοσαῦται καὶ τοιαῦται αἱ ἁμαρτάδες καὶ ἄγνοιαι τῆς φύσιος τῆς χειρός. εἰ δ' ὡς ἐγὼ κελεύω χεῖρα κατεαγυῖαν κατατείνοι τις, ἐπιστρέψει μὲν τὸ ὀστέον ἐς ἰθὺ τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον τὸ ἐς τὸν ἀγκῶνα τεῖνον. (712) ἰθυωρίην δὲ ἕξει τὰ νεῦρα τὰ ἀπὸ τοῦ καρποῦ πρὸς

num flectat, musculos contrahi et ossa aliam habere figuram prorsus necesse est. Quin et praeter caetera hujus habitus incommoda hoc quoque accessit, quod ignorant os ad manus juncturam juxta parvum digitum prominens, hoc quidem ad ulnam pertinere illud autem in cubiti flexu, quod ulnam metitur, brachii caput esse. Idem vero esse os hoc et illud hic existimavit, itemque multi alii. Sed qui cubiti gibbus, sive *ἀγκὼν* dicitur, cui nempe innitimur, idem est quod illud. Sic igitur manum supinam habenti hoc quidem os distorqueri videtur. Praeterea vero nervi ipsi qui a manus junctura et digitis interiore parte procedunt, supina manu distorquentur. Hi enim ad os brachii, unde ulnae modus definitur, tendunt. Tales quidem tamque multi errores existunt de manus natura, tantaque ignoratio. Quod si quis manum fractam velut jubeo statuat, is os quod est ad parvum digitum et ad cubiti gibbum tendit, recta convertet, nervique ex manus ju n tura ad brachii extrema in directum

τοῦ βραχίονος τὰ ἄκρα τείνοντα ἀναλαμβανομένη δὲ ἡ χεὶρ ἐν παραπλησίῳ σχήματι ἔσται, ἐν ᾧπερ καὶ ἐπιδεομένη ἄπονος μὲν ὁδοιπορέοντι, ἄπονος δὲ κατακειμένῳ καὶ ἀκάματος. καθίκνυσθαι δὲ χρὴ τὸν ἄνθρωπον οὕτως ὅκως ᾖ τὸ ἐξέχον τοῦ ὀστέου πρὸς τὴν λαμπροτάτην τῶν παρεουσέων αὐγέων, ὡς μὴ λάθῃ τὸν χειρίζοντα ἐν τῇ κατατάσει, εἰ ἱκανῶς ἐξίθυνται. τοῦ γε μὴν ἐμπείρου οὐδ' ἂν τὴν χεῖρα λάθοι ἐπαγομένην τὸ ἐξέχον ψαυόμενον.

[167] Τῶν δὲ ὀστέων τοῦ πήχεος, ὧν μὴ ἀμφότερα κατέηγεν, ῥᾴων ἡ ἴησις ἢν τὸ ἄνω ὀστέον τετρωμένον εἴη, καίπερ παχύτερον ἐόν. ἅμα μὲν ὅτι τὸ ὑγιὲς ὑποτεταμένον γίνεται ἀντὶ θεμελίου, ἅμα δ' ὅτι εὐκρυπτότερον γίνεται, πλὴν εἰ τὸ ἐγγὺς τοῦ καρποῦ. παχείη γὰρ ἡ τῆς σαρκὸς ἐπίφυσις ἡ ἐπὶ τὸ ἄνω. τὸ δὲ κάτω ὀστέον ἄσαρκον καὶ οὐκ εὐξυγκρυπτὸν καὶ κατατάσιος || ἰσχυροτέρης δεῖται. ἢν δὲ τοῦτο μὴ ξυντριβῇ, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, φαυλοτέρη ἡ κατάτασις ἀρκέει. ἢν δὲ ἀμφότερα κατεηγῇ, ἰσχυροτάτης κατατάσιος

procedent. Manus vero dum suspensa retinetur, eodem habitu quo deligata, collocabitur, ita ut ne deambulanti quidem dolorem ullum, aut decumbenti laborem ac defatigationem adferat. Hominem autem ita statui oportet, uti ossis pars quae prominet clarissimo lumini, quantum conceditur, obversa sit, ut nec eum qui compositionem aggreditur lateat num abunde sit in directum constituta. Neque enim peritum artificem manum admoventem os prominens contactu latere possit.

Quando autem cubiti os utrumque fractum non est, os superius vulneratum faciliorem curationem admittit, etsi crassius existit, partim quidem quod ei sanum fundamenti loco subtenditur, partim vero quia facilius lateat, nisi id circa manus juncturam contigerit. Crassior enim caro superiore parte adnata est, os vero inferius neque carnem habet, neque facile latet, extensioneque vehementiore indiget. Sin vero non hoc, sed alterum comminutum fuerit, levis intensio satis est. At ubi utrumque fractum est, valentiore in-

δεῖται. παιδίου μὲν γὰρ ἤδη εἶδον καταθέντα μᾶλλον ἢ ὡς ἔδει. οἱ δὲ πλεῖστοι ἧσσον τείνονται ἢ ὡς δεῖ. χρὴ δ', ἐπὴν τείνωσιν, τὰ θέναρα προσβάλλοντα διορθοῦν. ἔπειτα χρίσαντα κηρωτῇ μὴ πάνυ πολλῇ, ὡς μὴ περιπλέῃ τὰ ἐπιδέσματα, οὕτως ἐπιδεῖν ὅπως μὴ κατωτέρω ἄκρην τὴν χεῖρα ἔξει τοῦ ἀγκῶνος, ἀλλὰ σμικρῷ καὶ ἀνωτέρω, ὡς μὴ τὸ αἷμα ἐς ἄκρον ἐπιῤῥέῃ, ἀλλὰ ἀπολαμβάνηται. ἔπειτα (713) ἐπιδεῖν τῷ ὀθονίῳ τὴν ἀρχὴν βαλλόμενος κατὰ τὸ κάτηγμα. ἐρείδων μὲν οὖν, μὴ πιέζων δὲ κάρτα, ἐπὴν δὲ περιβάλλῃ κατὰ τωὐτὸ δὶς ἢ τρὶς ἐπὶ τὸ ἄνω νεμέσθω ἐπιδέων, ἵνα αἱ ἐπιῤῥοαὶ τοῦ αἵματος ἀπολαμβάνωνται, καὶ τελευτησάτω κεῖθι. χρὴ δὲ μὴ μακρὰ εἶναι τὰ πρῶτα ὀθόνια. τῶν δὲ δευτέρων ὀθονίων τὴν μὲν ἀρχὴν βάλλεσθαι ἐπὶ τὸ κάτηγμα. περιβαλὼν δὲ ἅπαξ ἐς τὸ αὐτὸ, ἔπειτα νεμέσθω ἐς τὸ κάτω καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζων καὶ ἐπὶ μεῖζον διαβιβάσκων, ὡς ἂν αὐτέῳ ἱκανὸν γένηται τὸ ὀθόνιον ἀνάπαλιν δραμῆσαι κεῖθι, ἵνα περ τὸ ἕτερον ἐτελεύτησεν. ἐνθαῦτα μὲν οὖν τὰ ὀθόνια ἐπ' ἀριστερὰ ἢ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιδεδέσθω, ἢ ἐπὶ ὁκότερα

tensione opus est. Puerum quidem plus aequo distentum vidi: plerique tamen minus quam res postulat distenduntur. Intenta vero manuum volis admotis dirigenda sunt. Deinde adhibito cerato non ita quidem multo, ne deligamenta defluant, ita deligare, ut ne summa manus cubiti flexu inferior, verum paulo etiam superior collocetur, quo sanguis intercludatur, neque ad extremitatem defluat. Tum demum linteo deligare, initio ad fracturam injecto sic ut firmet quidem, non tamen vehementer comprimat. Ubi circa eundem locum iterum atque tertio fasciam involveris, sursum feratur, quo sanguinis affluxus retineatur, ibique desinat, eamque minime longam esse oportet. Altera vero fascia, initio quidem supra fracturam injecto, ac semel eodem voluta, tum demum deorsum feratur, minusque comprimendo longiora spatia transcurrat, quo possit ad eum locum, in quo prior finiit, recurrere. Atque hic quidem lintea ad dextram aut sinistram deducantur, aut in utram-

ἂν ξυμφέρῃ πρὸς τὸ σχῆμα τοῦ κατεηγότος καὶ ἐφ᾽ ὁκότερα ἂν περιῤῥέπειν ξυμφέρῃ. μετὰ δὲ ταῦτα σπλῆνας κατατείνειν χρὴ κεχρισμένους κηρωτῇ ὀλίγῃ· καὶ γὰρ προσηνέστερον καὶ εὐθετώτερον. ἔπειτα οὕτως ἐπιδεῖν τοῖσιν ὀθονίοισιν ὡς ἐναλλὰξ, ὁτὲ μὲν ἐπὶ δεξιὰ, ὁτὲ δὲ ἐπ᾽ ἀριστερὰ, καὶ τὰ μὲν πλεῖω κάτωθεν ἀρχόμενος, ἐς τὸ ἄνω ἄγειν. ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ ἄνωθεν ἐς τὸ κάτω. τὰ δὲ ὑπόξηρα ἀκέεσθαι τοῖσιν σπλήνεσι κυκλεῦντας. τῷ δὲ πλήθει τῶν περιβολέων μὴ πᾶν ἀθρόον ξυνδιορθοῦντα, ἀλλὰ κατὰ μέρος. προσπεριβάλλειν δὲ χρὴ χαλαρὰ καὶ περὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε.

[174] || Πλῆθος δὲ τῶν ὀθονίων ἱκανὸν τὸ πρῶτον αἱ δύο μοῖραι. σημεῖα δὲ τοῦ καλῶς ἰητρευμένου ταῦτα καὶ ὅρος ἐπιδεομένου, εἰ ἐρωτῴης αὐτὸν εἰ πεπίεκται, καὶ ἢν φαίη μὲν πεπιέχθαι, ἡσύχως δὲ καὶ μάλιστα (714) εἰ κατὰ τὸ κάτηγμα φαίη τοιαῦτα τοίνυν φάναι χρὴ πεπρηγμένα διὰ τέλεος τὸν ὀρθῶς ἐπιδεόμενον. σημεῖα δὲ ταῦτα τῆς μετριότητος, τὴν μὲν ἡμέρην ἣν ἂν ἐπιδεθῇ καὶ τὴν νύκτα δοκείτω

libet partem ad fracturae habitum accommodatae huc vel illuc inclinare convenit. Post haec splenia modico cerato illita superinjicienda, sic enim lenius et firmius haerebunt. Quae ita deinde fasciis alligare oportet, ut permutato ordine inter se modo quidem in dextra, modo etiam in sinistra ferantur, ac plurimum sane ab inferiore parte sursum, interdum quoque a superiore deorsum ducantur. Extremae vero partes in angustum extenuatae, spleniis in orbem ductis curandae pluribus fasciarum obvolutionibus, non confertim, sed sensim totum corrigentes. At circa manus juncturam eas laxe variis in locis circumdare oportet.

Quod ad linteorum copiam attinet, primo duae portiones satis esse possunt: inde autem recte esse curatum conjicies, isque est deligati terminus, si interrogatus num prematur, ipse premi quidem se dixerit, sed leviter, idque praecipue circa fracturam. Atque haec ita se habere perpetuo fateatur necesse est qui deligatur. Modus vero his signis deprehenditur; si eadem die ac nocte qua deligatus

Ed. Chart. XII. [174.] Foës. I. 754. 755. Ed. Lind. II. (714.)
αὐτὸς ἑαυτῷ μὴ ἐπὶ ἧσσον πεπιέχθαι, ἀλλ' ἐπὶ μᾶλλον. τῇ δ' ὑστεραίῃ οἰδημάτιον ἐλθεῖν ἐς χεῖρα ἄκρην μαλθακόν. μετριότητος γὰρ σημεῖον τῆς πιέξιός σου. τελευτώσης δὲ τῆς ἡμέρης, || ἐπὶ ἧσσον δοκείτω πεπιέχθαι, τῇ δὲ τρίτῃ χαλαρά σοι δοκείτω εἶναι τὰ ἐπιδέσματα. κἢν μέν τι τούτων τῶν εἰρημένων ἐλλίπῃ, γινώσκειν χρὴ ὅτι χαλαρωτέρη ἐστὶν ἐπίδεσις τοῦ μετρίου. ἢν δέ τι τῶν εἰρημένων πλεονάζῃ, χρὴ γινώσκειν ὅτι μᾶλλον ἐπιέχθη τοῦ μετρίου, καὶ τουτέοισι σημαινόμενος τὸ ὕστερον ἐπιδέειν, ἢ χαλᾷν μᾶλλον ἢ πιέζειν. ἀπολύσαντα δὲ χρὴ τριταῖον ἐόντα, κατατεινάμενον καὶ διορθωσάμενον, κἢν μετρίως τὸ πρῶτον κατατύχῃς ἐπιδήσας, ταυτὴν τὴν ἐπίδεσιν χρὴ ὀλίγῳ μᾶλλον ἢ ἐκείνην πιέσαι. βάλλεσθαι δὲ χρὴ τὰς ἀρχὰς κατὰ τὸ κάτηγμα, ὥσπερ καὶ τὸ πρότερον. ἢν μὲν τοῦτο πρότερον ἐπιδέῃς, ἐξαρσίεται ἐκ τούτου οἱ ἰχῶρες ἐς τὰς ἐσχατιὰς ἔνθα καὶ ἔνθα. ἢν δέ τι ἄλλο πρότερον πιέξῃς, ἐς τοῦτό ἐξαρσίεται ἐκ τοῦ πιεχθέντος. ἐς πολλὰ δ' εὔχρηστον τὸ ξυνιέναι. οὕτως οὖν ἄρχεσθαι μὲν ἀεὶ χρὴ τὴν ἐπίδεσιν καὶ τὴν πιέξιν ἐκ τουτέου τοῦ χωρίου, τὰ

est, ipse sibi magis non minus compressus esse videatur. Postero etiam die ad summam manum exortus tumor parvus ac mollis moderatae compressionis tibi erit indicio. At desinente die se minus compressum sentiat, tertioque die vincula laxa videantur. Nosse autem oportet ex his quae dicta sunt, si quod desideretur laxius, si quid superet, arctius quam conveniat vinculum fuisse compressum. Atque hac conjectura adhibita, deinceps vel laxiores vel arctiores fascias admovere licebit. Tertio vero post extensionem et directionem die solvere membrum convenit, ac si primis diebus tibi moderata deligatio contigerit, istam paulo arctius constringens, initio etiam supra fracturam ut prius injecto. Sic enim ubi primum fracturam devinxeris, sanies ad extremam utramque membri partem exprimitur. Sin alia parte prius constrinxeris, inde ad fracturam expressio fiet. Quod intellexisse quidem ad multa conducit. Inde igitur deligationem et compressionem initium ducere semper opus

Ed. Chart. XII. [174. 178.] Foes. I. 755. Ed. Lind. II. (714. 715.)

δ' ἄλλα κατὰ λόγον, ὡς ἂν προσωτέρω ἀπὸ τοῦ κατήγματος ἀγάγης, ἐπὶ ἧσσον τὴν πίεξιν ποιέεσθαι. χαλαρὰ δὲ παντάπασιν μηδέποτε περιβάλλειν, ἀλλὰ προσπεπτωκότα. ἔπειτα δὲ πλείοσιν ὀθονίοισιν χρὴ ἐπιδεῖν ἑκάστην (715) τῶν ἐπιδεσίων. ἐρωτώμενος δὲ φάτω ὀλίγῳ μᾶλλόν οἱ πεπιέχθαι ἢ τὸ πρότερον, καὶ μάλιστα φάτω κατὰ τὸ κάτηγμα. καὶ τὰ ἄλλα δὲ κατα λόγον καὶ ἀμφὶ τῷ οἰδήματι καὶ ἀμφὶ τῷ πονέειν καὶ ἀμφὶ τῷ ῥηΐζειν κατὰ λόγον τῆς προτέρης ἐπιδέσιος γινέσθω. ἐπὴν δὲ τριταῖος ᾖ, χαλαρώτερά οἱ δοκείτω εἶναι τὰ ἐπιδέσματα. ἔπειτα ἀπολύσαντα χρὴ αὖθις ἐπιδῆσαι ὀλίγῳ μᾶλλον πιέζοντα καὶ ἐν πᾶσι τοῖσιν ὀθονίοισιν οἷσιπερ ἤμελλεν ἐπιδεῖσθαι, καὶ ἔπειτα αὐτὸν πάντα ταῦτα καταλαβέτω, ἅπερ καὶ ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισι τῶν ἐπιδεσίων. [178] ἐπὴν δὲ τριταῖος γένηται, ἑβδομαῖος δὲ ἀπὸ τῆς πρώτης ἐπιδέσιος, ἢν ὀρθῶς ἐπιδέηται, τὸ μὲν οἴδημα ἐν ἄκρῃ τῇ χειρὶ ἔσται, οὐδὲ τοῦτο λίην μέγα. τὸ δ' ἐπιδεόμενον χωρίον ἐκ πάσῃσι τῇσιν ἐπιδέσεσιν ἐπὶ τὸ λεπτότερον καὶ ἰσχνότερον εὑρεθήσεται. ἐν δὲ τῇ ἑβδόμῃ καὶ πάνυ λε-

est. In reliquis vero ea ratio servanda est, ut quo longius a fractura recesseris, eo minorem compressionem facias, laxa tamen nunquam ex toto vincula circumducantur; sed adhaerescant. Deinde pluribus linteis unaquaeque deligatio vincienda. Ac interrogatus fateatur se paulo magis quam antea compressum esse, maximeque ad fracturam. In reliquis eadem observanda ratio, tum quod ad tumorem tum dolorem tum allevationem attinet, quae in prima deligatione. Ubi tertius advenerit dies et vincula laxiora senserit, dein solvere convenit rursusque paulo arctius vincire, idque omnibus injectis fasciis, quibus deligandus erit. Postea eadem omnia, quae in primis deligationum circuitibus, circa aegrotum contingant. Ubi autem ad diem tertium ventum est, qui septimus est a prima deligatione, si recta deligatio fuerit, tumor in summa manu isque non admodum magnus aderit, ac deligatus locus cum vinculum injicietur, tenuior ac gracilior conspicietur. Septimo vero die etiam admodum

Ed. Chart. XII. [178.] Foeſ. I. 755. Ed. Lind. II. (715. 716.)

πτὸν καὶ τὰ ὀστέα τὰ κατηγότα ἐπὶ μᾶλλον κινεύμενα καὶ εὐπαράγωγα ἐς κατόρθωσιν. καὶ ἢν ἢ ταῦτα τοιαῦτα, κατορθωσάμενον χρὴ ἐπιδῆσαι ὡς ἐς νάρθηκας, ὀλίγῳ μᾶλλον πιέσαντα ἢ τὸ πρότερον, ἢν μὴ πόνος τις πλείων ᾖ ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν ἄκρη τῇ χειρὶ, ἐπὴν δὲ ἐπιδήσῃς τοῖσιν ὀθονίοισιν, τοὺς νάρθηκας περιθεῖναι χρὴ καὶ περιλαβεῖν ἐν τοῖσι δεσμοῖσιν, ὡς χαλαρωτάτοισιν ὁκόσον ἠρεμέειν, ὥστε μηδὲν ξυμβάλλεσθαι ἐς τὴν πίεξιν τῆς χειρὸς τὴν τῶν ναρθήκων πρόσθεσιν. μετὰ δὲ ταῦτα ὅ τε πόνος αἵ τε ῥαστῶναι αἱ αὐταὶ γινέσθωσαν, αἵπερ καὶ ἐν τῇσι πρώτῃσι περιόδοισιν τῶν ἐπιδεσίων. ἐπὴν δὲ τριταῖος ἐὼν φᾷ χαλαρὸν εἶναι, τότ᾽ ἔπειτα χρὴ τοὺς (716) νάρθηκας ἐρείσασθαι, μάλιστα μὲν κατὰ τὸ κάτηγμα, ἀτὰρ καὶ τἄλλα κατὰ λόγον, εἴπερ καὶ ἡ ἐπίδεσις ἐχάλα μᾶλλον ἢ ἐπίεζε. παχύτατον δὲ χρὴ εἶναι τὸν νάρθηκα, ᾗ ἐξέστη τὸ κάτηγμα, μὴ μὲν πολλῷ. ἐπιτηδεύειν δὲ χρὴ μάλιστα μὲν κατ᾽ ἰθυωρίην τοῦ μεγάλου δακτύλου ὡς μὴ κείσεται ὁ νάρθηξ, ἀλλὰ τῇ ἢ τῇ. ἢν δὲ

tenuis, et oſſa fracta facilius tractantur, et ad directionem adducuntur. Hisque hoc modo ſe habentibus directione facta, deligationem ad ferulas excipiendas accommodare oportet, paulo amplius quam antea comprimendo, niſi quis major dolor a tumore, qui in ſumma manu eſt, excitatus fuerit. Ubi vero faſcias deligaris, ferulae ſunt apponendae et quam maxime laxis vinculis comprehendendae, ita ut quieſcant, neque quicquam ferularum appoſitio ad manus compreſſionem addat. Poſt haec in dolore et tolerandi facilitate eadem quae in primis vinculorum circuitibus ſpectentur. Abhinc tertio die, ſi vinculum laxum ſenſerit, tum demum ferulae circa fracturam praecipue firmandae ſunt, reliquaque etiam pro ratione, ſi quidem vinculum laxum potius fuerit quam adſtrictum. Craſſiorem autem neque tamen multo ferulam eſſe oportet, qua fractura eminet. Maximaque adhibenda eſt diligentia, ne vel e regione pollicis ferula ſtatuatur, verum in hanc vel in illam partem, neque e regione parvi digiti, qua oſſis eſt eminentia in manus junctura, ſed hac vel illac. Sin forte conducit his locis

Ed. Chart. XII. [178. 180.] Foes. I. 755. 756. Ed. Lind. II. (716.)
ἄρα πρὸς τὸ κάτηγμα ξυμφέρει κεῖσθαι κατὰ ταῦτά τινας τῶν ναρθήκων, βραχυτέρους αὐτοὺς χρὴ τῶν ἄλλων ποιέειν, ὡς μὴ ἐξικνέωνται πρὸς τὰ ὀστέα τὰ ὑπερέχοντα παρὰ τὸν καρπόν. κίνδυνος γὰρ ἑλκώσιος καὶ νεύρων ψιλώσιος. χρὴ δὲ διὰ τρίτης ἐρείδειν τοῖσι νάρθηξιν πάνυ ἡσυχῇ οὕτω τῇ γνώμῃ ἔχοντας, ὡς οἱ νάρθηκες φυλακῆς εἵνεκα τῆς ἐπιδέσιος προσκέωνται, ἀλλ' οὐ τῆς πιέξιος εἵνεκεν ἐπιδέωνται.

|| Ἢν μὲν οὖν εὖ εἰδῇς ὅτι ἱκανῶς τὰ ὀστέα ἀπίθυνται ἐν τῇσι προτέρῃσιν ἐπιδέσεσιν καὶ μήτε κνησμοί τινες λυπέωσι μήτε τις ἕλκωσις μηδεμία ὑποπτεύηται εἶναι, ἐᾷν χρὴ ἐπιδεδέσθαι ἐν τοῖσιν νάρθηξιν ἔστ' ἂν ὑπὲρ εἴκοσιν ἡμέρας γίνηται. ἐν τριήκοντα δὲ μάλιστα τῇσι ξυμπάσῃσι κρατύνεται ὀστέα τὰ ἐν τῷ πήχει τὸ ἐπίπαν. [180] ἀτρεκὲς δὲ οὐδέν. μάλα γάρ τε καὶ φύσις φύσιος καὶ ἡλικίη ἡλικίης διαφέρει. ἐπὴν δὲ λύσῃς, ὕδωρ θερμὸν καταχέαι χρὴ καὶ μεταπιδῆσαι, ἧσσον μὲν ὀλίγῳ πιέσαντα ἢ τὸ πρόσθεν. ἐλάσσοσι δὲ τοῖσιν ὀθονίοισιν ἢ τὸ πρότερον, καὶ ἔπειτα διὰ τρίτης ἡμέρης λύσαντα ἐπιδεῖν, ἐπὶ μὲν ἧσσον πιέζοντα, ἐπὶ

ferulas quasdam ad fracturam adhiberi, eas aliis breviores esse oportet, ut ne ad ossa juxta manus juncturam eminentia pertingant. Sic enim exulcerationis aut denudationis nervorum periculum imminet. Tertio autem quoque die ferulas admodum leviter obfirmare oportet, in consilium adhibentes, ut nec ultra adstringant, quam ut vinculum contineant.

Quod si sub prioribus vinculis ossa abunde esse directa probe cognoveris, et neque pruriginis, neque exulcerationis metus ullus subest, sic alligatas ferulas ultra vigesimum diem sinere oportet. Nam plerumque triginta ad summum diebus cubiti ossa in totum coalescunt: nihil tamen est perpetuum. Nam et natura a natura et aetas ab aetate plurimum distat. At ubi resolveris, aquam calidam affundere, pauloque minus quam antea comprimendo, et paucioribus quam prius fasciis religare convenit, ac demum tertio quoque die resolvere, et minus quidem comprimendo, paucio-

Ed. Chart. XII. [1 o.] Foes. I. 756. Ed. Lind. II. (716. 717.)

δὲ ἐλάσσοσι τοῖσιν ὀθονίοισιν. ἐπὴν δὲ, ὅταν τοῖσιν νάρ-(717)θηξιν δεθῇ, ὑποπτεύῃς τὰ ὀστέα μὴ ὀρθῶς κεῖσθαι, ἢ ἄλλο τι ὀχλέῃ τὸν τετρωμένον, λῦσαι ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ χρόνου ἢ ὀλίγῳ πρόσθεν καὶ αὖθις μετεπιδῆσαι. δίαιτα δὲ τουτέοισιν οἷσιν ἂν μὴ ἕλκεα ἐξ ἀρχῆς γένηται ἢ ὀστέα ἔξω ἐξίσχει ἀρκέει ὑποφαύλη. ἐνδεέστερον δὲ χρὴ διαιτᾷν ἄχρι ἡμερέων δέκα, ἅτε ἤδη καὶ ἐλινύοντας, καὶ ὄψοισιν ἁπαλοῖσιν χρῆσθαι ὁκόσα τῇ διεξόδῳ μετριότητα παρέχουσι, οἴνου δὲ καὶ κρεηφαγίης ἀπέχεσθαι. ἔπειτα μέντοι ἐκ προσαγωγῆς ἀνακομίζεσθαι. οὗτος ὁ λόγος ὥσπερ νόμος κεῖται δίκαιος περὶ κατηγμάτων ἰήσιος. ὥστε χειρίζειν χρὴ ὥστε ἀποβαίνειν ὑπὸ τῆς δικαίης χειρίξιος. ὅ τι δ' ἂν μὴ οὕτως ἀποβαίνῃ, εἰδέναι χρὴ ὅτι ἐν τῇ χειρίξει τι ἐνδεὲς πεποίηται ἢ πεπλεόνασται. ἔτι δὲ τάδε χρὴ προσξυνιέναι ἐν τούτῳ τῷ ἁπλῷ τρόπῳ, ἃ οὐ κάρτα ἐπιμελέονται οἱ ἰητροὶ, καίτοι πᾶσαν μελέτην καὶ πᾶσαν ἐπίδεσιν οἷά τε διαφθείρειν, ἐστὶ μὴ ὀρθῶς ποιεύμενα. ἢν γὰρ τὰ μὲν ὀστέα ἄμφω καταγῇ ἢ τὸ κάτω μοῦνον, ὁ δὲ ἐπιδεδεμένος ἐν ταινίῃ τινὶ τὴν χεῖρα

ribus quam antea fasciis deligare. Quod si alligatis ferulis, ossa non recte posita, aut aliud quid vulnerato molestam esse suspicio sit, dimidio temporis spatio aut paulo ante solvere, itemque religare oportet. At quibus circa initia cute integra ossa foris non eminent, iis abunde est victus ratio mediocris. Pauciore tamen victu ad decimum usque diem utendum, praesertim cum ex toto quiescant, ac obsonia liquida adhibenda, quae ventrem modice deducant: vino vero et carnibus abstinendum: post haec paulatim reficiendi. Atque ista oratio velut aequa quaedam lex de fracturarum curatione instituta est. Quae ita tractanda sunt, ut ex his justa curatio procedat. Sin vero secus contingat, scire licet in ipsa curatione aliquid vel deficere vel redundare. Ad haec in hoc simplici modo ad ea animum intendere oportet, quae non admodum advertunt medici, quamvis, nisi recte procedant, curam omnem totamque vinciendi rationem corrumpere valeant. Nam si os utrumque, aut inferius tantum fractum sit, vinctique manus mitella

Ed. Chart. XII. [180. 186.] Foes. I. 756. 757. Ed. Lind. II. (717. 718.)

ἔχῃ ἀναλελαμμένος, τυγχάνῃ δὲ ἡ ταινίῃ κατὰ τὸ κάτηγμα πλείστη ἐοῦσα, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἡ χεὶρ ἀπαιωρέηται, τοῦτον ἀνάγκη τὸ ὀστέον εὑρεθῆναι διεστραμμένον ἔχοντα πρὸς τὸ ἄνω μέρος. ἢν δὲ κατεηγότων τῶν ὀστέων οὕτως ἄκρην τε τὴν χεῖρα ἐν || τῇ ταινίῃ ἔχει καὶ παρὰ τὸν ἀγκῶνα, ὁ δὲ ἄλλος πῆχυς μὴ μετέωρος ᾖ, οὗτος εὑρεθήσεται τὸ ὀστέον ἐς τὸ (718) κάτω μέρος διεστραμμένον ἔχων. χρὴ οὖν ἐν ταινίῃ πλάτος ἐχούσῃ μαλθακῇ τὸ πλεῖστον τοῦ πήχεος καὶ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς ὁμαλῶς αἰωρέεσθαι.

[186] Ἢν δὲ ὁ βραχίων καταγῇ, ἢν μέν τις ὑποτανύσας τὴν χεῖρα ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι διατείνῃ, ὁ μῦς τοῦ βραχίονος κατατεταμένος ἐπιδεθήσεται. ἐπὴν δ' ἐπιδεθεὶς ξυγκάμψῃ τὸν ἀγκῶνα, ὁ μῦς τοῦ βραχίονος ἄλλο σχῆμα σχήσει. δικαιοτάτη οὖν βραχίονος κατάτασις ἥδε. ξύλον πηχυαῖον ἢ ὀλίγῳ βραχύτερον ὁκοῖοι οἱ στειλαιοὶ εἰσὶ τῶν σκαφίων, κρεμάσαι χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν σειρῇ δήσαντα. καθίσαντα δὲ τὸν ἄνθρωπον ἀπὸ ὑψηλοῦ τινὸς τὴν χεῖρα ὑπερκεῖσθαι, ὡς ὑπὸ τῇ μασχάλῃ γένηται ὁ στειλαιὸς ἔχων ξυμμέτρως, ὥστε μόλις δύνασθαι καθικνεῖσθαι τὸν ἄνθρωπον,

quadam excipiatur, quae magna sui parte fracturam contineat, hinc vero et inde manus dependeat, huic in superiorem partem os perverti necesse est. Sin vero ossibus sic fractis, summam manus partem et eam, quae est ad cubiti flexum, mitella excipiat, quod autem in cubito est reliquum dependeat, in inferiorem partem os depravatum erit. Oportet igitur mitella lata et molli maximam cubiti partem et manus juncturam aequaliter sublatam esse.

At vero brachio fracto, si quidem manu porrecta distentio adhibeatur, brachii musculus intentus deligabitur, atque ubi vinctus cubitum inflexerit, brachii musculus figuram immutabit. Brachii igitur aequissima distentio haec est lignum cubitale, aut paulo brevius, cujusmodi sunt ligonum manubria, ab utraque parte fune deligatum suspensum esse oportet. Homo autem alto quodam sedili collocatus manu superincumbat, sicut manubrium sub ala ita statuatur vix ut ille considere possit, sed prope suspensus

Ed. Chart. XII. [186.] Foës. I. 757. Ed. Lind. II. (718. 719.)

σμικροῦ δέοντα μετέωρον εἶναι. ὕπερμα θέντα τι ἄλλο ἑδραῖον καὶ ποθέντα σκύτινον ὑποκεφάλαιον ἢ ἓν ἢ πλείω, ὅκως ξυμμέτρως σχοίη ὕψιος τοῦ πήχεως πλαγίου πρὸς ὀρθὴν γωνίην. ἄριστον μὲν σκύτος πλατὺ καὶ μαλθακὸν ἢ ταινίην πλατείην ἀμφιβάλλοντα, τῶν μεγάλων τι σταθμίων ἐξαρτῆσαι, ὅ τι μετρίως ἕξει κατατείνειν. εἰ δὲ μὴ, τῶν ἀνδρῶν ὅστις ἐῤῥωμένος ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τοῦ πήχεος παρὰ τὸν ἀγκῶνα καταναγκαζέτω ἐς τὸ κάτω. ὁ δὲ ἰητρὸς ὀρθῶς μὲν ἐὼν χειριζέτω, τὸν ἕτερον πόδα ἐπὶ ὑψηλοτέρου τινὸς ἔχων, κατορθώσας δὲ τοῖσι θέναρσι τὸ ὀστέον. ῥηϊδίως δὲ κατορθωθήσεται. ἀγαθὴ γὰρ ἡ κατάτασις, ἤν τις καλῶς παρασκευάσηται. ἔπειτα ἐπιδείτω τάς τε ἀρχὰς βαλλόμενος ἐπὶ τὸ κάτηγμα (719) καὶ τἄλλα πάντα ὥσπερ πρότερον πρηγτέθη χειριζέτω, καὶ ἐρωτήματα ταῦτα ἐρωτάτω, καὶ σημείοισι χρήσθω τοῖσιν αὐτέοισιν, ἢν μετρίως ἔχῃ ἢ οὔ, καὶ διὰ τρίτης ἐπιδείτω, καὶ ἐπὶ μᾶλλον πιεζέτω, καὶ ἑβδομαῖον ἢ ἐναταῖον ἐν νάρθηξιν δησάτω, καὶ ἢν ὑποπτεύσῃ μὴ κα-

maneat. Tum ſuppoſito firmo aliquo, et ſuperdato pulvino uno ſcorteo aut pluribus, ea altitudine quae oblique collocato cubito ad rectum angulum reſpondeat: praeſtiterit quidem ex corio lato et molli, aut faſcia lata superinjecta grave aliquod pondus, quod modice intendat, ſuspendere. Alioqui vir robuſtus ſic collocatum cubitum ad cubiti flexuram vi quadam deorſum deducat. Medicus vero erectus, altero pede altiore loco collocato, ad curationem aggrediatur et manuum palmis os componat. Quod certe facile fiet, haec enim intendendi ratio laudabilis eſt, ſi quis ea probe utatur. Poſtea injectis circa fracturam faſciarum initiis, ad deligationem accedat, caeteraque omnia quemadmodum antea monuimus, ad curationem accommodet, easdemque interrogationes atque eadem indicia adhibeat, ut intelligat num moderate ſe habeant necne et tertio quoque die deligationem admoveat, magisque comprimat. Septimo aut nono die ferulae circumdandae. Ac ſi metus ſit os non recte repoſitum eſſe, medio ſpatio

Ed. Chart. XII. [186. 191.] Foes. I. 757. 758. Ed. Lind. II. (719.)

λῶς κεῖσθαι τὸ ὀστέον, μεσηγὺ τουτέου τοῦ χρόνου λυσάτω καὶ εὐθετησάμενος μετεπιδησάτω.

[191] || Κρατύνεται δὲ μάλιστα βραχίονος ὀστέον ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν. ἐπὴν δὲ ταύτας ὑπερβάλῃ, λύειν χρὴ καὶ ἐπὶ ἧσσον πιέζειν τοῖσιν ὀθονίοισιν καὶ ἐπὶ ἐλάσσοσιν ἐπιδεῖν. δίαιταν δὲ ἀκριβεστέρην τινὰ ἢ τὸ πρότερον δίαιταν καὶ πλείω χρόνον. τεκμαίρεσθαι δὲ πρὸς τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν ἄκρῃ τῇ χειρὶ τὴν ῥώμην ὁρῶν. προσξυνιέναι δὲ χρὴ καὶ τάδε, ὅτι βραχίων κυρτὸς πέφυκεν ἐς τὸ ἔξω μέρος καὶ διαστρέφεσθαι φιλέει, ἐπὴν μὴ καλῶς ἰητρεύηται. ἀτὰρ καὶ τἄλλα πάντα ὀστέα εἰς ὅπερ πέφυκε διεστραμμένα, ἐς τοῦτο καὶ ἰητρευόμενα φιλέει διαστρέφεσθαι, ἐπὴν κατεαγῇ, χρὴ τοίνυν, ἐπὴν τοιοῦτό τι ὑποπτεύηται, ταινίῃ πλατείῃ προσεπιλαμβάνειν τὸν βραχίονα κύκλῳ περὶ τὸ στῆθος περιδέοντα. καὶ ἐπὴν ἀναπαύεσθαι μέλλῃ, μεσηγὺ τοῦ ἀγκῶνος καὶ τοῦ πλευρέων σπλῆνά τινα πολύπτυχον πτύξαντα ὑποτιθέναι ἢ ἄλλο τι ὃ τουτέῳ ἔοικεν. οὕτω γὰρ ἂν ἰθὺ τὸ κύρτωμα τοῦ ὀστέου γένοιτο. φυλάσσεσθαι μέντοι χρὴ ὅπως μὴ ᾖ ἄγαν

ſolvere poſteaque, ubi recte collocatum fuerit, religare oportet.

Firmatur autem brachii os diebus fere quadraginta. Quos ubi exceſſerit, reſolvendum, minusque adſtrictis faſciis ac paucioribus vinciendum. Victus quoque ratio exquiſitior quodammodo ac diuturnior quam antea adhibenda, conjectura ex tumore qui in ſumma manu eſt ejusque viribus, ſumpta. Illud praeterea animadvertendum, brachium ſuapte natura in exteriorem partem inclinari, eoque ſi male curetur diſtorqueri ſolere. Quin et reliqua omnia oſſa, qua parte naturaliter diſtorta ſunt, eo, ubi fracta curantur facile perverti conſuerunt. Si qua igitur talis eſt ſuſpicio, faſcia lata brachio circumjicienda et ad pectus circumducenda. Cumque quieſcere volet, inter cubiti gibbum et coſtas ſplenium quoddam multiplex involutum, aut aliud quidpiam ejusmodi ſubjiciendum. Hac enim ratione incurvati oſſis directio fiet. Ea tamen cautione adhibita, ut ne nimis ad interiorem partem ducatur.

Ed. Chart. XII. [191. 192.] Foes. I. 758. Ed. Lind. II. (719. 720.)
ἐς τὸ ἔσω μέρος. [192] πούς δὲ ἀνθρώπου ἐκ πολ(720)λῶν καὶ μικρῶν ὀστέων σύγκειται, ὥσπερ χεὶρ ἄκρη. κατάγνυται μὲν οὐ πάνυ τι ταῦτα τὰ ὀστέα, ἢν μὴ ξὺν τῷ χρωτὶ τιτρωσκομένῳ ὑπὸ ὀξέος τινὸς ἢ βαρέος. τὰ μὲν οὖν τιτρωσκόμενα ἐν ἑλκωσίων μέρει εἰρήσεται ὡς χρὴ ἰητρεύειν. ἢν δέ τι κινηθῇ ἐκ τῆς χώρης ἢ τῶν δακτύλων ἄρθρον ἢ ἄλλο τι τῶν ὀστέων τοῦ ταρσοῦ καλεομένου, ἀναγκάζειν μὲν χρὴ ἐς τὴν ἑωυτοῦ χώρην ἕκαστον, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ εἴρηται, καὶ ἰητρεύειν δὲ κηρωτῇ καὶ σπλήνεσιν καὶ ὀθονίοισιν, ὥσπερ καὶ τὰ κατήγματα, πλὴν τῶν ναρθήκων, τὸν μὲν αὐτὸν τρόπον πιεζεῦντα, διὰ τρίτης δὲ ἐπιδέοντα. ὑποκρινέσθω δὲ ὁ ἐπιδεόμενος παραπλήσια, οἷά περ καὶ ἐν τοῖσι κατήγμασι καὶ περὶ τοῦ πεπιέχθαι καὶ περὶ τοῦ χαλαρὸν εἶναι. ὑγιῆ δὲ γίνεται ἐν εἴκοσιν ἡμέρῃσιν τελέως ἅπαντα, πλὴν ὁκόσα κοινωνέει τοῖσι τῆς κνήμης ὀστέοισι καὶ αὐτέῃ τῇ ἴξει. ξυμφέρει δὲ κατακεῖσθαι τοῦτον τὸν χρόνον. ἀλλὰ γὰρ οὐ τολμέουσιν ὑπερορῶντες τὸ νόσημα, ἀλλὰ περιέρχονται πρὶν ὑγιέες γενέσθαι. διὰ τοῦτο καὶ οἱ πλεῖστοι

Pes autem hominis ex multis et parvis ossibus non secus ac summa manus constat. Quae neque fere frangi consuerunt, nisi ab acuto aliquo et gravi, una quoque carnosae partis vulnus accedat. Sed de vulneratorum curatione, ubi de ulceribus agetur, dicemus. Quod si quid suo loco moveatur, aut digitorum articulus aut aliud quodpiam os ex his quae primam plantam constituunt, quam ταρσὸν vocant, in suam quodque sedem compellendum, non secus ac in manu. Curatioque adhibenda per ceratum, splenia et fascias non secus ac in fracturis, ferulis praetermissis, eodem modo comprimendo, ac tertio quoque die deligando. Interrogandus quoque is qui vincitur, perinde etiam ac in fracturis, adstrictane sit, an laxa deligatio. Sanescunt autem perfecte omnia viginti diebus, nisi si quae cum tibiae ossibus communionem habent, eique e directo respondent. Quo tempore decumbere confert, id tamen non sustinent qui morbum parvi facientes obambulant prius quam sani sint. Ideoque plerique non integre con-

Ed. Chart. XII. [192.] Foes. I. 758. 759. Ed. Lind. II. (720. 721.)

οὐκ ἐξυγιαίνουσι τελέως, ἀλλὰ πολλάκις αὐτοὺς ὁ πόνος ὑπομιμνήσκει εἰκότως· ὅλον γὰρ τὸ ἄχθος τοῦ σώματος οἱ πόδες ὀχέουσιν. ὁκόταν οὖν μήπω ὑγιέες ἐόντες ὁδοιπορέουσιν, φλαύρως ξυναλθάσσεται τὰ ἄρθρα τὰ κινηθέντα, διὰ τοῦτο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε ὀδυνῶνται τὰ πρὸς τῇ κνήμῃ. τὰ δὲ κοινωνέοντα τοῖς τῆς κνήμης ὀστέοισιν μείζω τε τῶν ἑτέρων ἐστὶν καὶ κινηθέντων τούτων πουλυχρονιωτέρα ἡ ἄλθαξις. ἴησις μὲν οὖν ἡ αὐτή. ὀθονίοισι δὲ πλείοσι χρέεσθαι καὶ σπλήνεσιν, καὶ ἐπὶ πᾶν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδέειν. πιέζειν δὲ (721) ὥσπερ καὶ τἄλλα πάντα, ταύτῃ μάλιστα ᾗ ἐκινήθη, καὶ τὰς πρώτας περιβολὰς τῶν ὀθονίων κατὰ ταῦτα ποιέεσθαι. || ἐν δὲ ἑκάστῃ τῶν ἀπολυσίων ὕδατι πολλῷ θερμῷ χρέεσθαι, ἐν πᾶσι δὲ πολλὸν ὕδωρ θερμὸν καταχέειν τοῖσι κατ' ἄρθρα σίνεσιν. αἱ δὲ πιέξιες καὶ αἱ χαλάσιες ἐν τοῖσιν αὐτέοισιν χρόνοισι τὰ αὐτὰ σημεῖα δεικνυόντων, ἅπερ ἐπὶ τοῖσιν πρόσθεν, καὶ τὰς μεταπιδέσιας ὡσαύτως χρὴ ποιέεσθαι. ὑγιέες δὲ τελέως οὗτοι γίνονται ἐν τεσσαράκοντα

valescunt, sed subinde non injuria eos doloris sensus commonefacit. Nam cum totum corporis onus pedes sustineant, ubi nondum sani deambulant, articuli agitati non recte coeuntur, eaque de causa subinde ad tibiam dolores sentiunt. Quae vero cum tibiae ossibus communionem habent, tum reliquis majora sunt, tum agitata longius tempus ad curationem postulant. Curandi tamen eadem est ratio. Plures autem fascias et splenia adhibere oportet, omninoque utraque parte deligare, et adstringere, ut reliqua omnia ea potissimum parte qua os emotum est, eoque primum fascias circumducere. At quoties fasciae solvuntur, calida multa utendum. Ea namque in omnibus articulorum laesionibus liberaliter affundenda. Compressiones vero et laxamenta iisdem temporibus fieri, eadem quae supra signa ostendunt. Quod et ubi religare expedit, itidem factitandum. Hi autem, si decumbere non graventur, quadraginta fere diebus in totum convalescunt.

Ed. Chart. XII. [192. 197.] Foës. I. 759. Ed. Lind. II. (721. 722.)

ἡμέρῃσι μάλιστα, ἤν τολμέωσι κατακεῖσθαι. ἤν δὲ μὴ, πάσχουσι ταῦτα ἃ καὶ πρότερον καὶ ἐπὶ μᾶλλον.

[197] Ὅσοι δὲ πηδήσαντες ἀφ᾽ ὑψηλοῦ τινὸς ἐστηρίξαντο τῇ πτέρνῃ ἰσχυρῶς, τουτέοισι διΐστανται μὲν τὰ ὀστέα, φλέβια δ᾽ ἐκχυμοῦνται ἀμφιθλασθείσης τῆς σαρκὸς ἀμφὶ τὸ ὀστέον, οἴδημα δὲ ἐπιγίνεται καὶ πόνος πουλύς. τὸ γὰρ ὀστέον τοῦτο οὐ σμικρόν ἐστιν, καὶ ὑπερέχει μὲν ὑπὸ τὴν ἰθυωρίην τῆς κνήμης, κοινωνέει δὲ φλεψὶ καὶ νεύροις ἐπικαιρίοισιν. ὁ τένων δὲ ὁ ὀπίσθιος τούτῳ προσήρτηται τῷ ὀστέῳ, τούτους χρὴ ἰητρεύειν μὲν κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισιν. ὕδατι δὲ θερμῷ πλείστῳ τουτέοισι χρῆσθαι καὶ ὀθονίοισι πλείοισι. ἐπὶ τουτέοισι δεῖ καὶ ἄλλως ὡς βελτίστων καὶ προσηνεστάτων, καὶ ἢν μὲν τύχῃ ἁπαλὸν τὸ δέρμα φύσει ἔχον τὸ ἀμφὶ τῇ πτέρνῃ, ἐᾷν οὕτως. ἢν δὲ παχὺ καὶ σκληρὸν, οἷα μετεξέτεροι ἴσχουσιν, κατατέμνειν χρὴ ὁμαλῶς καὶ διαλεπτύνειν μὴ διατιτρώσκοντα. ἐπιδεῖν δὲ ἀγαθῶς οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστι τὰ τοιαῦτα. ἢν γάρ τις ἐπιδέῃ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα τὰ κατὰ σφυρὰ ἐπιδεῖται, ὁτὲ μὲν περὶ τὸν πόδα περι(722)βαλλόμενος, ὁτὲ δὲ περὶ τὸν τένοντα, αἱ

Sin minus, cum his quae prius exposita sunt, tum etiam gravioribus malis afficiuntur.

Qui ab alto desilientes calci vehementi cum impetu innituntur, iis ossa quidem diducuntur, venulae, carne circa os collisa sanguinem effundunt, tumorque ac dolor multus supervenit. Neque enim hoc os exiguum est, subterque e directo tibiae prominet, et communionem cum venis et nervis magnis habet. Huic quoque ossi posteriore parte tendo annectitur. Curandi autem sunt cerato, spleniis et fasciis calidaque liberaliter affundenda et pluribus fasciis utendum, tum praecipue etiam quam optima et lenissima adhibenda. Quod si cutis quae calcem ambit natura mollis extiterit, sic sinere oportet. Sin crassa et dura, qualis in caeteris cernitur, ea aequaliter incidenda et attenuanda est, neque tamen vulneranda. Ista autem recte deligare non est cujusvis. Si quis enim eo modo devinciat, quo caetera circa malleolos vinciuntur, partim quidem ad pedem, partim vero ad tendinem

ἀποσφύγξιες αὗται χωρίζουσι τὴν πτέρνην, ἢ τὸ θλάσμα ἐγένετο. [200] καὶ οὕτω κίνδυνος σφακελίσαι τὸ ὀστέον τὸ τῆς πτέρνης. καίτοι ἢν σφακελίσῃ, τὸν αἰῶνα πάντα ἱκανὸν ἀντισχεῖν τὸ νόσημα. καὶ γὰρ τἄλλα ὅσα μὴ ἐκ τοιούτου τρόπου σφακελίζει, ἀλλ' ἐν κατακλίσει μελανθείσης τῆς πτέρνης ὑπὸ ἀμελείης τοῦ σχήματος ἢ ἐν κνήμῃ τρώματος γινομένου, ἐπικαίρου καὶ χρονίου καὶ κοινοῦ τῇ πτέρνῃ, ἢ ἐν μηρῷ ἢ ἐπὶ ἄλλῳ νοσήματι ὑπτιασμοῦ χρονίου γενομένου. ὅμως καὶ τοῖσι τοιούτοισι χρόνια καὶ ὀχλώδεα καὶ πολλάκις ἀναῤῥηγνύμενα, ἢν μὴ χρηστῇ μὲν μελέτῃ θεραπευθῇ, πολλῇ δ' ἡσυχίῃ. ὡς τά γε ἐκ τοῦ τοιούτου τρόπου σφακελίζοντα κινδύνους μεγάλους τῷ σώματι παρέχει πρὸς τῇ ἄλλῃ λύμῃ. καὶ γὰρ πυρετοὶ ὑπεροξέες, ξυνεχέες, τρομώδεες, λυγγώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι καὶ ὀλιγήμεροι κτείνοντές τε. γένοιντο δ' ἂν καὶ φλεβῶν αἱμοῤῥόων πελιώσιες, ναυσιώσιες καὶ γαγγραινώσιες ὑπὸ τῆς πιέξιος. γένοιτο δ' ἂν ταῦτα ἔξω τοῦ ἄλλου σφακελισμοῦ. ταῦτα μὲν οὖν εἴρηται, οἷα τὰ ἰσχυρό-

fascia circumjecta, hujusmodi fasciarum constrictiones calcem qua collisio extitit sejungunt, unde ei siderationis periculum impendet. Quod si accidat, toto aevo perdurat. Nam quae aliae sunt siderationes, velut ubi ex decubitu negligenter collocato calce is nigrescit, aut, sive ex insigni et diuturno tibiae aut femoris vulnere, quod calci communicatum fuerit, sive ex alio morbo, diu supini aegri decubuerint: eae tamen iis diuturnae et molestae sunt et quae saepe recrudescunt, nisi optima diligentia et longa quiete curentur. Quare quaecunque hujusmodi siderationes contingunt, eae praeter aliam noxam, corpus quoque in summum discrimen adducunt. Febres enim admodum acutae superveniunt, assiduae, cum tremore et singultu, mentem tentantes et quae paucis diebus aegrum e medio tollant. Existunt quoque venarum sanguinem fundere solitarum livores, eaeque veluti nauseabundae sanguinem refundunt, et cancro propter compressionem occupantur. Possunt etiam ista incidere absque alia sideratione. Atque haec quidem ad ve-

τατα θλάσματα γίνεται. ταῦτα μέντοι πλεῖστα ἡσυχαίως ἀμφιθλῶται καὶ οὐδεμίη πολλὴ σπουδὴ τῆς μελέτης, ἀλλ' ὅμως ὀρθῶς γε χρὴ χειρίζειν. ἐπὴν μέντοι ἰσχυρὸν δόξῃ εἶναι τὸ ἔρεισμα, τά τε εἰρημένα ποιέειν χρὴ καὶ τὴν ἐπίδεσιν τὴν πλείστην || ποιεέσθαι ἀμφὶ τὴν πτέρνην περιβάλλοντα, ἄλλοτε πρὸς τὰ ἄκρα τοῦ ποδὸς ἀντιπεριβάλλοντα, ἄλλοτε (723) πρὸς τὰ μέσα, ἄλλοτε πρὸς τὰ περὶ τὴν κνήμην. προσεπιδεῖν δὲ καὶ τὰ πλησίον πάντα καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, καὶ ἰσχυρὴν μὲν μὴ ποιέεσθαι τὴν πίεξιν, πολλοῖσι δὲ τοῖς ὀθονίοισιν. ἄμεινον δὲ καὶ ἐλλέβορον πιπίσκειν αὐθημερὸν ἢ τῇ ὑστεραίῃ, ἀπολῦσαι δὲ τριταῖον καὶ αὖθις μετεπιδῆσαι. [203] σημεῖα δὲ τάδε, ἢν παλιγκοταίνει, ἢ οὔ· ἐπὴν μὲν τὰ ἐκχυμώματα τῶν φλεβῶν καὶ τὰ μελάσματα καὶ τὰ ἐγγὺς ἐκείνων ὑπέρυθρα γίνεται καὶ ὑπόσκληρα, κίνδυνος παλιγκοτῆσαι. ἀλλ' ἢν μὲν ἀπύρετος ᾖ, φαρμακεύειν ἄνω χρὴ ὥσπερ εἴρηται, καὶ ὅσα μὴ ξυνεχῆ πυρεταίνηται, ἢν δὲ ξυνεχῆ πυρεταίνηται, μὴ

hementissimas collisiones referenda sunt. Plurima tamen leviter colliduntur, ac neque magnum studium aut diligentiam requirunt, nihilominus recte tractari debent. Ubi autem vehemens illisio incumbere videbitur, tum fulcire, tum quae dicta sunt facere convenit. Tum vero maxima fasciae parte ad calcem circumjecta, partim summum pedem, partim medium, interdum etiam quae ad tibiam sunt, oppositis inter se ductibus obvolvere, tum vicinas partes omnes hinc et inde, velut ante dictum est, vinculis comprehendere, neque vehementem quidem compressionem, sed multas tamen linteorum convolutiones facere. Praestat autem eodem aut postero die, veratri potionem exhibere tertioque die solvere, ac rursus deligare. Recrudescat vero necne morbus his indiciis cognoscetur. Namque ubi sanguis e venis refusus, aut quae nigricant, quaeque his vicina sunt aliquantulum rubescunt aut obdurescunt, periculum est ne recrudescat. Quod si febre vacet aeger, sursum purgante medicamento utendum, velut dictum est, quod idem etiam convenit, ubi febris non est assidua. Eo namque si febris fue-

Ed. Chart. XII. [203.] Foes. I. 760. Ed. Lind. II. (723. 724.)

φαρμακεύειν. ἀπέχειν δὲ σιτίων καὶ ῥοφημάτων. ποτῷ δὲ χρῆσθαι ὕδατι καὶ μὴ οἴνῳ, ἀλλὰ ὀξυγλυκεῖ. ἢν δὲ μὴ μέλλῃ παλιγκοταίνειν, τὰ ἐκχυμώματα καὶ τὰ μελάσματα καὶ τὰ περιέχοντα ὑπόχλωρα γίνεται καὶ μὴ σκληρά. ἀγαθὸν τοῦτο τὸ μαρτύριον ἐν πᾶσιν ἐκχυμώμασιν τοῖσι μὴ μέλλουσι παλιγκοταίνειν. ὅσα δὲ σὺν σκληρύσμασιν πελιοῦται, κίνδυνος μὲν μελανθῆναι, τὸν δὲ πόδα ἐπιτηδεύειν χρὴ, ὅκως ἀνωτέρω τοῦ ἄλλου σώματος ἔσται τὰ πλεῖστα ὀλίγον. ὑγιὴς δ' ἂν γένοιτο ἐν ἑξήκοντα ἡμέρῃσιν, εἰ ἀτρεμέοι.

Ἡ δὲ κνήμη δύο ὀστέα ἐστὶ, τῇ μὲν συχνῷ λεπτότερον τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου, τῇ δὲ (724) οὐ πολλῷ λεπτότερον. ξυνέχεται δὲ ἀλλήλοισι τὰ πρὸς τοῦ ποδὸς καὶ ἐπίφυσιν κοινὴν ἔχει. ἐν ἰθυωρίῃ δὲ τῆς κνήμης οὐ ξυνέχεται. τὰ δὲ πρὸς τοῦ μηροῦ ξυνέχεται καὶ ἐπίφυσιν ἔχει, καὶ ἡ ἐπίφυσις διάφυσιν. μακρότερον δὲ τὸ ἕτερον ὀστέον σμικρῷ τὸ κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον. ἡ μὲν φύσις τοιαύτη τῶν ὀστέων τῶν ἐν τῇ κνήμῃ. ὀλισθαίνει δὲ ἔστιν ὅτε τὰ πρὸς τοῦ ποδός.

rit assidua, abstinendum, ut et cibis ac sorbitionibus potioneque utendum aquae non vini, sed aquae mulsae acidae, ὀξυγλυκὲς vocant. At si nullus recrudescentis morbi metus est, sugillata et nigrores circumvicinaeque partes citra duritiem aliquantulum ex virore pallescunt. Id quod certum est in omnibus sugillatis indicium, non futurum ut unquam morbus recrudescat. Quae vero cum duritie livent, ea certe ne nigrescant periculum est. Ac danda est opera ut pes plerumque reliquo corpore paulo altior collocetur. Sanus autem, si quiescat, intra sexaginta dies evadet.

At vero tibiam duo ossa constituunt, quorum quidem unum altero hac parte longe tenuius, illa vero parte paulo tenuius est. Cohaerent autem inter se qua parte pedem contingunt, communeque habent ossis accrementum, sed in tibiae directione non cohaerent. Ad femur vero adnato quodam osse conjunguntur, quod septum medium habet. Osque alterum qua parte parvum digitum spectat, paulo longius producitur. Ac ossium tibiae natura sic se habet. Atque haec utraque ossa interdum quidem qua pedem con-

Ed. Chart. XII. [203. 207.] Foef. I. 760. 761. Ed. Lind. II. (724.)

ὁτὲ μὲν ξὺν τῇ ἐπιφύσει ἀμφότερα τὰ ὀστέα, ὁτὲ δὲ ἡ ἐπίφυσις ἐκινήθη, ὁτὲ δὲ τὸ ἕτερον ὀστέον. ταῦτα δὲ ὀχλώδεα μὲν ἧσσον ἢ τὰ ἐν τῷ καρπῷ τῶν χειρέων, εἰ τολμῷεν ἀτρεμέειν οἱ ἄνθρωποι. ἴησις δὲ παραπλησίη οἵηπερ ἐκείνῳ. τήν τε γὰρ ἐμβολὴν χρὴ ποιέεσθαι ἐκ κατατάσιος ὥσπερ ἐκείνων, ἰσχυροτέρης δὲ δεῖται τῆς κατατάσιος, ὅσῳ ἰσχυρότερον τὸ σῶμα ταύτῃ. ἐς τὰ πλεῖστα μὲν γὰρ ἀρκέουσιν ἄνδρες δύο, ὁ μὲν ἔνθεν ὁ δὲ ἔνθεν τείνοντες. ἢν δὲ μὴ ἰσχύωσιν, ἰσχυροτέρην ῥηΐδιόν ἐστι ποιέειν τὴν κατάτασιν, ἢ γὰρ πλήμνην κατορύξαντα χρὴ ἢ ἄλλο τι ὅ τι τούτῳ ἔοικεν, μαλθακόν τι περὶ τὸν πόδα περιβάλλειν. ἔπειτα πλατέσι βοείοισιν ἱμᾶσι περιδήσαντα τὸν πόδα τὰς ἀρχὰς τῶν ἱμάντων ἢ πρὸς ὕπερον ἢ πρὸς ἕτερον ξύλον προσδήσαντας, τὸ ξύλον πρὸς τὴν πλήμνην ἄκρον ἐνθέντα ἀνακλᾷν, || τοὺς δὲ ἀντιτείνειν, ἄνωθέν τε τῶν ὤμων ἐχομένους καὶ τῆς ἰγνύης.

[207] Ἔστι δὲ καὶ τὸ ἄνω τοῦ σώματος ἀνάγκη προσλαβεῖν. τοῦτο μὲν ἢν βούλῃ, ξύλον στρογγύλον λεῖον κατορύ-

tingunt, una cum adnato offe fuis fedibus excidunt, quandoque vero adnatum os dimovetur, quandoque etiam alterum os. Haec fane, modo homines quiefcant, minus moleftiae exhibent quam quae in prima manus junctura exiftunt. Curatio vero in utroque affimilis. Nam et hic per intentionem repofitio, velut in illis molienda. Quanquam eo valentiorem haec intentionem defiderant, quo validius hac parte corpus eft. Ut plurimum tamen duo viri fatis funt, qui in diverfa contendant: fin minus, valentiorem intentionem moliri proclive eft. Aut enim humi defoffo rotae modiolo, aut alia quapiam re huic fimili molle aliquid ad pedem circumdare oportet, deinde loris bubulis latis pedem circumvincire, eorumque capitibus aut ad piftillum aut ad aliud lignum alligatis, lignum, fumma eujs parte in modiolum immiffa, reflectere, quosdam vero a fuperiore parte humeris apprehenfis et poplite, in diverfum extendere.

Sed et fuperiori corporis parti vis hoc modo, fi lubet, adhiberi poteft. Ligno tereti, laevi, alte defoffo pars ejus

ξας βαθέως, μέρος τι αὐτοῦ ὑπερέχον τοῦ ξύλου μεσηγὺ τῶν σκελέων ποιήσασθαι (725) παρὰ τὸν περίνεον, ὡς κωλύῃ ἀκολουθέειν τὸ σῶμα τοῖσι πρὸς ποδῶν τείνουσιν. ἔπειτα πρὸς τὸ τεινόμενον σκέλος μὴ ῥέπειν. τὸν δέ τινα πλάγιον παρακαθήμενον ἀποθέειν τὸν γλουτὸν, ὡς μὴ περιέλκηται τὸ σῶμα. τοῦτο δὲ καὶ ἢν περὶ τὰς μασχάλας ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὰ ξύλα παραπέπηγεν. αἱ δὲ χεῖρες παρατεταμέναι φυλάσσονται. προσεπιλαμβανέτω δέ τις κατὰ γόνυ καὶ οὕτως ἀντιτείνοιτο. τοῦτο δ᾽ ἢν παρὰ τὸ γόνυ βούληται, ἄλλους ἱμάντας περιδήσας ἢ περὶ τὸν μηρὸν, πλήμνην ἄλλην ὑπὲρ κεφαλῆς κατορύξας, ἐξαρτήσας τε τοὺς ἱμάντας ἔκ τινος ξύλου, τὸ ξύλον στηρίζων ἐς τὴν πλήμνην, τἀναντία τῶν πρὸς ποδῶν ἕλκειν. τοῦτο δὲ ἢν βούλῃ ἀντὶ τῶν πλημνέων δοκίδα ὑποτείνας ὑπὸ τὴν κλίνην μετρίην. ἔπειτα πρὸς τῆς δοκίδος, ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὴν κεφαλὴν στηρίζων καὶ ἀνακλῶν τὰ ξύλα, κατατείνειν τοὺς ἱμάντας. ἢν δὲ θέλῃς, ὀνίσκους καταστήσας ἔνθεν καὶ ἔνθεν, ἐπ᾽ ἐκείνων τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι. πολλοὶ δὲ καὶ ἄλλοι τρόποι καταστασίων. [212]

quaedam extans media in crura ad interfemineum statuatur, ne corpus ad eos qui a pedibus extensionem faciunt, delabatur. Deinde ne in crus quod intenditur inclinet, aliquis a latere assidens natem repellat, ne corpus circumducatur. Idem quoque fiet, si ad utramque alam ligna affigantur, brachiaque protensa serventur, alius autem genu apprehenso ita in diversa contendat. Quin etiam, si placet, hoc molieris aliis habenis ad genu vel femur alligatis, si alterum rotae modiolum ad caput desoderis, et habenis ad aliquod lignum quod in rotae modiolum defixum sit, religatis, contrariam ei quae ad pedes fit extensionem feceris. Quin si jubet modiolorum loco, subtensa lecto mediocri trabecula, deinde ad ejus capita hinc et inde lignis obsirmatis et reflexis, lora intendere licebit. Quod si placet, per asellos ab utraque parte collocatos, extensionem molieris. Sunt et alia quam plurima distentionum genera. Praestat autem eum, qui in magna urbe medicinam factitat, lignum habere praeparatum, in quo vis omnis contineatur, quae tam in fractis quam

Ed. Chart. XII. [212.] Foes. I. 761. 762. Ed. Lind. II. (725. 726.)

ἄριστον δὲ ὅστις ἐν πόλει μεγάλῃ ἰητρεύει, κεκτῆσθαι ἐσκευασμένον ξύλον ἐν ᾧ πᾶσαι ἀνάγκαι ἔσονται πάντων τῶν κατηγμάτων, πάντων δὲ ἄρθρων ἐμβολῆς ἐκ κατατάσιος καὶ μοχλεύσιος. ἀρκέει δὲ τὸ ξύλον, ἢν ᾖ τοιοῦτον, οἷον οἱ τετράγωνοι στῦλοι οἷοι δρύϊνοι γίνονται, μῆκος καὶ πλάτος καὶ πάχος. ἐπὴν δὲ ἱκανῶς κατατανύσῃς, ῥηΐδιον ἤδη τὸ ἄρθρον ἐμβαλεῖν. ὑπεραιωρέεται γὰρ ἐς ἰθυωρίην ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης. κατορ(726)θώσαντα οὖν χρὴ τοῖσι θέναρσιν τῶν χειρῶν, τοῖσι δὲ ἐς τὸ ἐξεστηκὸς ἐρείδοντα, τοῖσι δὲ ἐπὶ θάτερα κατώτερον τοῦ σφυροῦ ἀντερείδοντα. ἐπὴν δὲ ἐμβάλῃς, ἢν μὲν οἷόν τε ᾖ, κατατεταμένα ἐπιδεῖν χρή· ἢν δὲ κωλύηται ὑπὸ τῶν ἱμάντων, ἐκείνους λύσαντα ἀντικατατείνειν, ἔστ' ἂν ἐπιδήσῃς. ἐπιδεῖν δὲ τὸν τρόπον καὶ τὰς ἀρχὰς ὡσαύτως βαλλόμενον κατὰ τὸ ἐξεστηκὸς καὶ τὰς περιβολὰς τὰς πρώτας πλείστας κατὰ τοῦτο ποιέεσθαι, καὶ τοὺς σπλῆνας πλείστους κατὰ τοῦτο καὶ τὴν πίεξιν μάλιστα κατὰ τωυτό. προσεπιδεῖν δὲ καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ συχνόν. μᾶλλον δέ τι τοῦτο τὸ ἄρθρον πεπιέχθαι χρὴ ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιδέσει ἢ τὸ ἐν τῇ χειρί. || ἐπὴν δὲ ἐπιδήσῃς, ἀνωτέρω μὲν τοῦ

luxatis omnibus restituendis, tum per extensionem, tum per vectis molitionem adhibetur. Ad hoc satis erit lignum longitudine, latitudine et crassitudine, quales columnae querneae quadrangulae fieri assolent. Abunde igitur distento crure articulus jam prompte reponitur. Sublimis enim in directum supra pristinam sedem tollitur. Ergo manuum palmis componere decet, partim supra prominens os urgendo, partim infra malleolum contra propellendo. Repositum articulum intentum, si fieri potest, deligare oportet, sin lora prohibeant, iis solutis, dum vinculum injectum sit, in diversa diducere. Deligandum vero eodem modo, fasciarum initiis qua parte os prominet similiter injectis, primisque orbibus quam plurimis eodem volutis et spleniis plurimis ad id adhibitis, illicque potissimum adstrictis. Praetereaque hinc et inde plurimum vinculo circumdandum. Hic vero articulus prima deligatione magis comprimendus quam qui in manu est. Injecto vinculo pars deligata reliquo corpore

Ed. Chart. XII. [212. 215.] Foes. I. 762. Ed. Lind. II. (726. 727.)

ἄλλου σώματος ἐχέτω τὸ ἐπιδεθὲν, τὴν δὲ θέσιν δεῖ ποιήσασθαι οὕτως, ὅκως ἥκιστα ἀπαιωρηθήσεται ὁ πούς. τὸν δὲ ἰσχνασμὸν τοῦ σώματος οὕτως ποιέεσθαι, ὁκοίην δύναμιν ἔχει καὶ τὸ ὀλίσθημα. τὰ μὲν γὰρ σμικρὸν, τὰ δὲ μέγα ὀλισθαίνει. τὸ ἐπίπαν δεῖ ἰσχναίνειν μᾶλλον καὶ ἐπὶ πλείω χρόνον χρὴ ἐν τοῖσι κατὰ σκέλεα τρώμασιν ἢ ἐν τοῖσι κατὰ χεῖρας. καὶ γὰρ μέζω καὶ παχύτερα ταῦτα ἐκείνων, καὶ δὴ καὶ ἀναγκαῖον ἐλινύειν τὸ σῶμα καὶ κατακεῖσθαι. μετεπιδῆσαι δὲ τὸ ἄρθρον οὔτε τι κωλύει τριταῖον οὔτε κατεπείγει, καὶ τὰ ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τὰ παροιχόμενα, καὶ ἢν μὲν ἀτρέμα κατακεῖσθαι, ἱκαναὶ τεσσαράκοντα ἡμέραι, ἢν μοῦνον ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην τὰ (727) ὀστέα αὖθις καθίζηται. ἢν δὲ μὴ θέλῃ ἀτρεμέειν, χρῷτο μὲν ἂν οὐ ῥᾳδίως τῷ σκέλεϊ, ἐπιδεῖσθαι δὲ ἀναγκάζοιτ' ἂν πολὺν χρόνον.

[215] Ὁκόσα μέντοι τῶν ὀστέων μὴ τελέως ἵζει ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, ἀλλά τι ἐπιλείπει τῷ χρόνῳ, λεπτύνεται ἰσχίον καὶ μηρὸς καὶ κνήμη. καὶ ἢν μὲν εἴσω ὀλισθῇ, τὸ ἔξω μέρος λεπτύνεται, ἢν δὲ ἔξω, τὸ εἴσω. τὰ πλεῖστα δὲ ἐς τὸ εἴσω

superior statuatur. Situs autem is esse debet, ut pes quam minime dependeat. At corporis extenuationem talem feceris, prout gravis luxatio fuerit, si quidem nonnulla leviter, alia multum luxantur. Omnino magis et diutius in crurum quam brachiorum vulneribus extenuandum est, quippe cum haec illis sint majora et crassiora. Quin etiam corpus quiescere et jacere necesse est. Solvere vero articulum tertio quoque die, posteaque deligare neque quicquam prohibet neque urget. Reliquaque omnia similem praecedentibus curationem habeant. At si quietus jaceat, satis esse possunt quadraginta dies, dummodo in pristinam sedem ossa reverterint. Sin quiescere nolit, et crure difficilius utetur diutissimeque vinctum gestare cogetur.

At vero ubi ossa suis sedibus non integre restituuntur, sed aliqua ex parte deficiunt, temporis lapsu coxa, femur et tibia emacrescunt. Ac si quidem intro luxatio facta est, exteriore parte, si extra, interiore parte attenuatio fieri solet.

ὀλισθαίνει. ἐπὴν δὲ κνήμης ὀστέα ἀμφότερα καταγῇ ἄνευ ἑλκώσιος, κατατάσιος ἰσχυροτέρης δεῖται. τείνειν δὲ τουτέων τῶν τρόπων ἐνίοισι τῶν προειρημένων τισὶ, ἢν μεγάλαι αἱ παραλλάξιες ἔωσιν. ἱκαναὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν κατατάσιες. τὰ πλεῖστα γὰρ ἀρκέοιεν ἂν δύο ἄνδρες ἐῤῥωμένοι, ὁ μὲν ἔνθεν ὁ δ᾽ ἔνθεν ἀντιτείνοντες. τείνειν δὲ ἐς τὸ ἰθὺ χρὴ κατὰ φύσιν καὶ κατὰ τὴν ἰθυωρίην τῆς κνήμης καὶ τοῦ μηροῦ, καὶ ἢν κνήμης ὀστέα κατηγυίης κατατείνῃς καὶ ἢν μηροῦ. καὶ ἐπιδεῖν δὲ οὕτως ἐκτεταμένων ἀμφοτέρων ὁκότερον ἂν τουτέων ἐπιδέῃς, οὐ γὰρ ταὐτὰ ξυμφέρει σκέλει τε καὶ χειρί. πήχεος μὲν γὰρ καὶ βραχίονος, ἐπὴν ἐπιδεθῶσιν ὀστέα κατεηγότα, ἀναλαμβάνεται ἡ χεὶρ, καὶ ἢν ἐκτεταμένα ἐπιδέῃς τὰ σχήματα τῶν σαρκῶν ἑτεροιοῦται ἐν τῇ ξυγκάμψει τοῦ ἀγκῶνος. ἀδύνατος γὰρ ὁ ἀγκὼν ἐκτετάσθαι πολὺν χρόνον, οὐ γὰρ πολλάκις ἐν τοιούτῳ εἴθισται, ἀλλ᾽ ἐν τῷ ξυγκεκάμφθαι. καὶ δὴ καὶ ἅτε δυνάμενοι οἱ ἄνθρωποι περιϊέναι, ἐπὴν κατὰ χεῖρα τρωθῶσιν, ξυγκεκάμφθαι κατὰ τὸν

Plerumque tamen intro excidunt. Cum autem utraque tibiae ossa absque ulcere fracta fuerint, validiorem intentionem requirunt. Ac si pars ossis aliqua plurimum super alteram efferatur, aliquem ex ante commemoratis intendendi modis adhibere convenit. Satis tamen esse possunt extensiones quas per homines molimur. Nam et plerumque duo valentes viri, qui hinc et inde in diversa contendunt, satis sunt. Intendere autem in directum pro naturali habitu, ac secundum tibiae et femoris rectitudinem oportet, sive tibiae fractae, sive femoris ossa intendas. Quin et utrumvis devinxeris, ita extenta utraque deliganda sunt. Neque enim eadem deligationis ratio et cruri et manui confert. Si quidem ubi cubiti et brachii ossa fracta deligantur, manus suspensa excipitur. Ac si ea extenta deligaveris, carnium figurationes in cubiti inflexione immutantur. Nequit enim cubiti flexura longam extensionem ferre, cum non eo habitu, sed plerumque incurvata detineri consueverit. Quin et manu vulnerata, cum homines obambulare possint, eam ad cubiti flexum incurvare opus habent. Crus vero, cum obambu-

Ed. Chart. XII. [215. 216.] Foes. I. 762. 763. Ed. Lind. II. (727. 728.)

ἀγκῶνα δέονται. σκέλος δὲ ἔν τε τῇσιν ὁδοιπορίῃσιν καὶ ἐν τῷ ἑστάναι εἴθισται (728) ὁτὲ μὲν ἐκτετάσθαι, ὁτὲ δὲ μικροῦ δεῖν ἐκτετάσθαι ἐς τὸ κάτω κατὰ φύσιν, καὶ δὴ καὶ πρὸς τὸ ὀχέειν τὸ ἄλλο σῶμα, διὰ τοῦτο εὔφορον αὐτῷ ἐστιν τὸ ἐκτετάσθαι, ὅταν ἀνάγκη ἔχῃ καὶ δὴ καὶ ἐν τῇσι κοίτῃσι πολλάκις ἐν τῷ σχήματι τουτέῳ ἐστὶν ἐν τῷ ἐκτετάσθαι. ἐπὴν δὲ δὴ τρωθῇ, ἀνάγκη καταδουλοῦται τὴν γνώμην, ὅτι ἀδύνατοι μετεωρίζεσθαι γίνονται. ὥστε οὐδὲ μέμνηνται περὶ τοῦ συγκαμφθῆναι καὶ ἀναστῆναι, ἀλλὰ ἀτρεμέουσιν ἐν τουτέῳ τῷ σχήματι κείμενοι. [216] διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας χειρὸς καὶ σκέλεος, οὔτε ἡ κατάτασις οὔτε ἡ ἐπίδεσις τοῦ σχήματος ξυμφέρει ἡ αὐτή. ἢν μὲν οὖν ἱκανὴ ἡ κατάτασις ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν ᾖ, οὐδὲν δεῖ μάτην πονέεσθαι. καὶ γὰρ σολοικότερον μηχανοποιέειν μηδὲν δέον. ἢν δὲ μὴ ἱκανὴ ἡ κατάτασις ἡ ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν καὶ τῶν ἄλλων τινὰ τῶν ἀναγκαίων προσφέρειν, ἤν τινά γε προσχωρέῃ. ὅταν δὲ δὴ ἱκανῶς καταταθῇ, ῥηΐδιον ἤδη καθορθῶσθαι τὰ ὀστέα καὶ ἐς τὴν φύσιν ἀγαγεῖν, τοῖσι θέναρσι τῶν χειρέων ἀπευθύ-

lando tum stando partim quidem extentum, partim vero prope extentum esse in inferiorem partem naturaliter soleat, nec non sane reliquum corpus vehere debeat, iccirco extensionem facile, ferre cum opus est, potest. Quin etiam in cubili plerumque hoc habitu extentum continetur. At postquam vulneratum est, ad servilem animi demissionem homines necessitate adiguntur, cum erigi nequeant, adeo ut neque inflecti, neque exurgere eis in mentem veniat, sed eo habitu jacentes quiescant. Has igitur ob causas neque intensionis neque deligationis eadem figura manui et cruri convenit. Quod si satis esse potest extensio quae per homines adhibetur, nihil amplius frustra laborandum est. Machinas enim admovere ubi res non exigit, absurdum est. At si satis esse nequit per viros adhibita extensio, etiam quiddam ex violentis quod commodum sit admoliri opus est. Distentione abunde facta, ossa facile componuntur et ad naturalem statum adducuntur, manuum palmis directa

Ed. Chart. XII. [216. 217.] Foës. I. 763. Ed. Lind. II. (728. 729.)

τοντα καὶ ἐξεικρινέοντα. ἐπὴν δὲ κατορθώσῃ, ἐπιδεῖν τοῖσιν ὀθονίοισιν κατατεταμένα, ἤν τ' ἐπὶ δεξιὰ, ἤν τ' ἐπ' ἀριστερὰ περιφέρειν ξυμφέρῃ αὐτέοισιν τὰ πρῶτα ὀθόνια. βαλλέσθω δὲ τὴν ἀρχὴν κατὰ τὸ κάτηγμα, καὶ περιβαλλέσθω κατὰ τοῦτο τὰς πρώτας περιβολάς. κἄπειτα νεμέσθω ἐπὶ τὴν ἄνω κνήμην ἐπιδέων, ὥσπερ ἐπὶ τοῖσιν ἄλλοισι κατήγμασιν εἴρηται. τὰ δὲ ὀθόνια πλατύτερα χρὴ εἶναι καὶ μακρότερα καὶ (729) πλέω αὐτὰ κατὰ τὸ σκέλος τῶν ἐν τῇ χειρί. ἐπὴν δὲ ἐπιδέῃς, καταθεῖναι ἐφ' ὁμαλοῦ τινος καὶ μαλθακοῦ, ὥστε μὴ διαστρέφεσθαι ἢ τῇ ἢ τῇ, μήτε λορδὸν μήτε κυφὸν εἶναι. μάλιστα δὲ ξυμφέρει προσκεφάλαιον ἢ λινέον ἢ ἐρινέον, μὴ σκληρὸν, λαπαρὸν, μέσον κατὰ μῆκος ποιήσαντα, ὑποθεῖναι ἢ ἄλλο τι ὃ τούτῳ ἔοικεν.

[217] *Περὶ γὰρ τῶν σωλήνων τῶν ὑποτιθεμένων ὑπὸ τὰ σκέλεα τὰ κατεηγότα ἀπορέω ὅ τι ξυμβουλεύσω ἢ ὑποτιθέναι χρὴ ἢ οὔ. ὠφελέουσι μὲν γὰρ, οὐχ ὅσον δὲ οἱ ὑποτιθέντες οἴονται. οὐ γὰρ ἀναγκάζουσιν οἱ σωλῆνες ἀτρεμέειν, ὡς οἴονται, οὔτε γὰρ τῷ ἄλλῳ σώματι στρεφομένῳ ἢ ἔνθα*

et convenienter aptata. Composita autem ossa extenta fasciis deliganda, eo primum circumjectis fasciis sive ad dextram sive ad sinistram ducendae sint. Quarum tamen initia qua parte os fractum est injiciantur, ibique primum obvolutae deinceps ad superiorem tibiae partem deligando tendant, quemadmodum in aliis fracturis dictum est. Fascias vero latiores et longiores, multoque plures in crure quam in manu esse oportet. Atque ubi devinxeris, supra molle aliquot et aequabile deponere, ut ne in hanc vel in illam partem pervertatur, aut in anteriorem aut posteriorem partem inflectatur. Ad id vero plurimum confert pulvinum lineum, aut laneum, mollem, non durum, medium in longitudinem, aut aliud quid tale cruri supponere.

Canales namque, qui cruribus fractis supponuntur, subjici debeant, necne, ambigendum mihi videtur. Prosunt etenim, non tamen quantum existimant qui eos supponunt. Nam neque in quiete ut putant, crus continent neque dum reliquum corpus in hanc vel illam partem convertitur, ca-

οὐδὲ βλακεύειν ἐν τῇ κατατάσει, μάλιστα μὲν ἐν τῇ πρώτῃ ἐπιδέσει κατατείνεσθαι ὅσον ἐφαίνεται αἰεί ποτε πάντα τὰ κατήγματα, εἰ δὲ μὴ, ὡς τάχιστα. ὅ τι γὰρ ἂν μὴ κατὰ τρόπον εὐθετισμένων τῶν ὀστέων ἐπιδέων τις πιέζῃ, ὀδυναίτερον τὸ χωρίον γίνεται. ἡ δὲ ἄλλη ἰητρείη ἡ αὐτή. τῶν δὲ ὀστέων τὸ μὲν ἔσω τοῦ ἀν(731)τικνημίου καλεομένου ὀχλωδέστερον ἐν τῇ ἰητρείῃ ἐστὶν καὶ κατατάσιος μᾶλλον δεόμενον, καὶ ἢν μὴ ὀρθῶς τὰ ὀστέα τεθῇ, ἀδύνατον κρύψαι. φανερὸν γὰρ καὶ ἄσαρκον πᾶν ἐστιν καὶ ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὸ σκέλος πολλῷ βραδύτερον δύναιτ' ἂν τουτέου κατεηγότος. ἢν δὲ τὸ ἔξω ὀστέον κατεηγῇ, πουλὺ μὲν εὐφορώτερον φέρουσι, πουλὺ δ' εὐκρυπτότερον, καὶ ἢν μὴ καλῶς ξυντεθῇ, ἐπίσαρκον γάρ ἐστιν ἐπὶ πόδας τε ταχέως ἵστανται. τὸ πλεῖστον γὰρ τοῦ ἄχθεος ὀχέει τὸ ἔσωθεν τοῦ ἀντικνημίου ὀστέον. ἅμα μὲν γὰρ αὐτῷ σκέλει καὶ τῇ ἰθυωρίῃ τοῦ ἄχθεος τοῦ κατὰ τὸ σκέλος τὸ πλεῖον ἔχει τοῦ πόνου τὸ ἔσω ὀστέον. τοῦ γὰρ μηροῦ ἡ κεφαλὴ ὑπεροχέει τὸ ὕπερθεν τοῦ σώματος, αὕτη δὲ εἴσωθεν πέφυκε τοῦ σκέλους καὶ οὐκ

tissimum quidem in prima deligatione fracta omnia quantum convenit, vel certe quam celerrime semper intendenda sunt. Quod enim non recte compositis ossibus vinculo adstrictum fuerit, id majore dolore locum urget. Reliqua curatio eadem est. Ex ossibus vero quod ex anteriore tibiae parte, quae ἀντικνήμιον dicitur, intro vergere conspicitur molestiorem curationem facit, majoremque intentionem postulat, ac nisi ossa recte componantur, latere non potest. Totum enim et carnis expers se prodit, eoque fracto multo tardius crure insistere queunt. Quod si os externum fractum est, tum multo levius ferunt tum longe facilius latet, etiamsi non recte repositum fuerit, cum carnosum sit, citoque pedibus insistunt. Maximam quippe oneris partem os sustinet, quod anterioris tibiae, quae ἀντικνήμιον dicitur, interiore parte situm est simulque una cum crure, onus etiam quod cruri e directo impositum est ferendo, plurimum laboris subit. Nam femoris caput quod superiorem corporis partem subvehit, interiore cruris parte, non exteriore, idque

ἔξωθεν, ἀλλὰ κατὰ τὴν τοῦ ἀντικνημίου ἴξιν. ἅμα δὲ τὸ ἄλλο ἥμισυ τοῦ σώματος γειτονεύεται ταύτῃ μᾶλλον τῇ ἴξει, ἀλλ᾽ οὐχὶ τῇ ἔξωθεν. ἅμα δὲ ὅτι παχύτερον τὸ εἴσω τοῦ ἔξωθεν, ὥσπερ καὶ τὸ ἐν τῷ πήχει τὸ κατὰ τὴν τοῦ μικροῦ δακτύλου ἴξιν λεπτότερον καὶ μακρότερον. [221] ἐν μέντοι τῷ ἄρθρῳ τῷ κάτω οὐχ ὁμοίη ἡ ὑπότασις τοῦ ὀστέου τοῦ μακροτέρου. ἀνομοίως γὰρ ὅ ἀγκών τε καὶ ἡ ἰγνύη κάμπτεται. διὰ οὖν ταύτας τὰς προφάσιας τοῦ μὲν ἔξωθεν ὀστέου κατεαγέντος ταχεῖαι αἱ ἐπιβάσιες, τοῦ δὲ εἴσωθεν κατεαγέντος βραδεῖαι αἱ ἐπιβάσιες.

[222] Ἢν δὲ τὸ τοῦ μηροῦ ὀστέον καταγῇ, τὴν κατάτασιν χρὴ ποιέεσθαι περὶ παντὸς, ὅκως μὴ ἐνδεεστέρως σχήσει. πλεονασθεῖσα μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν σίνοιτο. οὐδὲ γὰρ εἰ διεστεῶτα τὰ ὀστέα ὑπὸ τῆς ἰσχύος τῆς κατατάσιος ἐπιδέοι τις, οὐκ ἂν δύναι(732)το κρατέειν ἡ ἐπίδεσις ὥστε διεστάναι, ἀλλὰ συνέλθοι ἂν πρὸς ἄλληλα τὰ ὀστέα ὅτι τάχιστα ἂν ἀφιῶσιν οἱ τείνοντες. [223] παχεῖαι γὰρ καὶ ἰσχυραὶ αἱ σάρκες ἐοῦσαι κρατήσουσι τῆς ἐπιδέσιος, ἀλλ᾽ οὐ κρατηθήσονται. Η περὶ οὗ οὖν ὁ λόγος διατείνειν εὖ καὶ ἀδια-

e directo anterioris tibiae ſitum habet. Tum vero reliqua dimidia corporis pars huc magis ſuo momento quam in exteriorem partem inclinat. Adde quod internum os externo craſſius eſt, non ſecus ac in cubito, quod in directum minimo digito reſpondet, tenuius eſt et longius. At in inferiore articulo non ſimiliter os longius ſubtenditur. Neque enim ſimiliter articulus ad cubiti gibbum et poples flectuntur. Eas igitur ob cauſas exteriore quidem oſſe fracto celeriter, interiore vero tardius incedunt.

At vero ſi femoris os fractum ſit, omni ope annitendum ut extenſio eaque non minus quam par eſt fiat. Superans enim intenſio nullam laeſionem afferet. Nam neque ſi diducta per vim extenſionis oſſa religaris, ſic diducta vinculo contineri poterunt, ſed cum primum intenſio remiſerit, inter ſe concurrent. Hic enim carnes craſſae ac validae deligationem ſuperant, non ab ea ſuperantur. In eo igitur de quo agitur, intenſio valida fieri debet ſic nullam ut in par-

Ed. Chart. XII. [223.] Foes. I. 765. Ed. Lind. II. (732.)

στρέπτως χρὴ, μηδὲν ἐπιλείποντα. μεγάλη γὰρ ἡ αἰσχύνη καὶ βλάβη βραχύτερον τὸ μηρὸν ἀποδεῖξαι. χεὶρ μὲν γὰρ βραχυτέρη γινομένη καὶ ξυγκρυφθείη ἂν καὶ οὐ μέγα τὸ σφάλμα· σκέλος δὲ βραχύτερον γενόμενον χωλὸν ἀποδείξει τὸν ἄνθρωπον. τὸ γὰρ ὑγιὲς ἐλέγχει μακρότερον ἐόν. ὥστε λυσιτελέει τὸν μέλλοντα κακῶς ἰητρεύεσθαι ἀμφότερα καταγῆναι τὰ σκέλεα μᾶλλον ἢ τὸ ἕτερον. ἰσόῤῥοπος γοῦν ἂν εἴη αὐτὸς ἑωυτῷ. ἐπὴν μέντοι ἱκανῶς κατατανύσῃς, κατορθωσάμενον χρὴ τοῖσι θέναρσι τῶν χειρῶν ἐπιδεῖν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται, καὶ τὰς ἀρχὰς βαλλόμενον, ὥσπερ εἴρηται, καὶ νεμόμενον ἐς τὸ ἄνω τῇ ἐπιδέσει. καὶ ὑποκρινέσθω ταῦτα ὥσπερ καὶ πρόσθεν, καὶ πονεέτω κατ᾽ αὐτὰ καὶ ῥηΐζέτω καὶ μετεπιδείσθω ὡσαύτως, καὶ ναρθήκων πρόσθεσις ἡ αὐτή. κρατύνεται δὲ ὁ μηρὸς ἐν πεντήκοντα ἡμέρῃσιν. προσξυνιέναι δὲ χρὴ καὶ τόδε, ὅτι μηρὸς μᾶλλόν ἐστιν ἐς τὸ ἔξω μέρος ἢ ἐς τὸ ἔσω καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν μᾶλλον ἢ ἐς τοὔπισθεν. ἐς ταῦτα τοίνυν τὰ μέρεα καὶ διαστρέφεται, ἐπὴν μὴ καλῶς ἰητρεύηται. καὶ δὴ καὶ

tem vertatur nihilque deficiat. Neque enim ſine magno dedecore ac noxa femur brevius redditur. Manus quidem certe brevior celari poterit, neque id magnum peccatum eſt. Crus vero brevius redditum hominem claudum efficiet. Id enim ſanum quod eſt longius arguit. Adeo ut ei qui male curari debeat utrumque crus potius quam alterum frangi ſit conducibile. Sic enim ſeipſe aequis in utramque partem momentis libraverit. Cum autem abunde intenderis ac manuum palmis compoſueris, eodem quo antea ſcriptum eſt modo deligandum eſt, tum faſciarum initiis velut dictum eſt injectis tum iis ad ſuperiorem partem deductis. Aeger etiam ad eadem, ut prius, reſpondeat, iisdemque partibus doleat ac levius habeat et ſolitus vinculis ſimiliter religetur, ferulaeque eodem modo adhibeantur. Femur vero quinquaginta diebus firmatur. Inſuper animadvertendum eſt femur exteriore potius parte quam interiore, ac magis anteriore quam poſteriore parte incurvari, ideoque in has partes ubi recte non curatur diſtorqueri ſolere. Quin etiam his partibus

κατὰ ταῦτα ἀσαρκότερος αὐτὸς ἑωυτοῦ ἐστιν, ὥστε οὐδὲ ξυγκρύπτειν δύναται ἐν τῇ διαστροφῇ. ἢν (733) οὖν τι τοιοῦτον ὑποπτεύῃς, μηχανοποιέεσθαι χρὴ οἷά περ ἐν τῷ βραχίονι τῷ διαστρεφομένῳ παρήνηται. [224] προσπεριβάλλειν δὲ χρὴ ὀλίγα τῶν ὀθονίων κύκλῳ ἀμφὶ τὸ ἰσχίον καὶ τὰς ἰξύας, ὅκως ἂν οἱ βουβῶνές τε καὶ τὸ ἄρθρον τὸ κατὰ τὴν πληχάδα καλεομένην προσεπιδέηται. καὶ γὰρ ἄλλως ξυμφέρει, καὶ ὅκως μὴ τὰ ἄκρεα τῶν ναρθήκων σίνηται πρὸς τὰ ἀνεπίδετα προσβαλλόμενα. [225] ἀπολείπειν δὲ χρὴ ἀπὸ τοῦ γυμνοῦ αἰεὶ τοὺς νάρθηκας καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἱκανῶς, καὶ τὴν θέσιν αἰεὶ τῶν ναρθήκων προμηθέεσθαι χρὴ, ὅκως μήτε κατὰ τὸ ὀστέον τῶν ἐξεχόντων παρὰ τὰ ἄρθρα φύσει πεφυκότων μήτε κατὰ τὸ ἄρθρον νεῦρον ἔσται. [226] τὰ δὲ οἰδήματα κατ᾽ ἰγνύην ἢ κατὰ πόδα ἢ κατά τι ἄλλο ἐξαειρεύμενα ὑπὸ τῆς πιέξιος, εἰρίοισι πολλοῖσι ῥυπαροῖσιν, εὐκατεργασμένοις, οἴνῳ καὶ ἐλαίῳ ῥήνας, κηρωτῇ ὑποχρίων καταδεῖν, καὶ ἢν πιέζωσιν οἱ νάρθηκες, χαλᾶν θᾶσσον. ἰσχναίνειε δ᾽ ἄν, εἰ ἐπάνω ἐς τοὺς νάρθηκας ὀθονίοισιν ἰσχνοῖσιν ἐπιδέοις τὰ οἰδήματα, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ κάτω-

quam reliquis minus carnosum est, ita ut cum pervertitur latere nequeat. Si quid igitur ejusmodi suspectum est, eadem moliri oportet, quae in brachio distorto consuluimus. Pauca praeterea lintea ad coxam et ilia in orbem circumducenda, tum ut inguina tum etiam articulus ad locum inter crura medium, qui πληχὰς Graecis, hoc est gressura dicitur, devinciatur. Quod cum alias confert tum ut ne extremae ferulae ad partes vinculis carentes admotae eas laedant. Ferulae siquidem a nuda parte abunde utrinque semper recedere debent, in iisque admovendis ea perpetuo cautio adhibenda est, ut ne ad ossa in articulis naturaliter prominentia neque ad nervum qui circa articulum est imponantur. Tumores vero in poplite aut pede aut alia quapiam parte ex compressione sublati, multis lanis succidis probe carptis, vino et oleo resperfis, cerato sublito devinciendi sunt ferulaeque, si premant, cito laxandae. Quin et tumores extenuabantur, si sursum versus ad ferulas tenuibus fasciis eos devinxeris,

τάτω ἐπὶ τὸ ἄνω νεμόμενος. [227] οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ἰσχνὸν τὸ οἴδημα γένοιτο καὶ ὑπερθείη ὑπὲρ τὰ ἀρχαῖα ἐπιδέσματα. ἀλλ' οὐ χρὴ τούτῳ τῷ τρόπῳ χρῆσθαι τῆς ἐπιδέσιος, ἢν μὴ κίνδυνος ᾖ ἐν τῷ οἰδήματι φλυκταινώσιος ἢ μελασμοῦ· γίνεται δὲ οὐδὲν τοιοῦτο, ἢν μὴ ἄγαν τις πιέζῃ τὸ κάτηγμα ἢ κατακεκρεμμένον ἔχῃ ἢ κνῆται τῇ χειρὶ ἢ ἄλλο τι προσπίπτῃ ἐρεθιστικὸν πρὸς τὸν χρῶτα.

|| Σωλῆνα δὲ εἰ μέν τις ὑπ' αὐτὸν τὸν μηρὸν ὑποθείη, μὴ ὑπερβάλλοντα τὴν ἰγνύην, (734) βλάπτοι ἂν μᾶλλον ἢ ὠφελέοι. οὔτε γὰρ ἂν τὸ σῶμα κωλύοι οὔτε τὴν κνήμην ἄνευ τοῦ μηροῦ κινεῖσθαι. ἀσηρὸν γὰρ εἴη πρὸς τὴν ἰγνύην προσβαλλόμενον καὶ ὃ ἥκιστα δεῖ, τοῦτ' ἂν ἐποτρύνοι ποιέειν. ἥκιστα γὰρ δεῖ κατὰ τὸ γόνυ κάμπτειν. πᾶσαν γὰρ ἂν τυρβὴν παρέχοι τῇσιν ἐπιδέσεσιν καὶ μηροῦ ἐπιδεδεμένου καὶ κνήμης ὅστις κατὰ τὸ γόνυ κάμπτοι, ἀνάγκη [228] ἂν εἴη τούτῳ τοὺς μύας ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε σχῆμα ἴσχειν. ἀνάγκη δ' ἂν εἴη καὶ τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα κίνησιν ἔχειν. περὶ παντὸς οὖν ποιητέον τὴν ἰγνύην ἐντετάσθαι. δοκεῖ ἂν οὖν ὁμοίως ὁ σωλὴν ὁ περιέχων πρὸς τὸν πόδα ἀπὸ τοῦ ἰσχίου

initio ab imis partibus facto furfum procedendo. Ita enim celerrime tumor extenuabitur et fupra priorem deligationem transferetur. Hoc tamen deligationis modo utendum non est, nisi periculum sit, ne tumor pustulis aut nigritie vitietur. Tale autem nihil contingit, nisi fractura valde comprimatur aut dependeat aut manu fcalpat aut aliquid aliud quod irritet ad corpus offenderit.

At si quis canalem femori fubjiciat, qui poplitem non excedat, is potius laedat quam profit. Neque enim corpus neque tibiam fine femore moveri prohibuerit. Quin popliti adhibitus moleftiam afferet et ad id quod minime est opus impellet. Genu namque flecti minime opus est. Si quis enim aut femore devincto aut tibia genu inflectat, is vinculorum rationem totam perturbabit, tum necesse erit ut mufculi alias alio habitu collocentur et offa fracta dimoveantur. Imprimis igitur conandum ut poples extendatur. Canalis ergo erit ufui qui a coxa ad pedem fuppofitus fimiliter contineat

Ed. Chart. XII. [228. 230. 231.] Foes. I. 766. Ed. Lind. II. (734. 735.)

ὠφελέειν ὑποτιθέμενος, καὶ ἄλλως κατ' ἰγνύην ταινίην χαλαρῶς περιβάλλειν ξὺν τῷ σωλῆνι, ὥσπερ τὰ παιδία ἐν τῇσι κοίτῃσι σπαργανοῦται. εἶτα ἐπὴν ὁ μηρὸς ἐς τὸ ἄνω διαστρέφοιτο ἢ ἐς τὸ πλάγιον, εὐκατασχετώτερον εἴη ἂν ξὺν τῷ σωλῆνι οὕτως. ἢν οὖν διαμπερὲς εἴη ποιητέος ὁ σωλὴν ἢ οὐ ποιητέος. πτέρνης δὲ ἄκρης κάρτα χρὴ ἐπιμελέεσθαι ὡς εὐθέως ἔχοι καὶ ἐν τοῖσι κατὰ κνήμην καὶ ἐν τοῖσι κατὰ μηρὸν κατήγμασιν. ἢν μὲν γὰρ ἀπαιώρηται ὁ πούς τῆς ἄλλης κνήμης ἠρματισμένης, ἀνάγκη κατὰ τὸ ἀντικνήμιον τὰ ὀστέα κυρτὰ φαίνεσθαι. ἢν δὲ ἡ μὲν πτέρνη ὑψηλοτέρη ᾖ τοῦ μετρίου ἠρτισμένη, ἡ δὲ ἄλλη κνήμη ὑπομετέωρος ᾖ, ἀνάγκη τῷ ὀστέῳ τούτῳ κατὰ τὸ ἀντικνήμιον τοῦτο κοιλότερον φανῆναι τοῦ μετρίου, προσέτι καὶ ἢν ἡ πτέρνη τυγχάνῃ ἐοῦσα τοῦ ἀνθρώπου φύσει μεγάλη. ἀτὰρ καὶ κρατύνεται πάντα τὰ ὀστέα βραδύτερον, ἢν μὴ κατὰ φύσιν κείμενα ᾖ καὶ τὰ μὴ ἀτρεμέοντα ἐν τῷ αὐτέῳ σχήματι καὶ (735) αἱ πωρώσιες ὑσθενέστεραι. [230] ταῦτα μὲν δὴ ὅσοισι τὰ μὲν ὀστέα κατέηγεν, ἐξέχει δὲ μὴ μηδὲ ἄλλως ἕλκος ἐγένετο. [231] οἷσι

praecipueque si ad poplitem cum canali fascia laxa circumjiciatur, velut infantes in cunis fasciari solent. Ubi enim femur in superiorem partem aut ad latus distorquebitur, ita cum canali melius detinebitur. Canalis igitur a summo ad imum usque aut nullus adhibendus. Caeterum imae calci magna cura adhibenda, ut tum in tibiae tum in femoris fracturis apte collocetur. Etenim si pes dependeat, tibia reliqua obfirmata ossa in anteriore tibiae parte gibba apparere necesse est. At si calce plus aequo sublimius obfirmato, reliqua tibia aliquantulum dependeat, os in anteriore tibiae parte praeter modum cavum apparere necesse est, idque eo magis si hominis calx suapte natura grandior fuerit. Caeterum tardius firmantur omnia ossa, imbecillioreque callo obducuntur, nisi naturalem positum nacta fuerint aut in eodem habitu immota permanserint. Atque ista quidem de ossis fractura, in qua neque ossa eminent, neque alioqui ulcus accessit, dicta sint. Quibus vero simplici modo et absque

Ed. Chart. XII. [231. 233.] Foës. I. 766. 767. Ed. Lind. II. (735.)

δὲ τὰ ὀστέα κατέηγεν ἁπλῷ τρόπῳ καὶ μὴ πουλυσχιδεῖ, αὐθήμερα ἐμβληθέντα ἢ τῇ ὑστεραίῃ κατὰ χώρην ἱζόμενα καὶ μὴ ἐπίδοξος ἡ ἀπόστασις παρασχίδων ὀστέων ἀπιέναι ἢ καὶ οἷσιν ἕλκος μὲν ἐγένετο, τὰ δὲ ὀστέα κατεηγότα οὐκ ἐξέσχει οὐδ᾽ ὁ τρόπος τῆς κατήξιος τοιοῦτος, οἷος παρασχίδας ὀστέων ἐούσας ἐπιδόξους εἶναι, ἀναπλῶσαι τοὺς τοιούτους.

Οἱ μὲν μήτε μέγα ἀγαθὸν μήτε μέγα κακὸν ποιέοντες ἰητρεύουσι τὰ μὲν ἕλκεα καθαρτικῷ τινὶ ἢ πισσηρὴν ἐπιθέντες ἢ ἔναιμον ἢ ἄλλο τι ὧν εἰώθασιν ποιέειν. ἐπαινέω δὲ τοὺς οἰνηροὺς σπλῆνας ἢ εἴρια ῥυπαρὰ ὁκόσοι ἐπιδέουσιν ἢ || ἄλλο τι τοιοῦτον. ἐπὴν δὲ τὰ ἕλκεα καθαρὰ γένηται καὶ ἤδη ξυμφύηται, τότε τοῖς ὀθονίοισιν συχνοῖσι πειρῶνται ἐπιδεῖν καὶ νάρθηξιν κατορθοῦν. αὕτη μὲν ἡ ἴησις ἀγαθόν τι ποιέει, κακὸν δὲ οὐ μέγα. τὰ μέντοι ὀστέα οὐχ ὁμοίως δύναται ἱδρύεσθαι ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, ἀλλά τινι ὀγκηρότερα τὰ σώματα τοῦ καιροῦ ταύτῃ γίνεται. [233] γένοιτο δ᾽ ἂν καὶ βραχύτερα ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατέηγεν ἢ

fragmentis ossa fracta sunt, eodem aut postero die restituta atque in suas sedes reposita nec metuitur ut fragmentum aliquod ab osse abscedat, aut etiam quibus ulcus quidem accessit, ossa tamen fracta non eminent, neque fractura ejusmodi est, ut ossium fragmenta expectari debeant, eos simpliciter curare oportet.

At quidem certe nonnulli qui neque multum prosunt aut obsunt ulceribus medentur, imposito aliquo medicamento purgante aut certe picato, aut medicamento quod cruentis vulneribus adhibetur, aut aliquo quopiam quod componere consueverunt. Ego vero eos qui splenia vino imbuta aut lanam succidam vel id genus aliquid devinciunt laudo. At ubi ulcera pura evaserint aut jam coaluerint, tunc pluribus linteis adhibitis devincire et ferulis dirigere conantur. Haec sane curandi ratio ut aliquid confert, ita neque multum laedit. Ossa tamen non perinde suis sedibus firmantur, verum aliquanto plus quam par sit ea parte corpora intumescunt. Quin etiam breviora redduntur quibus utraque aut

πήχεος ἢ κνήμης. ἄλλοι δ᾽ αὖ τινες εἰσὶν οἳ ὀθονίοισιν τὰ τοιαῦτα ἰητρεύουσιν εὐθέως καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδέουσιν τοῖς ὀθονίοισιν, κατὰ δὲ τὸ ἕλκος αὐτὸ διαλείπουσιν καὶ ἐῶσιν ἀναψύχθαι. ἔπειτα ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τὰ ἕλ(736)κος τῶν καθαρτικῶν τι καὶ σπλήνεσιν οἰνηροῖσιν ἢ εἰρίοισιν ῥυπαροῖσι θεραπεύουσιν. αὕτη ἡ ἴησις κακὴ καὶ εἰκὸς τοὺς οὕτως ἰητρεύοντας τὰ μέγιστα ἀσυνετέειν καὶ ἐν τοῖσιν ἄλλοισι κατήγμασιν καὶ ἐν τοῖσι τοιούτοισι. μέγιστον γάρ ἐστιν τὸ γινώσκειν καθ᾽ ὁποῖον τρόπον χρὴ τὴν ἀρχὴν βάλλεσθαι τοῦ ὀθονίου καὶ καθ᾽ ὁποῖον μάλιστα πεπιέχθαι καὶ οἷά τε ὠφελέονται, ἢν ὀρθῶς τις βάλληται τὴν ἀρχὴν καὶ πιέζῃ ᾗ μάλιστα χρὴ καὶ οἷα βλάπτονται, ἢν μὴ ὀρθῶς [234] τις βάλληται μηδὲ πιέζῃ ᾗ μάλιστα χρὴ, ἀλλὰ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. εἴρηται μὲν οὖν καὶ ἐν τοῖσι πρόσθεν γεγραμμένοισιν ὁποῖα ἐφ᾽ ἑκατέρων ἀποβαίνει. μαρτυρεῖ δὲ καὶ αὕτη ἡ ἰητρική. ἀνάγκη γὰρ τῷ οὕτως ἐπιδεομένῳ τὸ οἶδος ἐξαείρεσθαι ἐς αὐτὸ τὸ ἕλκος, καὶ γὰρ εἰ ὑγιὴς χρὼς ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεθείη, ἐν μέσῳ δὲ διαλειφθῇ, μάλιστα κατὰ τὴν

cubiti aut tibiae ossa fracta sunt. Rursus nonnulli hujusmodi fracturis linteis statim medentur, atque utrimque fascias convolvunt, ulcus vero nudum relinquunt et perfrigerari sinunt. Deinde ad ulcus adhibito aliquo medicamento purgante tum spleniis vino imbutis ac lana succida curationem instituunt. At prava est haec curandi ratio eaque qui utuntur, cum in his tum etiam in reliquis fracturis plurimum a recta intelligentia aberrare probabile est. Inprimis enim confert nosse qua ratione fasciae initium injiciendum sit, et qua parte maxime comprimendum, quantum item conferat, si quis fasciae initium recte circundet et qua parte maxime convenit comprimat, tum quantum detrimenti sequatur, si neque quis probe fasciae initium circumjiciat, neque qua maxime parte convenit, sed hinc et inde comprimat. Ac sane quidem quid ex utrisque contingat, in superioribus dictum est, et ipsa quoque medela ejus rei testimonium adsert. Sic enim devincto tumorem ad ulcus assurgere necesse est. Nam si sane carnosa pars hinc atque hinc

διάληψιν οἰδήσειεν ἂν καὶ ἀχροιήσειεν. πῶς οὖν οὐχὶ ἕλκος γε ταῦτα ἂν πάθοι; ἀναγκαίως οὖν ἔχει ἄχροον μὲν καὶ ἐκπεπιεσμένον τὸ ἕλκος εἶναι, δακρυῶδες δὲ καὶ ἀνεκπύητον εἶναι, ὀστέα δὲ καὶ μὴ μέλλοντα ἀποστῆναι ἀποστατικὰ γενέσθαι, [235] σφυγμῶδές τε καὶ πυρετῶδες τὸ ἕλκος ἂν εἴη. ἀναγκάζονται δὲ διὰ τὸ οἶδος ἐπικαταπλάσσειν. ἀσύμφορον δὲ καὶ τοῦτο τοῖσιν ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπιδεομένοισιν. ἄχθος γὰρ ἀνωφελὲς πρὸς τῷ ἄλλῳ σφυγμῷ ἐπιγίνεται. τελευτῶντες δὲ ἀπολύουσι τὰ ἐπιδέσματα, ὁπότ' ἂν σφιν παλιγκοτέῃ, καὶ ἰητρεύουσι τὸ λοιπὸν ἄνευ ἐπιδέσιος. οὐδὲν δ' ἧσσον καὶ ἤν τι ἄλλο τρῶμα τοιοῦτο λάβωσι, τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἰητρεύουσιν. (737) οὐ γὰρ οἴονται τὴν ἐπίδεσιν τὴν ἔνθεν καὶ ἔνθεν καὶ τὴν ἀνάψυξιν τοῦ ἕλκεος αἰτίην, ἀλλ' ἄλλην τινὰ ἀτυχίην. οὐ μέντοι γε ἂν ἔγραφον περὶ τουτέου τοσαῦτα, εἰ μὴ εὖ μὲν ᾔδειν ἀσύμφορον ἐοῦσαν τὴν ἐπίδεσιν, συχνοὺς δὲ οὕτως ἰητρεύοντας, ἐπίκαιρον δὲ τὸ ἀπομάθημα. μαρτύριον δὲ τοῦ ὀρθῶς γεγράφθαι τὰ πρόσθεν γε-

devincta intermedio quodam ſpatio relicto, praecipue juxta illud intermedium ſpatium intumeſcat, ac decolor reddatur, cur non iſta in ulcere contingent? Neceſſario igitur ulcus decolor ac labris expanſis evadet lachrimoſumque ac minime ſuppurans reddetur, et oſſa alioqui minime abſceſſura abſceſſum facient, ne non ulcus pulſu ac igneo calore affligetur. Coguntur item inſuper propter tumorem cataplaſmata imponere, quod etiam iis qui hinc atque inde devinciuntur incommode cedit, cum ad reliquum pulſum pondus etiam inutile accedat. Tandem vero vincula reſolvunt ubi malum recruduerit, ac de reliquo curationem absque vinculo perſequuntur. Nihilominus autem etſi aliud vulnus nacti fuerint, eandem curandi rationem adhibent. Neque enim deligationem hinc et inde adhibitam et ulceris perfrigerationem, verum aliud quoddam inſortunium cauſam reputant. Neque ſane ad tam multa ea de re ſcribenda adductus eſſem, niſi mihi liquido conſtaret et inutilem eſſe hanc deligationem et a plurimis iſtam medendi

Ed. Chart. XII. [235. 236.] Foes. I. 767. 768. Ed. Lind. II. (736.)

γραμμένα, εἴτε μάλιστα πιεστέα τὰ κατήγματα εἴτε ἥκιστα. χρὴ δὲ ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι οἷσιν ἂν μὴ ἐπίδοξος ᾖ ἡ τῶν ὀστέων ἀπόστασις ἔσεσθαι, τὴν αὐτὴν ἰητρείην ἰητρεύειν, ὥσπερ ἂν οἷσιν ὀστέα μὲν κατεηγότα εἴη, ἕλκος δὲ μὴ ἔχοντα. τάς τε γὰρ κατατάσιας καὶ κατορθώσιας τῶν ὀστέων τὸν αὐτὸν τρόπον ποιέεσθαι, τήν τε ἐπίδεσιν παραπλησίαν. ἐπὶ μὲν γὰρ αὐτὸ τὸ ἕλκος πισσηρὴν κηρωτὴν χρίσαντα, σπλῆνα λεπτὸν διπλόον ἐπιδεθῆναι, τὰ δὲ πέριξ κηρωτῇ λεπτῇ χρίειν. τὰ δὲ ὀθόνια καὶ τὰ ἄλλα πλατύτερα τινὶ ἐσχισμένα ἔστω ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχεν, καὶ ᾧ ἂν πρώτῳ ἐπιδέηται, συχνῷ ἔσται τοῦ ἕλκεος πλατύτερον. τὰ γὰρ στενότερα τοῦ ἕλκεος ζώσαντα ἔχει τὸ ἕλκος. τὸ δὲ οὐ χρή. ‖ ἀλλ' ἡ πρώτη περιβολὴ ὅλον κατεχέτω τὸ ἕλκος [236] καὶ ὑπερεχέτω τὸ ὀθόνιον ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν. βάλλεσθαι μὲν οὖν χρὴ τὸ ὀθόνιον κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν τοῦ ἕλκεος. πιέζειν δὲ ὀλίγῳ ἧσσον ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχε. ἐπινέμεσθαι δὲ τῇ ἐπιδέσει ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, τὰ δὲ ὀθόνια αἰεὶ μὲν τοῦ

rationem usurpari, operaeque pretium futurum ut ista dedifcerent. Atque ea quae supra sunt exposita recte fuisse tradita testantur, quae vel maxime vel minimum comprimendae sunt fracturae. Oportet autem, ut breviter dicam, quibus nulla ossis abscessio futura est, eandem medendi rationem adhibere, quae ubi quidem ossa absque ulcere fracta sunt, cum distentiones aptationesque ossium tum etiam eandem deligationem admovere. Ulceri namque splenium tenue duplex cerato picato illitum circumdandum proximaeque partes cerato liquido inungendae. Fasciae vero reliquaque aliquanto latius fissa esse debent, quam si ulcus non adesset, et quo primum deligatur, multo latius sit quam ulcus. Quae enim ulcere angustiora sunt, ulcus ipsum cingunt, quod minime convenit, sed prima convolutione totum ulcus comprehendendum, ita ut superiore ac inferiore parte linteum excedat. Linteum igitur e directo ulceri injiciendum pauloque minus quam si citra ulcus esset arctandum, deligatioque quo supra dictum est

Ed. Chart. XII. [236. 237.] Foes. I. 768. Ed. Lind. II. (735. 736.)

τρόπου τοῦ μαλθακοῦ ἴστωσαν. μᾶλλον δέ τι δεῖ ἐν τοῖσι τοιού(736)τοισιν ἢ εἰ μὴ ἕλκος εἶχεν. πλῆθος δὲ τῶν ὀθονίων μὴ ἐλάσσω ἔστω τῶν πρότερον εἰρημένων, ἀλλὰ τινὶ καὶ πλείω. ἢν δὲ ἐπιδεθῇ, δοκείτω τῷ ἐπιδεδεμένῳ ἡρμόσθαι μὲν, πεπιέχθαι δὲ μὴ, φάτω δὲ κατὰ τὸ ἕλκος μάλιστα ἡρμόσθαι. τοὺς δὲ χρόνους τοὺς αὐτοὺς μὲν χρὴ εἶναι ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν ἡρμόσθαι. τοὺς αὐτοὺς δὲ ἐπὶ τὸ μᾶλλον δοκέειν χαλᾷν, ὥσπερ καὶ ἐν τοῖσιν πρόσθεν εἴρηται. μεταπιδεῖν δὲ διὰ τρίτης πάντα μεταποιέοντα ἐς τοὺς τρόπους τοὺς παραπλησίους, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται, πλὴν ἐς τὸ σύμπαν ἧσσον τινὶ πιέζειν ταῦτα ἢ ἐκεῖνα. καὶ ἢν κατὰ λόγον τὰ εἰκότα γένηται, ἰσχνότερον μὲν αἰεὶ εὑρεθήσεται τὸ κατὰ τὸ ἕλκος, ἰσχνὸν δὲ καὶ τὸ ἄλλο πᾶν τὸ ὑπὸ τῆς ἐπιδέσιος κατεχόμενον, καὶ αἵ τε ἐκπυήσιες ἔσονται θάσσους ἢ τῶν ἄλλων [237] ἰητρευμένων ἑλκέων. ὅσα τε σαρκία ἐν τῷ τρώματι ἐμελάνθη καὶ ἐθανατώθη, θᾶσσον περιῤῥήγνυται καὶ ἐκπίπτει ἐπὶ ταύτῃ τῇ ἰητρείῃ ἢ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν. ἐς ὠτειλάς τε θᾶσσον ὁρμᾶται τὸ ἕλκος οὕτως ἢ ἄλλως ἰητρευ-

modo circumagenda. Sint autem semper lintea ac praecipue in his molliora quam si integra cutis esset, neque pauciora quam prius dictum est, quin etiam aliquanto plura. Ei vero qui deligatus est ita accommodentur, ut obfirmata non autem appressa videantur, praecipueque qua parte ulcus est, ea obfirmata esse asserunt. Eademque tempora esse debent quibus firmius adaptata et quibus laxiora esse sentiat, velut supra dictum est. Deinde tertio quoque die resolvenda rursusque devincienda eademque omnia quae supra facienda, nisi quod in totum haec quam illa aliquanto minus comprimenda sunt. Ac si ratione consentanea fiant, ulceris quidem locus reliquaque omnia quae vinculo continentur, semper graciliora deprehendentur celerioresque suppurationes erunt quam in alia ulcerum curatione. Caruncuiae quoque quae in vulnere nigrescunt et emoriuntur, celerius sub hac curatione abruptae excidunt, ulcusque hoc modo quam aliter curatum maturius ad cica-

μένον. πάντων δὲ τούτων αἴτιον ὅτι ἰσχνὸν μὲν τὸ κατὰ τὸ ἕλκος χωρίον γίνεται, ἰσχνὰ δὲ τὰ περιέχοντα. τὰ μὲν οὖν ἄλλα πάντα παραπλησίως χρὴ ἰητρεύειν, ὥστε ἄνευ ἑλκέων ὀστέα κατηγνύμενα. τοὺς δὲ νάρθηκας οὐ χρὴ προστιθέναι. διὰ τοῦτο καὶ τὰ ὀθόνια χρὴ τούτοισιν πλείω εἶναι ἢ τοῖσιν ἑτέροισιν, ὅτε ἧσσον πιέζεται, ὅτι τε οἱ νάρθηκες βραδύτερα προστίθενται, ἢν μέντοι τοὺς νάρθηκας προστιθῇς, μὴ κατὰ τὴν ἴξιν τοῦ ἕλκεος προστιθέναι, ἀλλ' (737) ὥστε καὶ χαλαρῶς προστιθέναι, προθυμευμένους ὅκως μηδεμία σφίγξις μεγάλη ἔσται ἀπὸ τῶν ναρθήκων. εἴρηται δὲ τοῦτο καὶ ἐν τοῖσι πρότερον γεγραμμένοισιν. τὴν μέντοι δίαιταν ἀκριβεστέρην καὶ πλείω χρόνον χρὴ ποιέεσθαι οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἕλκεα γίνεται καὶ οἷσιν ὀστέα ἐξίσχει. καὶ τὸ ξύμπαν δὲ εἰρῆσθαι ἐπὶ τοῖσιν ἰσχυροτάτοισιν τρώμασιν ἀκριβεστέρην καὶ πουλυχρονιωτέρην εἶναι χρὴ τὴν δίαιταν. [238] ἡ αὐτὴ δὲ ἰητρείη τῶν ἑλκέων καὶ οἷσιν ὀστέα μὲν κατέηγεν, ἕλκος δὲ ἐξ ἀρχῆς μηδὲν ᾖ, ἢν δὲ ἐν τῇ ἰητρείῃ ἕλκος γένηται ἢ τοῖσιν ὀθονίοισιν μᾶλλον πιεχθέντος ἢ ὑπὸ νάρθηκος ἐνέδρης

tricem devenit. Horum autem omnium caufa eft, quod pars quidem vulnerata et quae circum vicinae funt graciles redduntur. In reliquis quidem omnibus eadem curatio quae in fracturis absque ulcere adhibenda, ferulae tamen neutiquam funt admovendae. Proptereaque hic quoque quam alibi copiofioribus linteis opus eft, tum quod minus comprimantur tum quia ferulae tardius adhibeantur. Quas tamen fi admoveris, advertendum ut ne e regione ulceris, fed ut laxiores adhibeantur, neque ut ulla magna ab iis abftrictio fiat, quod in his quoque quae prius fcripta funt dictum eft. Accuratam autem victus rationem eamque longiore tempore iis inftituere oportet, quibus circa initia ulcus accedit et quibus offa eminent.. Ac, ut in fumma dicam, quo graviora vulnera funt, eo accuratiore et longiore victus ratione utendum. Eadem autem curatio ulceribus inftituenda, quae quidem offibus fractis circa initia non infunt, verum aut ex nimia linteorum compreffione aut ferularum infeffione aut alia quapiam ex caufa

Ed. Chart. XII. [238.] Foes. I. 768. 769. Ed. Lind. II. (737. 738.)

ἢ ὑπὸ ἄλλης τινὸς προφάσιος. γινώσκεται μὲν οὖν τὰ τοιαῦτα ἢν ἕλκος ὑπῇ τῇ τε ὀδύνῃ καὶ τοῖσι σφυγμοῖσιν, καὶ τὸ οἴδημα τὸ ἐν τοῖσιν ἄκροισιν σκληρὸν γίνεται τῶν τοιουτέων, καὶ εἰ τὸν δάκτυλον ἐπαγάγοις, ἐξαείρεται, ἀτὰρ καὶ αὖθις ὑποτρέχει ταχέως. ἢν οὖν τι τοιοῦτον ὑποπτεύῃς λύσαντα χρὴ, ἢν μὲν ᾖ κνησμὸς, κατὰ τὰς ὑποδεσμίδας ἢ ἐπὶ τὸ ἄλλο τὸ ἐπιδεδεμένον, πισσηρῇ κηρωτῇ ἀντὶ τῆς ἑτέρης χρῆσθαι. ἢν δὲ τούτων μὲν μηδὲν ᾖ, αὐτὸ δὲ τὸ ἕλκος ἠρεθισμένον εὑρίσκεται μέλαν ἐπὶ πουλὺ ἢ ἀκάθαρτον, καὶ τῶν μὲν σαρκῶν ἐκπυησομένων, τῶν δὲ νεύρων προσεκπεσουμένων τοιουτέους οὐδὲν χρὴ ἀναψύχειν παντάπασιν, οὐδέ τι φοβεῖσθαι τὰς ἐκπυήσιας ταύτας, ἀλλ' ἰητρεύειν τὰ μὲν ἄλλα παραπλήσιον τρόπον, ὥσπερ καὶ οἷσιν ἐξ ἀρχῆς ἕλκος ἐγένετο. τοῖσι δὲ ὀθονίοισιν ἄρχεσθαι χρὴ ἐπιδέοντα ἀπὸ τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τοῖς ἀκραίοις πάνυ χαλαροῖσιν, καὶ ἔπειτα ἐπινέμεσθαι τῇ ἐπιδέσει αἰεὶ ἐς τὸ ἄνω καὶ (738) πεπιέχθαι μὲν μηδαμῇ, || ἡρμόσθαι δὲ μάλιστα κατὰ τὸ ἕλκος, τὰ δὲ ἄλλα ἐπὶ ἧσσον. τὰ δὲ ὀθόνια τὰ πρῶτα, ταῦτα μὲν

ſub ipſa curatione oriuntur. Ulcus certe ſubeſſe ex dolore et pulſu cognoſcitur, tum ſi tumor qui in extremis partibus eſt indureſcit appreſſoque digito exprimitur, cito tamen recurrit. Solvere igitur, ſi quid tale ſuſpiceris, oportet: ac ſi quidem ſub primis faſciis aut alia quapiam devincta parte pruritus fuerit, cerato picato in alterius vicem utendum. Quod ſi nihil horum quidem contingat, ulcus autem ipſum irritatum nigrum admodum aut ſordidum deprehendatur, futurumque ſit ut carnes ſuppurent nervique inſuper excidant, hos neque ex toto refrigerare, neque quicquam iſtas ſuppurationes vereri oportet, ſed de caetero quidem eodem modo curare velut eos quibus circa initia ulcus acceſſit. Lintea autem admodum laxa tumori qui in extremis partibus exiſtit primum injici debent, ac deinde circumagendo ſenſum ſemper tendere, ac nullo quidem modo comprimi, verum ita aptari ut maxime ulceri obſirmata, minus autem reliquis partibus ſentiantur.

Ed. Chart. XII. [238. 239.] Foes. I. 769. Ed. Lind. II. (738.)

καθαρὰ ἔστω καὶ μὴ στενὰ, τὸ δὲ πλῆθος τῶν ὀθονίων ἔστω ὅσον περ καὶ ἐν τῇσι νάρθηξιν\εἰ ἐπιδέοιτο ἢ ὀλίγῳ ἔλασσον, [239] ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἱκανὸν σπληνίον τῇ λευκῇ κηρωτῇ κεχρισμένον. ἤν τε γὰρ σὰρξ ἤν τε νεῦρον μελανθῇ, προσεκπεσεῖται. τὰ γὰρ τοιαῦτα οὐ χρὴ δριμέσιν ἰητρεύειν, ἀλλὰ μαλθακοῖσιν ὥσπερ τὰ πυρίκαυτα, μετεπιδεῖν δὲ διὰ τρίτης, νάρθηκας δὲ μὴ προστιθέναι. ἀτρεμέειν δὲ ἐπὶ μᾶλλον ἢ τὸ πρόσθεν καὶ ὀλιγοσιτέειν. εἰδέναι δὲ χρὴ εἴτε σὰρξ εἴτε νεῦρον τὸ ἐκπεσούμενόν ἐστιν, ὅτι οὕτω πολλῷ μὲν ἧσσον νέμεται ἐπὶ πλεῖον, πολλῷ δὲ θᾶσσον ἐκπεσεῖται, πολλῷ δὲ ἰσχνότερα τὰ περιέχοντα ἔσται ἢ εἴ τις ἀπολύσας τὰ ὀθόνια ἐπιθείη τι τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἐπὶ τὸ ἕλκος. καίτοι καὶ ἢν ἐκπέσῃ τὸ ἐκπυησόμενον, θᾶσσόν τε σαρκοῦται ἐκείνως ἢ ἑτέρως ἰητρευόμενον καὶ θᾶσσον ἀπειλοῦται. πάντα μὴν ἐστιν ταῦτα ὀρθῶς ἐπιδεῖν καὶ μετρίως ἐπίστασθαι. προσσυμβάλλεται δὲ καὶ τὰ σχήματα ἢν οἷα χρὴ εἶναι καὶ ἡ ἄλλη δίαιτα καὶ τῶν ὀθονίων ἡ ἐπιτη-

Haec autem prima lintea munda neque angusta sunto eaque copia quanta si cum ferulis deligatio fiat aut paulo minor. Ulceri vero splenium impositum cerato albo illitum abunde est. Caro namque aut nervus ubi nigritiem conceperint, ut praeterea etiam decidant necesse est. Neque enim acribus talia, sed lenibus velut ambusta curare oportet. Tertio etiam quoque die solvere ac rursus deligare convenit, ferulas autem non apponere, tum magis etiam quam antea conquiescere et cibo abstinere. Animadvertendum quoque est, ubi aut caro aut nervus excidere debeant, hoc modo multo minus late serpere multoque citius decidere, ac proximas partes longe graciliores fieri, quam si resolutis linteis ulcus quopiam ex medicamentis purgantibus nutriatur. Quin etiam si quid suppuraturum est exciderit, citius sub illa curatione quam sub alia tum carne replebitur tum celerius cicatrice obducetur. Haec quidem in eo vertuntur omnia ut rectam et moderatam deligationem instituas. Ad quod etiam insuper conferunt convenientes habitus et reliqua victus ratio ac linteorum habili-

Ed.Chart.XII.[240.241.] Foës. I. 769. 770. Ed.Lind.II. (738. 739.)

δειότης. [240] ἢν δ' ἄρα ἐξαπατηθῇς ἐν τοῖς νεοτρώτοισι μὴ οἰόμενος ὀστέων ἀπόστασιν ἔσεσθαι, τὰ δ' ἐπίδοξα ᾖ ἀναπλῶσαι, οὐ χρὴ ὀῤῥωδέειν τὸν τρόπον τῆς ἰητρείης. οὐδὲν γὰρ ἂν μέγα φλαῦρον γένοιτο, ἢν μοῦνον οἷος ἔσῃ τῇ χειρὶ τὰς ἐπιδέσιας ἀγαθὰς καὶ ἀσινέας ποιέεσθαι. σημεῖον δὲ τόδε, ἢν μέλλῃ ὀστέων ἀπόστασις ἔσεσθαι ἐν τῷ τρόπῳ τούτῳ τῆς ἰητρείης. πῦον γὰρ (739) συχνὸν ῥεῖ ἐκ τοῦ ἕλκεος καὶ ὀργᾷν φαίνεται. πυκνότερον οὖν μετεπιδέεσθαι διὰ τὸν πλάδον, ἐπεὶ ἄλλως τε καὶ πυρετοὶ γίνονται, καὶ ἢν μὲν κάρτα πιέζωνται ὑπὸ τῆς ἐπιδέσιος, καὶ τὸ ἕλκος καὶ τὰ περιέχοντα ἰσχνά.

|| Ὅσα μὲν οὖν λεπτῶν πάνυ ὀστέων ἀποστάσιες οὐδεμιῆς μεγάλης μεταβολῆς δέονται, ἀλλ' ἢ χαλαρωτέρως ἐπιδεῖν, ὡς μὴ ἀπολαμβάνηται τὸ πῦον, ἀλλ' [241] εὐαπόῤῥυτον ᾖ καὶ πυκνότερον μετεπιδεῖν ἔστ' ἂν ἀποστῇ τὸ ὀστέον καὶ νάρθηκας μὴ προστιθέναι. ὁκόσοισι δὲ μείζονος ὀστέου ἀπόστασις ἐπίδοξος γένηται, ἤν τε ἐξ ἀρχῆς προγνῷς ἤν τε καὶ ἔπειτα μεταγνῷς, οὐκ ἔτι τῆς αὐτῆς ἰητρείης δεῖται, ἀλλὰ

tas. Quod si sane recenti vulnere deceptus ossium abscessum futurum non existimaveris, quae tamen educi debere spes est, nullo modo formidandus est hic curationis modus. Nullum enim magnum incommodum continget, si modo rectam et innoxiam deligationem manu accommodaveris. Sub hac autem curatione os abscessurum indicatur, ubi pus copiosius ab ulcere profluit et pars affecta impetu ad excretionem ferri videtur. Crebrius igitur ob redundantem humiditatem religare oportet, cum et alias febres excitentur, et siquidem admodum vinculis comprimantur, tum ulcus tum proximae partes graciles efficiuntur.

At quibuscunque quidem tenuia admodum ossa abscedunt, in his haud multa mutatione opus est, tantum laxior vinctura adhibenda, ut ne pus intercludatur, sed facile effluat saepiusque dum os abscesserit resolvenda nullaeque ferulae apponendae. Quibus vero os grandius abscedere speras, sive id per exordia praesenseris sive etiam postea cognoveris, non amplius eadem medela opus est. Verum

Ed. Chart. XII. [241. 243. 244.] Foes. I. 770. Ed. Lind. II. (739. 740.)
τὰς μὲν κατατάσιας καὶ τὰς διορθώσιας οὕτω ποιέεσθαι, ὥσπερ εἴρηται. σπλῆνας δὲ χρὴ διπλοῦς, πλάτος μὲν ἡμισπιθαμιαίους μὴ ἐλάσσους. ὁκοῖον δὲ ἄν τι καὶ τρῶμα ᾖ, πρὸς τοῦτο τεκμαίρεσθαι. μῆκος δὲ βραχυτέρους μὲν ὀλίγῳ ἢ ὥστε δὶς περιικνέεσθαι περὶ τὸ σῶμα τὸ τετρωμένον, μακροτέρους δὲ συχνῷ ἢ ὥστε ἅπαξ περιικνέεσθαι. πλῆθος δὲ ὁκόσους ἂν ξυμφέρει ποιησάμενον, τούτους ἐν οἴνῳ μέλανι αὐστηρῷ βρέχοντα χρὴ ἐκ μέσου ἀρχόμενον ὡς ἀπὸ δύο ἀρχέων ὑπόδεσμος ἐπιδεῖται, περιελίσσειν. κἄπειτα σκεπαρνηδὸν παραλλάσσοντα τὰς ἀρχὰς ἀφιέναι. [243] ταῦτα κατά τε αὐτὸ τὸ ἕλκος ποιέειν καὶ κατὰ τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τοῦ ἕλκεος, καὶ πιέχθω μὲν μὴ, ἀλλ' ὅσον ἑρμασμοῦ ἕνεκεν τοῦ ἕλκεος προσκείσθω. [244] ἐπὶ δὲ αὐτὸ τὸ ἕλκος ἐπιτιθέναι χρὴ πισ(740)σηρὴν, ἤ τι τῶν ἐναίμων ἤ τι τῶν ἄλλων φαρμάκων ὅ τι ξύντροφόν ἐστιν ἐπιτέγξει καὶ, ἢν μὲν ἡ ὥρη θερινὴ ᾖ, ἐπιτέγγειν τῷ οἴνῳ τοὺς σπλῆνας πυκνὰ, ἢν δὲ χειμερινὴ ἡ ὥρη ᾖ, εἴρια πολλὰ ῥυπαρὰ νενοτισμένα οἴνῳ

membrorum quidem in directum tenſiones, eodem quo ſupra dictum eſt modo faciendae. Splenia vero duplicata ſunto latitudine quidem ſemidodrantali neque minora, conjectura ad id tamen ex vulnere cujusmodi fuerit ſumpta. Longitudine autem paulo quidem breviora quam ut ſuo circumactu membrum laeſum bis comprehendant, multo tamen longiora quam ut ſemel circumducantur. At multitudine tot facere oportet, quot res poſtulat. Haec vino nigro auſtero intincta ex medio initio facto velut faſcia quae ex duobus capitibus primum circumdatur, convolvenda ac deinde alternatis capitibus aſciae modo incurva dimittenda. Atque haec ſupra ulcus et hinc atque hinc adhibenda ſunt, ac ne comprimi quidem, verum eatenus ulceri adhaereſcere ut obfirmentur debent. Ulceri autem ceratum quod picem habeat imponendum, aut aliquod ex iis quae cruentis vulneribus adhibentur, aut aliud aliquod medicamentum quod perſuſioni ſit accommodatum. Ac aeſtate quidem ſplenia vino ſubinde imbui debent, hieme autem lanae multae ſuccidae

Ed. Chart. XII. [244. 245.] Foes. I. 770. 771. Ed. Lind. II. (740.)

καὶ ἐλαίῳ ἐπικείσθω. ἐξάλην δ' αἰγὸς χρὴ ὑποτετάσθαι καὶ εὐαπόῤῥητα ποιέειν, φυλάσσοντα τοὺς ὑποῤῥόους, [245] μεμνημένον ὅτι οἱ τόποι οὗτοι ἐν τοῖσιν αὐτοῖσι σχήμασιν πολλὸν χρόνον κείμενοι ἐκτρίμματα δυσάκεστα ποιέουσιν.

|| Ὅσους δὲ μὴ οἷόν τε ἐπιδέσει ἰήσασθαι διά τινα τούτων τῶν εἰρημένων τρόπων ἢ τῶν εἰρησομένων, τούτους περὶ πλείονος χρὴ ποιέεσθαι, ὅκως εὐθέτως σχήσωσιν τὸ κατεηγὸς τοῦ σώματος κατ' ἰθυωρίην προσέχοντα τὸν νόον, καὶ τῷ ἀνωτέρω δὲ μᾶλλον ἢ κατωτέρω. εἰ δέ τις μέλλοι καλῶς καὶ εὐχερῶς ἐργάζεσθαι, ἄξιον καὶ μηχανοποιήσασθαι ὅκως κατάτασιν δικαίην καὶ μὴ βιαίην σχήσῃ τὸ κατεηγὸς τοῦ σώματος, μάλιστα δὲ ἐν κνήμῃ ἐνδέχεται μηχανοποιέειν. εἰσὶ μὲν οὖν τινὲς οἳ ἐπὶ πᾶσι τοῖς τῆς κνήμης κατήγμασιν, καὶ τοῖσι ἐπιδεομένοισι καὶ τοῖσι μὴ ἐπιδεομένοισι, τὸν πόδα ἄκρον προσδέουσιν πρὸς τὴν κλίνην ἢ πρὸς ἄλλο τι ξύλον παρὰ τὴν κλίνην κατορύξαντες. οὗτοι μὲν οὖν πάντα κακὰ ποιέουσιν, ἀγαθὸν δὲ οὐδέν. οὔτε γὰρ τοῦ κατατείνεσθαι ἄκος ἐστὶ τὸ προσδεδέσθαι τὸν πόδα, οὐδέν τε ἧσσον τὸ

vino atque oleo madentes superimponendae. Pellis vero caprina substernenda et ut humores facile effluant, defluvia observanda, mente reputans loca haec, si longo tempore eodem habitu perseverent, curatu difficiles attritus contrahere.

At qui non ullo ex antedictis modis aut ex iis qui postea referentur sub vinculis sanari queunt, eos maximam curam adhibere oportet, ut partem corporis fractam recte atque e directo collocatam habeant, ea animadversione ut excitetur potius quam dependeat. Quod si cui recte atque expedite opus exercere in animo est, is machinas adhibere necesse habet, quo justa ac minime violenta distentione pars corporis fracta intendatur, quod praecipue in tibia facere licet. Quidam igitur crure fracto, sive vinculum aliquod sive nullum adhibeatur, pedem summum ad lectum aut aliquod aliud lignum juxta lectum desossum devinciunt. At hi quidem ut nihil utile afferunt, ita plane nocent. Neque enim haec pedis vinctura quicquam ad extensionem con-

Ed. Chart. XII. [245. 246.] Foes. I. 771. Ed. Lind. II. (740. 741.)

ἄλλο σῶμα προσχωρήσει πρὸς τὸν πόδα, καὶ οὕτως οὐκ ἂν ἔτι τείνοιτο, οὔτ' ἂν ἐς τὴν ἰθυωρίην οὐδὲν ὠφελέει, ἀλλὰ καὶ βλάπτει. στρεφομένου γὰρ (741) τοῦ ἄλλου σώματος ἢ τῇ ἢ τῇ οὐδὲν κωλύσει ὁ δεσμὸς τὸν πόδα καὶ τὰ ὀστέα τῷ ποδὶ προσηρτημένα ἐπακολουθέειν τῷ ἄλλῳ σώματι. εἰ δὲ μὴ προσεδέδετο, ἧσσον ἂν διεστρέφετο. [246] ἧσσον γὰρ ἂν ἐγκατελείπετο ἐν τῇ κινήσει τοῦ ἄλλου σώματος. εἰ δέ τις σφαίρας δύο ῥάψαιτο ἐκ σκύτεος Αἰγυπτίου τοιαύτας οἵας φοροῦσιν οἱ ἐν τῇσι μεγάλῃσι πέδῃσιν πολλὸν χρόνον πεπεδημένοι, αἱ δὲ σφαῖραι ἔχοιεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν χιτῶνας, τοὺς μὲν πρὸς τοῦ τρώματος βαθυτέρους, τοὺς δὲ πρὸς τῶν ἄρθρων βραχυτέρους, εἶεν δὲ ὀγκηραὶ μὲν καὶ μαλθακαί, ἁρμόζουσαι δὲ ἡ μὲν ἄνωθεν τῶν σφυρῶν, ἡ δὲ κάτωθεν τοῦ γόνατος, ἐκ δὲ πλαγίης ἑκατέρη διττὰ ἑκατέρωθεν ἔχοι προσηρτισμένα ἢ ἁπλοῦ ἱμάντος ἢ διπλόου, βραχύτερα ὥσπερ ἀγκύλας τὰ μέν τι τοῦ σφυροῦ ἑκατέρωθεν, τὰ δέ τι τοῦ γούνατος, καὶ ἡ ἄνωθεν σφαῖρα ἕτερα τοιαῦτα ἔχοι κατὰ τὴν ἰθυωρίην τὴν αὐτήν. κἄπειτα κρανείνας ῥάβδους

fert, cum reliquum corpus nihilominus ad pedes defluat, eaque de causa non amplius extenditur, ac neque quicquam ad directionem conducit, quin etiam obest. Converso namque in hanc vel illam partem reliquo corpore, nihil prohibebit vinculum quo minus pes et annexa illi ossa reliquum corpus sequantur. Quin si alligatus non fuerit, minor fiet perversio, cum in reliqui corporis motione minus deseratur. Possunt autem duo orbes ex corio Aegyptio consui, quales gestare consueverunt qui diu in magnis compedibus detenti sunt, sintque hi undique tunicis cincti, qua quidem vulnus est altioribus, ad articulos autem brevioribus. Sint praeterea tumidi quidem et molles atque ita acommodati, ut unus quidem supra malleolos, alter vero infra genu collocetur. A latere vero utroque habeat bina utrimque appensa retinacula breviora velut ansas ex simplici aut duplici loro, partim quidem ex utroque malleolo, partim vero ex utroque genu. Ac superior orbis altera eadem habeat eodem modo e directo respondentia. Deinde virgae corneae sumantur ae-

Ed. Chart. XII. [246—248.] Foes. I. 771. 772. Ed. Lind. II. (741. 742.)

λαβὼν ἴσον τὸ μέγεθος ἀλλήλῃσιν ἐχούσας, πάχος μὲν ὡς δακτυλιαίας, μῆκος δὲ ὡς κεκαμμέναι ἐναρμόζωσιν ἐς τὰ ἀπαιωρήματα, [247] ἐπιμελεύμενος ὅκως τὰ ἄκρα τῶν ῥάβδων μὴ ἐς τὸν χρῶτα, ἀλλ' ἐς τὰ ἄκρα τῶν σφαιρέων ἐγκέλσῃ. εἶναι δὲ χρὴ ζεύγεα τρία τῶν ῥάβδων καὶ πλέω καὶ τινὶ μακροτέρας τὰς ἑτέρας τῶν ἑτέρων, καὶ τινὶ καὶ βραχυτέρας καὶ μικροτέρας, ὡς καὶ μᾶλλον διατείνειν ἢν βούληται. || ἐστωσαν δὲ αἱ ῥάβδοι ἑκάτεραι ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῶν σφυρῶν. [248] ταῦτα τοίνυν εἰ καλῶς μηχανοποιηθείη, τήν τε κατάτασιν δικαίην παρέχοι καὶ ὁμαλὴν κατὰ τὴν ἰθυωρίην καὶ τῷ (742) τρώματι πόνος οὐδεὶς ἂν εἴη. τὰ γὰρ ἀποπιέσματα, εἴ τι καὶ ἀποπιέζοιτο, τὰ μὲν ἂν ἐς τὸν πόδα ἀπάγοιτο, τὰ δὲ ἐς τὸν μηρόν. αἵ τε ῥάβδοι εὐθετώτεραι, αἱ μὲν ἔνθεν, αἱ δὲ ἔνθεν τῶν σφυρῶν, ὥστε μὴ κωλύεσθαι τὴν θέσιν τῆς κνήμης. τό τε τρῶμα εὐκατάσκεπτον καὶ εὐβάστακτον. οὐδὲ γὰρ ἐμποδὼν εἴ τις ἐθέλοι τὰς δύο τῶν ῥάβδων τὰς ἀνωτέρω αὐτὰς πρὸς ἀλλήλας ζεῦξαι, καὶ ἤν τις κούφως βούλοιτο ἐπιβάλλειν, ὥστε τὸ ἐπιβαλλόμενον μετέωρον ἀπὸ τοῦ τρώματος εἶναι. εἰ μὲν οὖν αἵ τε

quali inter se magnitudine, crassitudine quidem digitali, ea vero longitudine, ut inflexae ad suspensa retinacula apte conveniant, eo adhibito studio, ut summi virgarum fines non in corpus, sed in extremas orbium eminentias incumbant. Tria vero aut plura virgarum paria esse debent et aliae aliis aliquanto longiores et breviores ac minores, quo, si lubet, magis distendere possis. Virgaeque hinc et inde ex utraque malleorum parte collocentur. Haec igitur si crebro molitus fueris, et justam intensionem et ex directo aequabilem praestabunt, vulnerique nullum dolorem afferent. Nam si quae fiunt expressiones, partim quidem ad pedem, partim vero ad femur ablegantur, virgaeque hinc atque inde a malleolis rectius collocantur, ut ne tibiae situm impediant, ac probe vulnus decumbat et sustineatur. Neque vero quicquam prohibet duas superiores virgas, si quis velit, inter se jungere ac leve aliquid, si lubet injicere, ita ut injectum sublime supra vulnus extet. Orbes igitur si lenes,

Ed. Chart. XII. [248. 249.] Foes. I. 772. Ed. Lind. II. (742. 743.)

σφαῖραι προσηνέες καὶ καλαὶ καὶ μαλθακαὶ καὶ καιναὶ ῥαφεῖεν καὶ ἡ ἔντασις τῶν ῥάβδων χρηστῶς ἐνταθείη, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, εὔχρηστον τὸ μηχάνημα· εἰ δέ τι τουτέων μὴ καλῶς ἕξει, βλάπτοι ἂν μᾶλλον ἢ ὠφελέοι. χρὴ δὲ καὶ τὰς ἄλλας μηχανὰς ἢ καλῶς μηχανᾶσθαι ἢ μὴ μηχανᾶσθαι. αἰσχρὸν γὰρ καὶ ἄτεχνον μηχανοποιέοντα ἀμηχανοποιέεσθαι.

[249]. Τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι τῶν ἰητρῶν τὰ κατήγματα καὶ τὰ ξὺν ἕλκεσιν καὶ τὰ ἄνευ ἑλκέων, τὰς πρώτας τῶν ἡμερέων ἰητρεύουσιν εἰρίοισιν ῥυπαροῖσιν, καὶ οὐδέν τι ἄτεχνον δοκοίη τοῦτο εἶναι. ὅσοι μὲν ἀναγκάζονται ὑπὸ τῶν αὐτίκα νεοτρώτων ἐόντων μὴ ἔχοντες ὀθόνια, εἰρίοισι παρασκευάσασθαι, τουτέοισι πλείστη συγγνώμη, οὐ γὰρ ἄν τις ἔχοι ἄνευ ὀθονίων ἄλλο τι πολλῷ βέλτιον εἰρίου ἐπιδῆσαι ἐπὶ τὰ τοιαῦτα. εἶναι δὲ χρὴ πάμπολλα καὶ πάνυ καλῶς εἰργασμένα καὶ μὴ τρηχέα, τῶν γὰρ ὀλίγων καὶ φλαύρων ὀλίγη καὶ ἡ δύναμις. ὅσοι δὲ ἐπὶ μίαν ἢ δύο ἡμέρας εἴρια ἐπιδέειν δικαιέουσι, (743) τρίτῃ δὲ καὶ τετάρτῃ ὀθονίοισιν ἐπιδέοντες πιέζουσι καὶ κατατείνουσιν, τότε μάλιστα οὗτοι

molles, firmi et recenter consuti fuerint, virgarumque intensio, velut jam dictum est, recte facta sit, optimum erit commentum. Sin horum quicquam non recte procedat, oberit magis quam profuerit. Caetera autem artificia aut recte aut nullo modo molienda sunt. Turpe enim et ab arte abhorrens aliquid molientem in ipso artificio deficere.

Fracturas porro tam cum ulcere quam sine ulcere plerique medici primis diebus lana succida curant, neque id ab arte alienum videtur. Qui sane ad recenter vulnerata, linteorum inopia, lanam comparatam habere coguntur, iis magna venia debetur. Neque enim in linteorum penuria, quicquam lana longe melius ad haec deliganda adhiberi potest. Ea vero quam plurima tum probe carpta neque aspera esse debet. Pauca namque et prava parum habet virium. At qui uno aut altero die lanam deligare aequum esse putant, tertio vero et quarto injectis linteis comprimunt, tumque plurimum distendunt, ii in eo quod in re

Ed. Chart. XII. [249. 250.] Foes. I. 772. Ed. Lind. II. (743.)

πουλύ τι ἰητρικῆς καὶ κάρτα ἐπίκαιρον ἀσυνετέουσιν. ἥκιστα γὰρ χρὴ τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ στυφελίζειν πάντα τὰ τρώματα· ὡς ἐν κεφαλαίῳ δὲ εἰρῆσθαι καὶ μηλώσιας δὲ πάσας φυλάττεσθαι χρὴ ἐν ταύτῃσι τῇσιν ἡμέρῃσιν καὶ ὁκόσοισιν ἄλλοισι τρώμασιν ἠρέθισται. τὸ ἐπίπαν γὰρ ἡ τρίτη καὶ ἡ τετάρτη ἡμέρη ἐπὶ τοῖσι πλείστοισιν τῶν τρωμάτων τίκτει τὰς παλιγκοτήσιας καὶ ὅσα ἐς φλεγμονὴν καὶ ἀκαθαρσίην ὁρμᾷ καὶ ὅσα ἂν ἐς πυρετοὺς ἴει. καὶ μάλα πολλοῦ ἄξιον τοῦτο μάθημα, εἴπερ τι καὶ ἄλλο. τίνι γὰρ οὐκ ἐπικοινωνέει τῶν ἐπικαιροτάτων ἐν ἰητρικῇ, οὐ κατὰ τὰ ἕλκεα μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ ἄλλα πολλὰ νουσήματα; εἰ μή τις φήσειε καὶ τἄλλα νοσήματα ἕλκεα εἶναι. ἔχει γάρ τινα καὶ οὗτος ὁ λόγος ἐπιείκειαν. [250] πολλαχῇ δὲ ἠδέλφισται τὰ ἕτερα τοῖσιν ἑτέροισιν. ὁκόσοι μέντοι δικαιέουσιν εἰρίοισιν χρῆσθαι, ἔστ' ἂν ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν, ἔπειτα κατατείνειν τε καὶ κατορθοῦν καὶ ὀθονίοισιν ἐπιδεῖν, οὗτοι οὐκ ἂν ἀσύνετοι ὁμοίως φανεῖεν. καὶ γὰρ τῆς φλεγμονῆς τὸ ἐπικαιρότατον παρεληλυθὸς καὶ τὰ ὀστέα χαλαρὰ καὶ εὔθετα μετὰ ταύτας τὰς

medica imprimis est advertendum, admodum inscienter se gerunt. Tertio namque et quarto die duriter et aspere vulnerata minime tractari debent et, ut uno verbo complectar, iis diebus omni specilli demissione aliisque quibus vulnera irritantur abstinendum. In totum enim pleraque vulnera tertio ac quarto die recrudescere consueverunt, tum quae ad inflammationem et sordes tendunt tum quae ad febres deveniunt. Atque hoc praeceptum, si quod aliud, magnum est operae pretium attendere. Quid enim est praecipui in re medica usus non in ulceribus modo, verum etiam multis in aliis morbis, cum quo communionem non habeat? Nisi si quis alios quoque morbos ulcera esse dixerit. Quae sane oratio quandam habet probabilitatem. Multis enim modis alii cum aliis cognationem habent. At qui lanis uti aequum censent, quoad septem dies praeterierint, deinde tum intendere tum componere et fasciis devincire, ii non perinde inscientes videri debent. Nam et maxime accommodatum inflammationi tempus praeterierit, et ab his diebus ossa la-

Ed.Chart.XII.[250.252.] Foes. I. 772. 773. Ed. Lind.II.(743.744.)

ἡμέρας ἂν εἴη. πολλῷ μέντοι ἥσσασαι καὶ αὕτη ἡ μελέτη τῆς ἐξ ἀρχῆς τοῖσιν ὀθονίοισιν ἐπιδέσιος. κεῖνος μὲν γὰρ ὁ τρόπος ἑβδομαίους ἐόντας ἀποδείκνυσιν καὶ παρασκευάζει νάρθηξιν τελέως ἐπιδεῖν· οὗτος δὲ ὁ τρόπος πολὺ ὑστεροῖ. [251] βλάβας δέ τινας καὶ ἄλλας ἔχει, ἀλλὰ μακρὸν ἂν εἴη πάντα γράφειν.

|| Ὁκόσοισι δὲ τὰ ὀστέα κατεηγότα (744) καὶ ἐξίσχοντα μὴ δύνηται ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην καθιδρύεσθαι, ἥδε ἡ κατάτασις. [252] σιδήρια χρὴ ποιέεσθαι ἐς τοῦτον τὸν τρόπον ὅνπερ οἱ μοχλοὶ ἔχουσιν, οἷς αἱ λατύποι χρέονται τὸ μέν τι πλατύτερον, τὸ δέ τι στενώτερον. εἶναι δὲ χρὴ καὶ τρία καὶ ἔτι πλείω ὡς τοῖς μάλιστα ἁρμόζωσίν τις χρήσαιτο. ἔπειτα τουτέοισι χρὴ ἅμα τῇ κατατάσει μοχλεύειν ὑποβάλλοντα, πρὸς μὲν τὸ κατώτερον τοῦ ὀστέου ἐρείδοντα, πρὸς δὲ τὸ ἀνώτερον τῷ ἀνωτέρῳ τοῦ σιδηρίου, ἁπλῷ δὲ λόγῳ, ὥσπερ εἰ λίθον τις ἢ ξύλον μοχλεύοι ἰσχυρῶς. ἔστω δὲ σθεναρὰ τὰ σιδήρια ὡς οἷόν τε, ὡς μὴ κάμπτηται φύσῃ

xari et bene coaptari poterunt. Illa tamen curandi ratione longe potior est quae per exordia fascias devincit. Haec enim septimo die efficit uti deligationi per ferulas suscipiendae plane idonei reddantur, quod in illa multo posterius contingit. Sed et alias quasdam habet noxas, quas longum esset percensere.

At quibus ossa fracta cute eminentia in suam sedem collocari non possunt, ea hoc modo reconduntur. Ferramenta facienda ad vectium similitudinem, quibus in lapicidinis utuntur, hac quidem parte latiora, altera vero angustiora. Tria autem aut etiam plura esse debent, quo maxime accommodata in usum adhibeantur. His deinde suppositis una inter extendendum ita molitionem aggredi oportet, ut ima sui parte inferiori ossi, summa vero superiori innitantur, non secus, ut uno verbo complectar, quam si quis ad lapidem aut lignum commovendum validam vectis molitionem adhibeat. Sint autem ferramenta quam maxime fieri potest valida, ne inflectantur. Ingentique magnum est subsidium, si et ferramenta sint idonea et

μεγάλη τιμωρίη, ἤν τε τὰ σιδήρια ἐπιτήδεια ᾖ καὶ μοχλεύηταί τις ὡς χρή. ὁκόσα γὰρ ἀνθρώποις ἄρμενα μεμηχάνηται, πάντων ἰσχυρότατά ἐστι τρία ταῦτα, ὄνου τε περιαγωγὴ καὶ μόχλευσις καὶ σφήνωσις. ἄνευ δὲ τούτων ἢ ἑνός δή τινος ἢ πάντων οὐδὲν τῶν ἔργων τῶν ἰσχυροτάτων οἱ ἄνθρωποι ἐπιτελέουσιν. οὔκουν ἀτιμαστέη αὕτη ἡ μόχλευσις· ἢ γὰρ οὕτως ἐμπεσεῖται τὰ ὀστέα, ἢ οὐκ ἄλλως. ἢν δ' ἄρα τοῦ ὀστέου τὸ ἄνω παρηλλαγμένον μὴ ἐπιτήδειον ἔχῃ ἐνέδρην τῷ μοχλῷ, ἀλλὰ παροξὺ ὃ παραφέρει, παραγλύψαντα χρὴ τοῦ ὀστέου ἐνέδρην τῷ μοχλῷ ἀσφαλέα ποιῆσαι. μοχλεύειν δὲ χρὴ καὶ τείνειν αὐθήμερα ἢ δευτεραῖα, τριταῖα δὲ μή, τεταρταῖα δὲ ὡς ἥκιστα, καὶ πεμπταῖα. καὶ γὰρ μὴ ἐμβάλλοντι, (745) ὀχλήσαντι δὲ, ἐν ταύτῃσιν τῇσιν ἡμέρῃσιν φλεγμονὴν ἂν ποιήσειε καὶ ἐμβάλλοντι οὐδὲν ἧσσον. [253] σπασμὸν μέντοι ἐμβάλλοντι πουλὺ ἂν μᾶλλον ποιήσειεν ἢ ἀπορήσαντι ἐμβαλεῖν. ταῦτα εὖ χρὴ εἰδέναι, καὶ γὰρ εἰ ἐπιγένοιτο σπασμὸς ἐμβάλλοντι, ἐλπίδες μὲν οὐ πολλαὶ σωτηρίης, λυσιτελέει

convenientem quis molitionem adhibeat. Ex omnibus namque machinamentis, quae convenienter ad usum homines comminiscuntur, violentissima haec tria existunt, aselli circumactio, per vectem molitio et cunei adactio. Ac nisi aut unum aliquod, aut omnia adhibueris, nihil ex his omnibus, quae magna vi nituntur, perfici possit. Quare negligenda non est haec per vectes molitio. Hac siquidem ratione, aut nulla alia, ossa in suas sedes reconduntur. Quod si sane pars ossis, quae super aliud effertur, minime idoneam vecti sedem exhibet, sed acutum quid prominet, illud scalpro utrimque limandum, quo firmius vecti insideat. Eodem autem die aut postero molitionem et extensionem adhibere convenit, sed non tertio, quarto vero et quinto minime. His etenim diebus lacessita ossa, etiam si suis sedibus restituta non sint, inflammatione tentantur, ac nihilominus etiam ubi restituta fuerint. Quin etiam reposito osse multo magis excitabitur nervorum distentio quam non reposito, quod probe nosse convenit. Et enim si re-

Ed. Chart. XII. [253. 254.] Foes. I. 773. Ed. Lind. II. (745.)
δὲ ὀπίσω ἐμβάλλειν τὸ ὀστέον εἰ οἷόν τε εἴη ἀόχλως. οὐ γὰρ ἐπὶ τοῖσιν χαλαρωτέροισι τοῦ καιροῦ σπασμοὶ καὶ τέτανοι ἐπιγίνονται, ἀλλ' ἐπὶ τοῖσιν ἐντεταμένοισι μᾶλλον, περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος. οὐ χρὴ οὖν ἐνοχλέειν ἐν τῇσι προειρημένῃσιν ἡμέρῃσι ταύτῃσιν, ἀλλὰ μελετᾷν ὅκως ἥκιστα φλεγμαίνῃ τὸ ἕλκος καὶ μάλιστα ἐκπυήσῃ. ἐπὴν δὲ ἑπτὰ ἡμέραι παρέλθωσιν ἢ ὀλίγῳ πλείους, ἢν ἀπύρετος ᾖ καὶ μὴ φλεγμαίνῃ τὸ ἕλκος, τότε ἧσσον κωλύειν ἢ πειρῆσθαι ἐμβάλλειν, ἢν ἐλπίζῃς κρατήσειν. ἢν δὲ μὴ, οὐδὲν δεῖ μάτην ὀχλέειν καὶ ὀχλέεσθαι. ἢν μὲν οὖν ἐμβάλῃς τὰ ὀστέα ἐς τὴν ἑωυτῶν χώρην, γεγράφαται ἤδη οἱ τρόποι τοῦ ὡς χρὴ ἰητρεύειν, ἤν τε ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι ἤν τε μή. χρὴ δὲ ἢν μὲν ἐλπίζῃς ὀστέα ἀποστήσεσθαι, ὡς ἔφην, τῷ τρόπῳ τῶν ὀθονίων ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιουτέοισι τὴν ἐπίδεσιν ποιέεσθαι ἐκ μέσου τοῦ ὀθονίου ἀρχόμενον, ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὡς ἐπὶ δύο ἀρχέων ὑποδεσμὶς ὑποδεῖται. [254] τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ πρὸς

posito osse nervorum distentio supervenit, in angusto spes est. Praestatque, si id sine molestia fieri possit, os retro compellere. Neque enim his quae plus justo laxiora sunt nervorum distentiones et rigores accedunt, sed his quae magis intenduntur, qua de re nunc agitur. His igitur praedictis diebus nullam molestiam exhibere oportet, sed operam dare ut ulcus quam minime inflammatione tentetur, maximeque ad pus perveniat. Elapsis vero septem diebus, aut etiam paulo pluribus, si febris absit neque ulcus inflammatione vexetur, tunc minus obstat quo minus reponere tentemus, si id nos consequi posse non diffitemur. Alioqui nil opus est frustra aut sibi molestiam aut alteri exhibere. Ubi igitur ossa in suam sedem compuleris, discessionem factura sint necne, quaenam ad ea curandi ratio accommodari debeat, jam est expositum. Ac si quidem discessura ossa speraveris, in his omnibus deligatio ex linteis, quo dixi modo, ut plurimum a mediis orsa instituenda est, velut quae ex duobus initiis primum fascia circumdatur. Ulceris autem forma in considerationem ad-

Ed. Chart. XII. [254. 255.] Foes. I. 773. 774. Ed. Lind. II. (745. 746.)

τὴν μορφὴν τοῦ ἕλκεος, ὅκως ἥκιστα σεσηρὸς καὶ ἐκπεπληγμένον ἔσται παρὰ τὴν ἐπίδεσιν. [255] τοῖσι μὲν γὰρ ἐπὶ δεξιὰ ἐπιδεῖν ξυντρόφως ἔχει, τοῖσι δὲ ἐπ' ἀριστερὰ, τοῖσι δὲ ἀπὸ δύο ἀρχέων. ὁκόσα δὲ κατηπο(746)ρήθη || ὀστέα ἐμπεσεῖν. ταῦτα αὐτὰ εἰδέναι χρὴ ὅτι ἀποστήσεται καὶ ὅσα τελέως ἐψιλώθη τῶν σαρκῶν. ψιλοῦται δὲ ἐνίων μὲν τὸ ἄνω μέρος, μετεξετέρων δὲ κύκλωθεν ἀμφιθνήσκουσιν αἱ σάρκες. καὶ τῶν μὲν ἀπὸ τοῦ ἀρχαίου τρώματος σεσάπρισται ἔνια τῶν ὀστέων, τῶν δ' οὔ, καὶ τῶν μὲν μᾶλλον, τῶν δ' ἧσσον, καὶ τὰ μὲν σμικρὰ, τὰ δὲ μεγάλα. διὰ οὖν ταῦτα τὰ εἰρημένα οὐκ ἔστιν ἑνὶ ὀνόματι εἰπεῖν ὁκότε τὰ ὀστέα ἀποστήσεται. τὰ μὲν γὰρ διὰ μικρότητα, τὰ δὲ διὰ τὸ ἐπ' ἄκρου ἔχεσθαι θᾶσσον ἀφίσταται, τὰ δὲ διὰ τὸ μὴ ἀφίστασθαι, ἀλλὰ λεπιδοῦσθαι καταξηρανθέντα καὶ σαπρὰ γενόμενα. πρὸς δὲ τούτοις διαφέρει τε καὶ ἰητρείης. ὡς μὲν οὖν τὸ ἐπίπαν τάχιστα τουτέων ὀστέα ἀφίσταται, ὧν τάχισται μὲν αἱ ἐκπυήσιες, τάχισται δὲ καὶ κάλλισται αἱ σαρκοφυΐαι. καὶ

hibenda est, quo quam minimum hiantibus ac diductis labris sub vinculo existat. Interdum etenim accommodate vinculum ad dexteram ducitur, interdum vero ad sinistram, aliis etiam ex duobus initiis ortum habet. At quae suis sedibus ossa restitui non potuerunt, ea discessionem esse factura nosse convenit, necnon quae prorsus carne nudata sunt. Nudantur vero quibusdam parte superiore, nonnullis quoque in orbem quoquoversus carnes emoriuntur. Et nonnullis quidem sub diuturno vulnere ossa quaedam cariem experta sunt, aliis vero minime, et his quidem magis, illis autem minus, ac partim quidem parva, partim etiam magna. Ob relatas igitur causas uno verbo explicari non potest, quo tempore ossa discessionem sint factura. Quaedam etenim ob parvitatem, nonnulla etiam quod in summo contineantur, celerius discedunt. Alia vero minime, verum arefacta et cariem sententia desquamantur. Ad haec etiam multum inter se curandi ratio differt. His igitur in totum celerrime ossa abscedunt, quibus citissime pus coit, celerri-

Ed. Chart. XII. [255. 256.] Foes. I. 774. Ed. Lind. II. (746. 747.)

γὰρ αἱ ὑποφυόμεναι σάρκες κατὰ τὸ σιναρὸν αὗται μετεωρίζουσι τὰ ὀστέα ὡς ἐπὶ τὸ πουλύ. ὅλος μὲν ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου, ἢν ἐν τεσσαράκοντα ἡμέρῃσιν ἀποστῇ, καλῶς ἀποστήσεται, ἔνια γὰρ εἰς ἑξήκοντα ἡμέρας ἀφικνεῖται. τὰ μὲν [256] γὰρ ἀραιότερα τῶν ὀστέων θᾶσσον ἀφίσταται, τὰ δὲ στερεώτερα βραδύτερον, τὰ δὲ ἄλλα τὰ μείω πολλὸν ἐνδοτέρω, ἄλλα δ' ἄλλως.

Ἀποπρίειν δ' ὀστέον ἐξέχον ἐπὶ τῶνδε τῶν προφασίων χρὴ, ἢν μὴ δύνηται ἐμβάλλειν, μικροῦ δέ τινος αὐτῷ δοκέῃ δεῖν παρελθεῖν καὶ οἷόν τε ᾖ παραιρεθῆναι, ἤν τε ἀσηρὸν ᾖ καὶ θραῦόν τι τῶν σαρκίων καὶ δυσαισθησίην παρέχει· ψιλὸν δὲ τυγχάνει ἐὸν καὶ τὸ τοιοῦτον ἀφαιρέειν χρή. τὰ δ' ἄλλα οὐδὲν μέγα διαφέρει, οὔτε ἀποπρῖσαι οὔτε μὴ ἀποπρῖσαι. σαφέως γὰρ (747) εἰδέναι χρὴ ὅτι ὀστέα ὅσα τελέως στερέεται τῶν σαρκῶν καὶ ἐπιξηραίνεται, ὅτι πάντα τελέως ἀποστήσεται. ὅσα δὲ ἀπολεπιδοῦσθαι μέλλει, ταῦτα οὐ χρὴ ἀποπρίειν. τεκμαίρεσθαι δὲ χρὴ ἀπὸ τῶν τεταγμένων σημείων,

neque etiam atque optime caro producitur. Quae enim in laesa parte caro subnascitur, ea fere in sublime ossa attollit. Totus quidem testae ossis ambitus, si quadraginta diebus discessionem facit, recte abscedere existimandus est, cum tamen quaedam sexagesimum attingant. Rariora quidem certe ossa citius, solidiora tardius, quaeque etiam minora sunt, multum infra hoc spatium atque alia aliter discedunt.

His autem de causis os eminens praecidi debet, si in suam sedem compelli nequit, ac tantum non reponi posse videatur, si detrahi queat, si noxium fuerit et carnem aliqua ex parte vulneret, sensusque molestiam afferat. Quin si denudatum fuerit, id quoque auferri debet. Reliqua praecidantur necne non multum refert. Prorsus enim constat quae carne in totum privantur et arefiunt, ea penitus quoque discessionem esse factura. At quae in squamas resolvi sperantur, ea praecidi non debent. Ex propositis autem indiciis conjiciendum est quaenam penitus discessionem fa-

Ed. Chart. XII. [256. 257.] Foes. I. 774. 775. Ed. Lind. II. (747.)

τὰ τελέως ἀποστησόμενα. ἰητρεύειν δὲ τοὺς τοιούτους σπλήνεσι καὶ τῇ οἰνηρῇ ἰητρείῃ, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται, τῶν ἀποστησομένων ὀστέων. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ μὴ καταψυχροῖσι τέγγειν τὸν πρῶτον χρόνον. ῥιγέων γὰρ πυρετωδέων κίνδυνος. κίνδυνος δὲ καὶ σπασμῶν. προκαλέεται γὰρ αεὶ σπασμὸν τὰ ψυχρὰ, ποτὲ δὲ καὶ ἕλκη. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι περ ἀνάγκη βραχύτερα τὰ σώματα ταύτῃ γενέσθαι, ὧν ἀμφότερα τὰ ὀστέα κατεηγότα καὶ παρηλλαγμένα ἰητρεύηται καὶ οἷς ὅλως καὶ ὁ κύκλος τοῦ ὀστέου ἀπέστη. [257] ὅσοις δὲ μηροῦ ὀστέον ἢ βραχίονος ἐξέσχεν, οὗτοι οὐ μάλα περιγίνονται. τὰ γὰρ ὀστέα μεγάλα καὶ πολλυμύελα καὶ πολλὰ καὶ ἐπίκαιρα τὰ συντιτρωσκόμενα νεῦρα καὶ μύες καὶ φλέβες. καὶ ἢν μὲν ἐμβάλλοις, σπασμοὶ φιλέουσιν ἐπιγίνεσθαι· μὴ ἐμβληθεῖσι δὲ πυρετοὶ ὀξέες καὶ ἐπίχολοι καὶ λυγγώδεες καὶ ἐπιμελαίνονται. περιγίνονται δὲ οὐχ ἧσσον οἷσι μὴ ἐμβληθῇ, μηδὲ πειρηθῇ ἐμβάλλεσθαι. ἔτι δὲ μᾶλλον περιγίνονται οἷσι τὸ κάτω μέρος τοῦ ὀστέου ἐξέσχεν ἢ οἷσι τὸ

cturá sint, ad easque hujusmodi curatio per splenia et vini perfusionem, velut in abscessuris ossibus ante scriptum est, adhibenda. Cavendumque ne frigidis per exordia perfundantur, horroris enim cum febre nervorumque distentionis metus impendet. Frigida namque nervorum distentionem accersunt, quandoque vero etiam exulcerant. Nosse autem convenit illic brevius necessario membrum fieri, ubi utrumque os fractum et aliud super aliud excedens curatum fuerit, cuique totus etiam testae ossis ambitus discesserit. At quibus femoris aut brachii os eminens est, ii aegre supersunt. Nam cum ossa grandiora sunt et medullosa, tum vero multi et insignes nervi simul vulnerantur, et musculi et venae. Ac si quidem reposueris, nervorum distentiones supervenire consueverunt, non repositis autem febres acutae, biliosae, cum singultu et nigritie. Nihilo autem minus supersunt quibus neque in suas sedes sunt condita, neque ut reconderentur tentatum est. Potius vero supersunt quibus ossis pars inferior quam quibus superior eminet. Superesse

Ed. Chart. XII. [257.] Foes. I. 775. Ed. Lind. II. (747. 748.)
ἄνω. περιγίνονται δ᾽ ἂν καὶ οἷσιν ἐμβληθείη, σπανίως γε μήν. μελέται γὰρ μελετέων μέγα διαφέρουσιν καὶ φύσιες φυσίων τῶν σωμάτων εἰς εὐφορίην. διαφέρει δὲ μέγα καὶ (748) ἢν ἔσω τοῦ βραχίονος καὶ τοῦ μηροῦ τὰ ὀστέα ἐξέχῃ. πολλαὶ γὰρ καὶ ἐπίκαιροι κατατάσιες φλεβῶν ἐν τῷ ἔσω μέρει, ὧν ἔνιαι τιτρωσκόμεναι σφάγιαί εἰσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῷ ἔξω μέρει, ἧσσον δέ. ἐν τοῖσιν οὖν τοιούτοισιν τρώμασιν τοὺς μὲν κινδύνους οὐ χρὴ λήθειν, ὁκοῖοί τινές εἰσιν, καὶ προλέγειν χρὴ πρὸς τοὺς καιρούς. εἰ δὲ ἀναγκάζοιο μὲν ἐμβαλεῖν, ἐλπίζοις δὲ ἐμβάλλειν, καὶ μὴ πολλὴ ἡ παράλλαξις ᾖ τοῦ ὀστέου καὶ μὴ ξυνδεδραμήκοιεν οἱ μύες, φιλέουσι γὰρ ξυνδεῖν, ἡ μόχλευσις καὶ τούτοισι μετὰ τῆς κατατάσιος εὖ ἂν ξυλλαμβάνοιτο.

Ἐμβάλλοντα δὲ ἐλλέβορον μαλθακὸν προπῖσαι χρὴ αὐθημερὸν, ἢν αὐθημερὸν ἐμβληθῇ, εἰ δὲ μὴ, οὐδ᾽ ἐγχειρέειν χρή. τὸ δὲ ἕλκος ἰητρεύειν χρὴ οἵη περ κεφαλῆς ὀστέα κατεηγυίης καὶ ψυχρὸν μηδὲν προσφέρειν. σιτίων δὲ στερῆσαι

etiam possunt, sed raro quidem quibus intro sunt condita. Curationes enim et corporum naturae, quod ad ferendi levitatem attinet, longe aliis aliae praestant. Multum quoque refert an interiore parte brachii ac femoris ossa eminent. Multae enim et insignes venarum productiones per interiorem partem feruntur, quarum nonnullae, si vulnerentur, hominem jugulant. Sunt et exteriore parte quaedam, verum pauciores. Quare in hujusmodi casibus quodnam periculum impendeat non est ignorandum, idque in tempore praedicendum. Quod si in suam sedem compellere cogeris, idque te consequi posse speres, neque multum ossa inter se cesserunt, musculique in seipsos non contrahuntur, quod saepe fieri assolet, his per vectem molitio cum distentione bene contulerit.

Ubi restitueris, veratrum molle eodem die propinare convenit, si eodem die restitueris, alioqui ne tentare quidem oportet. Ulcus autem eodem modo quo capitis ossa fracta curandum est, neque frigidi quicquam admovendum, ac

Ed. Chart. XII. [258. 259.] Foes. I. 775. Ed. Lind. II. (748. 749.)

τελέως, [258] καὶ ἢν μὲν πικρόχολος φύσει ᾖ, ὀξύγλυκυ εὐῶδες ὀλίγον ἐπὶ ὕδωρ ἐπιστάζοντα τουτέῳ διαιτᾷν, ἢν δὲ μὴ πικρόχολος ᾖ, ὕδατος πόματι χρῆσθαι· καὶ ἢν μὲν πυρεταίνῃ ξυνεχῶς, τεσσαρεσκαίδεκα ἡμέραις τὸ ἐλάχιστον οὕτω διαιτᾷν, ἢν δὲ ἀπύρετος ᾖ, ἑπτὰ ἡμέρῃσιν. [259] ἔπειτα ἐκ προσαγωγῆς κατὰ λόγον φαύλην δίαιταν ἄγειν. καὶ οἷσιν ἂν μὴ βληθῇ τὰ ὀστέα, καὶ τὴν φαρμακείην χρὴ τοιαύτην ποιέεσθαι καὶ τῶν ἑλκέων τὴν μελέτην καὶ τὴν δίαιταν ὡσαύτως, καὶ τὸ ἀπαιωρεύμενον τοῦ σώματος μὴ κατατείνειν, (749) ἀλλὰ καὶ προσάγειν μᾶλλον, ὥστε χαλαρώτερον εἶναι τὸ κατὰ τὸ ἕλκος. τῶν δὲ ὀστέων ἀπόστασις χρονίη, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. μάλιστα δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα διαφυγεῖν, ἀλλ' ἤν τις καλὴν ἔχῃ τὴν ἀποφυγὴν, αἵ τε γὰρ ἐλπίδες ὀλίγαι καὶ οἱ κίνδυνοι πολλοὶ, καὶ μὴ ἐμβάλλων ἄτεχνος ἂν δοκέοι εἶναι, καὶ ἐμβάλλων ἂν ἐγγυτέρω τοῦ θανάτου ἀγάγοι ἢ σωτηρίης. τὰ δὲ ὀλισθήματα τὰ κατὰ γούνατα καὶ τὰ διακινήματα τῶν ὀστέων εὐηθέστερα πουλὺ τῶν κατ' ἀγκῶνα

cibo penitus interdicendum. Ac si quidem aeger natura biliosus fuerit, nonnihil mellae odoratae in aquam instillando eo victu sustinendus est. Si vero bile non abundet, aquae potione utendum. Quod si febre continenti detineatur, diebus quatuordecim ut minimum eo victu tolerari debet, sin febre vacet, septem diebus. Deinde sensim progressu facto pro ratione ad simplicem victus rationem revocandus. At quibus ossa intro condita non fuerint, tum eadem medicamenti potio adhibenda, tum eodem modo ulcus nutriendum, atque eodem victu perseverandum. Itidemque elatam corporis partem distendere non oportet, quin potius contrahere, quo laxior qua parte ulcus est efficiatur. Ossium quoque discessio longiore tempore fit, quemadmodum etiam ante dictum est. Taliaque praecipue vitanda sunt, si quis modo id honeste facere potest, cum et spes in angusto sit et pericula multa impendeant, ac nisi reposueris, imperitiae artis existimatio tibi subeunda sit, sin reposueris, aegrum potius ad mortem praecipites quam ad sanitatem reducas. Ubi ossa ex toto suis sedibus moventur, aut pau-

κινημάτων καὶ ὀλισθημάτων. τό τε γὰρ ἄρθρον τοῦ μηροῦ εὐσταλέστερον ὡς ἐπὶ μεγέθει ἢ τὸ τοῦ || βραχίονος [260] καὶ δικαίην φύσιν μοῦνον ἔχον καὶ ταύτην περιφερέα. τὸ δὲ τοῦ βραχίονος ἄρθρον μέγα καὶ βαθμίδας πλείονας ἔχον. [262] πρὸς δὲ τούτοις τὰ μὲν κνήμης ὀστέα παραπλήσια μῆκός ἐστι καὶ σμικρόν τι οὐκ ἄξιον λόγου τὰ ἔξω ὀστέον ὑπερέχει οὐδενὸς μεγάλου κώλυμα ἐὸν, ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ ἔξω τένων ὁ παρὰ τὴν ἰγνύην. τὰ δὲ τοῦ πήχεος ὀστέα ἄνισά ἐστιν καὶ τὸ βραχύτερον παχύτερον συχνῷ, τὸ δὲ λεπτότερον πολλῷ ὑπερβάλλει καὶ ὑπερέχει τὸ ἄρθρον. [263] ἐξήρτηται μέντοι καὶ τούτων τῶν νεύρων κατὰ τὴν κοινὴν ξύμφυσιν τῶν ὀστέων. πλεῖον δὲ μέρος ἔχει τῆς ἐξαρτήσεως τῶν νεύρων ἐν τῷ βραχίονι τὸ λεπτὸν ὀστέον ἤπερ τὸ παχύ. ἡ μὲν οὖν φύσις τοιουτότροπος τῶν ἄρθρων τούτων καὶ τῶν ὀστέων τοῦ ἀγκῶνος, [264] καὶ διὰ τὸν τρόπον τῆς φύσιος τὰ κατὰ γόνυ ὀστέα πολλάκις μὲν ὀλισθαίνει, ῥηϊδίως δὲ ἐμπίπτει. φλεγμονὴ δὲ οὐ μεγάλη προσγίνεται οὐδὲ δεσμὸς

lum excedunt, id multo mitius in genu quam in cubiti flexu contingit. Femoris enim articulus pro magnitudine magis succinctus quam brachii est, atque hic unus aequabilem habet naturam eamque rotundam. At brachii articulus cum magnus est tum plures habet cavitates. Adde quod tibiae quidem ossa longitudinem habent inter se similem et paulum quid ne effatu quidem dignum, quod exteriore parte est, excedit nihilque memorabile prohibet, ex quo exterior poplitis tendo ortum ducit. Cubiti vero ossa inaequalia sunt, quodque brevius longe plenius est, quod tenuius, multum supra articulum fertur et excedit. His tamen nervis qui sunt ad communem ossium conjunctionem annectitur. In brachio autem os tenue majorem connexionis nervorum partem habet quam crassum. Atque horum quidem articulorum et ossium in cubiti flexu natura est hujusmodi. Ex quo naturae modo ossa quae in genu articulo sunt, saepius quidem elabuntur, at facilius reconduntur. Ac neque inflammatio magna, neque articuli vinculum accedit. Plu-

τοῦ ἄρθρου. ὀλισθαίνει δὲ τὰ πλεῖστα εἰς τὸ εἴσω μέρος, ἔστι (750) δ' ὅτε καὶ ἐς τὸ ἔξω, ποτὲ δὲ καὶ ἐς τὴν ἰγνύην. τούτων ἁπάντων αἱ ἐμβολαὶ οὐ χαλεπαὶ, ἀλλὰ τὰ μὲν ἔξω καὶ ἔσω ὀλισθαίνοντα καθῆσθαι μὲν χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ χαμαιζήλου τινὸς, τὸ δὲ σκέλος ἀνωτέρω ἔχειν, μὴ μὴν πολλῷ. [265] κατάτασις δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ μετρίη ἀρκέει, τῇ μὲν κατατείνειν τὴν κνήμην, τῇ δὲ ἀντιτείνειν τὸν μηρόν.

Τὰ δὲ κατὰ τὸν ἀγκῶνα ὀχλωδέστερά ἐστιν τῶν κατὰ τὸ γόνυ καὶ δυσεμβολώτερα καὶ διὰ τὴν φλεγμονὴν, ἢν μή τις αὐτίκα ἐμβάλῃ. ὀλισθαίνει μὲν γὰρ ἧσσον ἢ ἐκεῖνα, δυσεμβολώτερα δὲ καὶ δυσθετώτερα καὶ ἐπιφλε[266]γμαίνει μᾶλλον καὶ ἐπιπωροῦται. ἔστι δὲ καὶ τούτων τὰ μὲν πλεῖστα σμικραὶ ἐγκλίσιες, ἄλλοτε ἐς τὸ πρὸς τῶν πλευρέων μέρος, ἄλλοτε τὰ ἔξω. οὐ πᾶν δὲ τὸ ἄρθρον μεταβεβηκὸς, ἀλλὰ μένον τι κατὰ τὸ κοῖλον ὀστέον τοῦ ὀστέου τοῦ βραχίονος, ᾗ τὸ τοῦ πήχεος ὀστέον τὸ ὑπερέχον ἔχει. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα κἢν τῇ ἢ τῇ ὀλισθῇ, ῥηΐδιον ἐμβάλλειν, καὶ ἀπόχρη ἡ κατάτασις ἡ ἐς τὸ ἰθὺ γινομένη κατ' ἰθυωρίην τοῦ βρα-

rimum autem in interiorem partem excidunt, interdum vero in exteriorem, nonnunquam etiam in poplitem. Quorum omnium difficiles non sunt repositiones. Verum ubi in exteriorem ac interiorem partem moventur, homo humili aliquo sedili, crure paulo quidem sublimiore collocato, sedeat. Fereque mediocris extensio satis est, ut altera quidem parte tibiam, altera femur in diversa contendas.

At quae sunt in cubiti flexu ossa, majorem molestiam exhibent quam quae in genu, majoreque negotio ob inflammationem reponuntur, nisi protinus restituantur. Minus quidem certe quam illa suis sedibus moventur, sed aegrius in suum locum reconduntur et collocantur, insuperque inflammationem magis contrahunt et callum obducunt. Sunt autem horum magna quidem ex parte parvae inclinationes, interdum ad costas, interdum in exteriorem partem. Neque tamen articulus totus loco movetur, sed quodammodo in brachii cavo subsistit, qua parte os cubiti excedit. Haec igitur ubi in hanc vel illam partem excidunt, facile reponuntur, ac satis est

Ed. Chart. XII. [266.] Foes. I. 776. 777. Ed. Lind. II. (750. 751.)

χίονος, τὸν μὲν κατὰ τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς τείνειν, τὸν δὲ κατὰ τὴν μασχάλην περιβάλλοντα, τὴν δὲ ἐν τῇ ἑτέρῃ πρὸς τὸ ἐξεστεὸς ἄρθρον τὸ θέναρ προσβάλλοντα ὠθέειν, τῇ δ' ἑτέρῃ ἀντωθέειν προσβάλλοντα ἐγγὺς τοῦ ἄρθρου. ἐνακούει δὲ οὐ βραδέως ἐμβαλλόμενα τὰ τοιαῦτα ὀλισθήματα, ἢν πρὶν φλεγμῆναι ἐμβάλλῃ τις. ὀλισθαίνει δὲ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ μᾶλλον ἐς τὸ ἔσω μέρος, ὀλισθαίνει καὶ ἐς τὸ ἔξω. εὔδηλα δὲ τῷ σχήματι καὶ πολλάκις ἐμπίπτει τὰ τοιαῦτα καὶ ἄνευ ἰσχυρῆς κατα(751)τάσιος. χρὴ δὲ τῶν ἔσω ὀλισθανόντων τὸ μὲν ἄρθρον ἀπωθέειν ἐς τὴν φύσιν, τὸ δὲ πῆχυ ἐς τὸ καταπρηνὲς μᾶλλον ῥέποντα περιάγειν. τὰ μὲν πλεῖστα ἀγκῶνος τοιαῦτα ὀλισθήματα. ἢν δὲ ὑπερβῇ τὸ ἄρθρον ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα ὑπὲρ τὸ ὀστέον τοῦ πήχεος τὸ ἐξέχον ἐς τὸ κοῖλον τοῦ βραχίονος, γίνεται μὲν οὖν ὀλιγάκις τοῦτο, ἢν δὲ || γένηται, οὐκ ἔτι ὁμοίως ἡ κατάτασις ἡ ἐς ἰθυωρίην γενομένη ἐπιτηδείη τῶν τοιουτέων ὀλισθημάτων. κωλύει γὰρ ἐν τῇ

brachium in directum extendere, ita ut unus ad manus juncturam intendat, alter ſub ala comprehenſum retineat, medicus autem altera manu ad emotum articulum admota, prominentiore palmae parte propellat, altera vero prope articulum injecta in contrariam partem impellat. Atque hujusmodi luxationes non aegre repoſitioni parent, ſi prius, quam inflammatione occupentur, recondantur. Ut plurimum autem magis in interiorem partem elabuntur, luxantur quoque et in exteriorem. Quae habitu manifeſta fiunt, eaque plerumque etiam absque valida intenſione in ſuas ſedes reſtituuntur. In his autem quae in interiorem partem elabuntur, articulum in naturalem ſedem propellere oportet, cubitum vero in pronum magis converſum circumagere. Atque magna quidem ex parte quae in cubiti flexu luxationes contingunt, ſunt hujusmodi. Quod ſi articulus in hanc vel illam partem ultra cubiti os, quod in brachii cavum prominet, moveatur, quod quidem raro contingit, ſed ſi accidat, non amplius ſimiliter extenſio in directum facta ad hujusmodi luxata accommodata fuerit. In hujusmodi namque extenſione quod a cubito prominet, quo minus bra-

Ed. Chart. XII. [265.] Foes. I. 777. Ed. Lind. II. (751.)

τοιαύτη κατατάσει τὸ ἀπὸ τοῦ πήχεος ὑπερέχον ὀστέον τὴν ὑπέρβασιν τοῦ βραχίονος. χρὴ τοίνυν τοῖσιν οὕτως ἐκβεβληκόσι τὴν κατάτασιν ποιέεσθαι τοιαύτην, οἵη περ πρόσθεν γέγραπται, ἐπὴν τις ὀστέα βραχίονος κατεηγότα ἐπιδέῃ, ἀπὸ μὲν τῆς μασχάλης ἐς τὸ ἄνω τείνεσθαι, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀγκῶνος αὐτοῦ ἐς τὸ κάτω ἀναγκάζειν. οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα ὁ βραχίων ὑπερεωρηθείη ὑπὲρ τῆς ἑωυτοῦ βαθμίδος. ἢν δὲ ὑπερεωρεωθῇ, ῥηϊδίη ἡ κατάτασις τοῖσι θέναρσιν τῶν χειρῶν. τὸ μὲν ἐξωτερὸς τοῦ βραχίονος ἐμβάλλοντα ὠθέειν, τὸ δὲ ἐς τὸ τοῦ πήχεος ὀστέον τὸ παρὰ τὸ ἄρθρον ἐμβάλλοντα ἀντωθέειν, τὸν αὐτὸν τρόπον ἄμφω, ἧσσον μέντοι. ἡ τοιαύτη κατάτασις τοῦ τοιούτου ὀλισθήματος δικαιοτάτη. ἐμβληθείη δὲ καὶ ἀπὸ τῆς ἐς ἰθὺ κατατάσιος, ἧσσον δὲ ἢ οὕτω.

Ἢν δὲ ἐς τοὔμπροσθεν ὀλισθῇ ὁ βραχίων, ἐλαχιστάκις μὲν τοῦτο γίνεται, ἀλλὰ τί ἂν ἐξαπίνης ἐκπάλησις οὐκ ἐκβάλλοι; πολλὰ γὰρ καὶ παρὰ τὴν οἰκείην φύσιν ἐμπίπτει, κὴν μέγα τι ἦν τὸ κωλῦον. ταύτῃ δὲ τῇ ἐκπαλήσει μέγα τι

chium supra ferri possit prohibet. In his igitur quae sic suo loco mota sunt, ejusmodi extensionem adhibere convenit, quae prius descripta est ubi quis brachii fracta ossa deligat, ita ut ab ala quidem in superiorem partem tensio fiat, ab ipso autem cubiti gibbo deorsum cogamus. Hac enim maxime ratione brachium supra suum sinum sublime tolletur. Quod si accidat, facile in suam sedem reconduntur, ubi manuum palmis partim quidem os brachii elapsum propellentes reponimus, partim vero os cubiti quod juxta articulum est, in partem contrariam impellimus, in utroque eodem modo, minus tamen. Atque haec distentio in hoc luxamento justissima videtur. Quin et intensione in directum in suam sedem recondi queat, minus tamen quam si hoc modo intendatur.

At si in anteriorem partem brachium elabitur, quod quidem raro admodum contingit, sed quid non ejicit repentina motio? Multa namque suis sedibus excidunt, etsi magnum quoddam sit impedimentum. In hac autem articuli

Ed. Chart. XII. [266. 267.] Foës. I. 777. Ed. Lind. II. (751. 752.)

τὸ ὑπερβαινόμενον τὸ ὑπὲρ τὸ παχύ(752)τερον τῶν ὀστέων καὶ τῶν νεύρων συχνὴ κατάτασις. ὅμως δὲ δή τισιν ἐξεπάλησεν. σημεῖον δὲ τοῖς οὕτως ἐκπαλήσασιν. οὐδὲν γὰρ χρῆμα τοῦ ἀγκῶνος κάμψαι δύνανται. εὔδηλον δὲ καὶ τὸ ἄρθρον φαινόμενον. ἢν μὲν οὖν μὴ αὐτίκα ἐμβληθῇ, ἰσχυραὶ καὶ βίαιοι φλεγμοναὶ καὶ πυρετώδεες γίνονται· ἢν δὲ δὴ αὐτίκα τις παρατύχῃ, εὐέμ[267]βολον. χρὴ δὲ ὀθόνιον σκληρὸν εἱλιγμένον ἀρκέσει μὴ μέγα ἐνθέντα πλάγιον ἐς τὴν καμπὴν τοῦ ἀγκῶνος ἐξαπίνης ξυγκάμψαι τὸν ἀγκῶνα καὶ προσαγαγεῖν ὡς μάλιστα τὴν χεῖρα πρὸς τὸν ὦμον. ἱκανὴ μὲν οὖν αὕτη ἡ ἐμβολὴ τοῖσιν οὕτω ἐκπαλήσασιν. ἀτὰρ καὶ ἐς τὸ ἰθὺ κατάτασις δύναται εὐθετίζειν τοῦτον τὸν τρόπον τῆς ἐμβολῆς. τοῖσι μέντοι θέναρσιν τῆς χειρὸς χρὴ τὸν μὲν ἐμβάλλοντα ἐς τὸ τοῦ βραχίονος ἐξέχον τὸ παρὰ τὴν καμπὴν ὀπίσω ἀπωθέειν, τὸν δέ τινα κάτωθεν ἐς τὸ τοῦ ἀγκῶνος ὀξὺ ἐμβάλλοντα ἀπωθέειν ἐς τὴν ἰθυωρίην τοῦ πήχεος. ῥέποντα. δύναται δὲ ἐν τουτέῳ τῷ τρόπῳ τῆς ὀλισθήσιος κἀκείνῃ

emotione magnum quiddam supra os crassius fertur et multa nervorum contentio, nihilominus tamen quibusdam sua compage movetur. Hujus autem emotionis indicium est, quod nulla ex parte cubitum flectere queunt, et articulus ad contactum manifestus est. Nisi igitur subito reconditus fuerit, graves vehementesque inflammationes cum febre oriuntur. Quod si statim occurratur, nullo negotio in suam sedem reponitur. Oportet autem linteo duro convoluto non magno in cubiti flexu transverso imposito derepente cubitum inflectere et manum quam maxime fieri potest ad humeri caput adducere. Haec igitur reponendi ratio iis quidem sic emotis abunde est. Quin etiam in directum distentio hunc repositionis modum adaptare potest. Prominentioribus tamen manuum palmis ad brachii partem ad flexuram quidem extantem injectis, alter in posteriorem partem propellere, alter vero ab inferiore parte iisdem in cubiti eminentiam injectis, in contrariam partem e regione cubiti impellere debet. Ad hunc quoque luxationis modum

Ed. Chart. XII. [267.] Foes. I. 777. 778. Ed. Lind. II. (752. 753.)

ἡ κατάτασις ἡ πρόσθεν γεγραμμένη, ὡς χρὴ κατατείνειν τὰ ὀστέα τοῦ βραχίονος κατεηγότα, ἐπὴν μέλλωσιν ἐπιδεῖσθαι. ἐπὴν δὲ καταθῇ, οὕτω χρὴ τοῖσι θέναρσι τὰς προσβολὰς ποιέεσθαι, ὥσπερ καὶ πρόσθεν γέγραπται.

|| Ἢν δὲ εἰς τοὐπίσω βραχίων ἐκπέσῃ, ὀλιγάκις δὲ τοῦτο γίνεται, ἐπωδυνώτατον δὲ τοῦτο πάντων καὶ πυρετωδέστατον ξυνεχέων πυρετῶν καὶ ἀκρητοχόλων, θανατωδέων καὶ ὀλιγημερέων, οἱ τοιοῦτοι ἐκτανύειν οὐ δύνανται. ἢν μὲν οὖν αὐτίκα παρατύχοις, βιάσασθαι χρὴ ἐκκατανύσαντα τὸν ἀγκῶνα (753) καὶ αὐτόματον ἐμπίπτει. ἢν δέ γε φθάσῃ πυρετήνας, οὐκ ἔτι χρὴ ἐμβάλλειν. κατατείνειεν γὰρ ἂν ἡ ὀδύνη ἀναγκαζομένου. ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, οὐδ᾽ ἄλλο χρὴ ἄρθρον πυρεταίνοντι ἐμβάλλειν, ἥκιστα δὲ ἀγκῶνα. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα σίνεα κατ᾽ ἀγκῶνα καὶ ὀχλώδεα. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ παχύτερον ὀστέον ἐστὶν ὅτε ἐκινήθη ἀπὸ τοῦ ἑτέρου, τὸ οὔτε ξυγκάμπτειν οὔτε κατατανύειν ὁμοίως δύναται. δῆλον δὲ γίνεται ψαυόμενον κατὰ τὴν ξύγκαμψιν τοῦ ἀγκῶνος παρὰ τὴν δια-

adhiberi poteſt intendendi ratio prius deſcripta, qua oſſa brachii fracta, ubi devincienda ſunt, extenduntur. Atque ubi diſtentio facta eſt prominentioribus manuum partibus admotis, velut prius dictum eſt, conſormare oportet.

At ſi poſteriorem in partem brachium exciderit, quod tamen raro contingit, is caſus maximos omnium dolores febresque aſſiduas mere bilioſas, lethales et quae intra paucos dies hominem e vita tollant, inducit. Quibus id accidit, brachium extendere nequeunt. Si ergo ſtatim a principio affueris, vi cubitum intendere oportet ac ſponte in ſuum locum reſtituetur. Quod ſi febris praeoccuparit, recondi non amplius debet. Vi enim adhibita dolor intenderetur. Ac, ut uno verbo dicam, neque ullus alius articulus, ac minime omnium cubitus, dum febris adeſt, in ſuam ſedem compellendus eſt. Aliae quoque graves noxae ac moleſtae in cubiti gibbo contingunt. Nempe os iſtud craſſius quandoque ab altero dimovetur, tuncque neque curvari neque extendi ſimiliter brachium poteſt. Id autem manifeſtum fit, ſi quis cubiti flexum, qua vena ſcinditur et ſupra

Ed. Chart. XII. [266. 268.] Foes. I. 778. Ed. Lind. II. (753. 754.)

σχίδα τῆς φλεβὸς τὴν ἄνωθεν τοῦ μυὸς τείνουσαν. οἷσι δὲ τὸ τοιοῦτον, οὐκ ἔτι ῥηΐδιον ἐς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν ἀγαγεῖν. οὐδὲ γὰρ ἄλλην οὐδεμίην ῥηΐδιον ξυμφυάδα κοινὴν δύο ὀστέων κινηθεῖσαν ἐς τὴν ἀρχαίην φύσιν ἱδρυνθῆναι, ἀλλ' ἀνάγκη ὄγκον ἴσχειν τὴν διάστασιν. ὡς δ' ἐπιδέειν χρὴ ἐν ἄρθρῳ ἐν τῇ κατὰ σφυρὸν ἐπιδέσει εἴρηται. ἔστι δ' οἷσι κατήγνυται τοῦ πήχεος τὸ ὀστέον τὸ ὑποτεταγμένον τῷ βραχίονι. ὅτε μὲν τὸ χονδρῶδες αὐτοῦ ἀφ' οὗ πέφυκεν ὁ τένων ὄπισθεν τοῦ βραχίονος, καὶ ἐπὴν τοῦτο κινηθῇ, πυρετῶδες καὶ κακόηθες γίνεται, τὸ μέντοι ἄρθρον μένει ἐν τῇ ἑωυτοῦ χώρῃ. ἴσως γὰρ ἡ βάσις αὐτέου ταύτῃ ὑπερέχει. ὅταν δὲ [268] ἀπαγῇ ταύτῃ ᾗ ὑπερέχει ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος, πλανωδέστερον τὸ ἄρθρον γίνεται, ἢν παντάπασιν ὑποκαυλισθῇ. ἀσινέστερα δὲ, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰρῆσθαι, πάντα τὰ κατηγνύμενα τῶν ὀστέων ἐστὶν ἢ οἷσι τὰ μὲν ὀστέα οὐ κατάγνυται, φλέβες δὲ καὶ νεῦρα ἐπίκαιρα ἀμφιφλᾶται ἐν τούτοισι τοῖσι χωρίοισιν. ἐγγυτέρω γὰρ θανάτου πελάζει ταῦτα ἢ ἐκεῖνα, ἢν ἐκπυρωθῇ (754) ξυνεχεῖ πυρετῷ. ὀλίγα γε μὲν

lacertum fertur, manu contingat. Quod ubi accidit, non facile in suam naturam restituitur. Neque enim ulla alia duorum inter se ossium connexio, ubi dimota est, facile in pristinam sedem reponitur, verum diductis ossibus eam partem turgidiorem esse necesse est. Qua autem ratione articulus vinciendus sit, in malleoli deligatione dictum est. Interdum vero os cubiti brachio subjectum frangitur, quandoque etiam cartilaginea ejus pars, ex qua tendo in posteriore brachii parte enascitur. Quod cum fit, febrem et maligna vitia inducit. Articulus tamen suo loco manet, aequaliter enim ipsius basis hac parte excedit. Cum vero qua parte brachii caput supereminet discesserit, magis vagatur articulus quam si penitus transversus frangatur. Ac, ut uno verbo complectar, minores noxae sunt sub ossibus fractis quam si iis non fractis, venae tamen ac nervi insignes iis locis conterantur. Haec enim magis quam illa praecipitant, si febre continua incendantur. Verum hujusmodi

Ed. Chart. XII. [268.] Foes. I. 778. 779. Ed. Lind. II. (754.)

τὰ τοιαῦτα κατήγματα γίνεται. ἔστι δ' ὅτε αὕτη ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος κατὰ τὴν ἐπίφυσιν κατάγνυται. οὕτω δὲ δοκέω κακοσινώτερον εἶναι πολλῷ, πολλῷ τινὶ εὐηθέστερον τῶν κατ' ἀγκῶνα σινέων ἐστίν. ὡς μὲν οὖν ἕκαστα τῶν ὀλισθημάτων ἁρμόσει ἐμβάλλειν καὶ μάλιστα ἰητρεύειν γέγραπται, καὶ ὅτι παραχρῆμα ἐμβάλλειν καὶ μάλιστα ἄρθρον ξυμφέρει διὰ τὸ τάχος τῆς φλεγμονῆς τῶν νεύρων. καὶ γὰρ ἢν ἐκπεσόντα αὐτίκα ἐμπέσῃ, ὁμοίως φιλέει τὰ νεῦρα ξύντασιν ποιέεσθαι καὶ κωλύειν ἐπὶ πόσον χρόνον τήν τε ἔκτασιν ὅσην περ φιλέει ποιέεσθαι, τήν τε ξύγκαμψιν. ἰητρεύειν δὲ πάντα παραπλησίως ταῦτα ξυμφέρει καὶ ὁκόσα ἄγνυται || καὶ ὁκόσα διΐσταται καὶ ὁκόσα ὀλισθαίνει. πάντα γὰρ χρὴ ὀθονίοισι πολλοῖσι καὶ σπλήνεσιν καὶ κηρωτῇ ἰητρεύειν, ὥσπερ καὶ τἄλλα κατήγματα. τὸ δὲ σχῆμα τοῦ ἀγκῶνος ἐν τούτοισι παντάπασι δεῖ τοιοῦτον ποιέεσθαι, οἷόν περ οἷσιν βραχίων ἐπεδεῖτο καταγεὶς καὶ πῆχυς. κοινότατον μὲν γὰρ πᾶσι τοῖσιν ὀλισθήμασιν καὶ τοῖσι κινήμασιν καὶ τοῖσι κατήγμασιν

quidem fracturae raro evenire consueverunt. Interdum quoque ipsum brachii caput juxta productionem frangitur. Idque cum longe magis noxium esse videatur, iis quae circa cubitum contingunt multo est levius. Qua igitur ratione luxata singula in suas sedes reponi potissimumque curari conveniat, scriptum est, quodque articulum protinus in suum locum compelli ob celerem nervorum inflammationem maxime conferat. Etenim si quae suo loco mota sunt statim recondantur, una etiam nervi contendi solent, aliquantoque tempore consuetam tum extensionem tum inflexionem impedire. Haec autem omnia simili modo curare convenit, tum quae franguntur tum quae inter se dissident tum quae luxantur. Cuncta enim pluribus fasciis et spleniis ac cerato haud aliter quam reliquae fracturae curanda sunt. In his etiam cubiti gibbum talem prorsus habitum habere convenit, qualis ubi brachium fractum aut cubitus deligabatur. His enim omnibus tam luxationibus quam emotionibus et fracturis maxime communis est habitus, nec non

Ed. Chart. XII. [268.] Foës. I. 779. Ed. Lind. II. (754. 755.)

τοῦτο τὸ σχῆμά ἐστιν. κοινότατον δὲ πρὸς τὴν ἔπειτα διάτασιν καὶ τὸ ἐκτανύειν ἕκαστα καὶ ξυγκάμπτειν. ἐντεῦθεν γὰρ ὁδοὶ ἐς ἀμφότερα παραπλήσιοι. εὐχώτατον δὲ καὶ εὐαναάληπτον αὐτῷ τῷ κάμνοντι τοῦτο τὸ σχῆμα. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις εἰ ἄρα κρατηθείη ὑπὸ τοῦ πωρώματος, εἰ μὲν ἐκτεταμένη ἡ χεὶρ κρατηθείη, κρέσσων ἂν εἴη μὴ προσεοῦσα. πολλῷ μὲν γὰρ κώλυμα εἴη, ὠφελείη δὲ ὀλίγον. εἰ δ᾽ αὖ ξυγκεκαμμένη, μᾶλλον (755) εὔχρηστος ἂν εἴη. πολλῷ δὲ εὐχρηστοτέρη εἰ τὸ διὰ μέσου σχῆμα ἔχουσα πωρωθείη κρέσσων. τὰ μὲν περὶ τοῦ σχήματος τοιαῦτα.

Ἐπιδεῖν δὲ χρὴ τήν τε ἀρχὴν τοῦ πρώτου ὀθονίου βαλλόμενον κατὰ τὸ βλαφθὲν, ἤν τε καταγῇ ἤν τε ἐκστῇ ἤν τε διαστῇ, καὶ τὰς περιβολὰς τὰς πρώτας κατὰ τοῦτο ποιέεσθαι καὶ ἐρηρείσθω μάλιστα ταύτῃ, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἐπὶ ἧσσον. τὴν δὲ ἐπίδεσιν κοινὴν ποιέεσθαι χρὴ τοῦ τε πήχεος καὶ τοῦ βραχίονος, καὶ ἐπὶ πουλὺ πλέον ἑκάτερον ἢ ὡς οἱ πλεῖστοι ποιέουσιν, ὅκως ἐξαρύεται ὡς μάλιστα ἀπὸ τοῦ σίνεος τὸ οἴδημα ἔνθεν καὶ ἔνθεν. προσεπιβαλλέσθω

ad eam quae postea sequitur distentionem, et ad singula extendenda et flectenda. Inde enim similes ad utraque viae ineundae sunt. Praeterea hoc habitu aegroto membrum facile continetur et appensum excipitur. Ad haec etiam ubi callus firmandus est, si quidem porrecta manu callus obducatur, eum minime adesse praestaret, cum magno sit impedimento, parum vero prosit: sin autem manu inflexa callus obducitur, magis ex usu fuerit. At longe expeditius meliusque fuerit, si manu medio habitu collocata callus obfirmetur. Ac de habitu quidem hactenus.

Deligare vero oportet primo fasciae capite ad laesam partem injecto, sive fracta sit sive exciderit sive dehiscat, ibique primas convolutiones circumdare, ita ut ea parte maxime obfirmentur, sed utrimque minus. Vinculo quoque cubitus et brachium communiter comprehendendum, quod utriusque multo majorem partem occupet quam plerique soleant, quo quam longissime a loco laeso in hanc vel illam partem tumor exprimatur. Vinculo insuper eminentia etiam

δὲ καὶ τὸ ὀξὺ τοῦ πήχεος, ἦν τὸ σῖνος κατὰ τοῦτο ᾖ ἤν τε μὴ, ἵνα τὸ οἴδημα ἐνταῦθα περὶ αὐτὸ ξυλλέγηται. περιφεύγειν δὲ χρὴ ἐν τῇ ἐπιδέσει ὅκως μὴ κατὰ τὴν καμπὴν πολλῷ τοῦ ὀθονίου ἠθροισμένον ἔσται ἐκ τῶν δυνατῶν. πεπιέχθαι δὲ κατὰ τὸ σῖνος ὡς μάλιστα, καὶ τὰ ἄλλα καταλαβέτω αὐτὸν περὶ τῆς πιέξιος καὶ τῆς χαλάσιος. ταῦτα καὶ κατὰ τοὺς αὐτοὺς χρόνους [269] ἕκαστα ὥσπερ τῶν ὀστέων τῶν κατεηγότων ἐν τῇ ἰητρείῃ πρόσθεν γέγραπται, καὶ αἱ μετεπιδέσιες διὰ τρίτης ἔστωσαν. χαλῶν δὲ δοκεέτω τῇ τρίτῃ, ὥσπερ καὶ τότε, καὶ νάρθηκας προσπεριβάλλειν ἐν τῷ ἱκνεομένῳ χρόνῳ. οὐδὲν γὰρ ἀπὸ τρόπου καὶ τοῖσι τὰ ὀστέα κατεηγόσι καὶ τοῖσι μὴ, ἢν μὴ πυρεταίνῃ. ὡς χαλαρωτάτους δὲ τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ βραχίονος κατατεταγμένους, τοὺς δὲ ἀπὸ τοῦ πήχεος κειμένους. ἔστωσαν δὲ μὴ παχέες οἱ νάρθηκες. ἀναγκαῖον δὲ καὶ ἀνίσους αὐτοὺς εἶναι ἀλλήλοισιν, παραλλάσσειν δὲ παρ' ἀλλήλους, ᾗ ἂν ξυμφέρει τεκμαιρόμενον πρὸς τὴν (756) ξύγκαμψιν. ἀτὰρ καὶ τῶν σπληνῶν τὴν πρόσθεσιν τοιαύτην χρὴ ποιέεσθαι, ὥσπερ καὶ τῶν ναρ-

cubiti circumdanda, ſive ea parte noxa ſit ſive non, ut ne circa ipſam tumor colligatur. Vitandum etiam in vinciendo, quoad ejus fieri poterit, ne vinculum ad cubiti flexum multum coacervetur. Compreſſio quoque quam maxime qua parte noxa eſt facienda, caeteraque, quod ad vinculi compreſſionem ac laxamentum attinet, eadem iisdemque temporibus ſingula adhibenda, quae in oſſium fractorum curatione prius ſcripta ſunt. Tum tertio quoque die vincula reſolvenda. Tertio item die laxa eſſe ſentiantur, non ſecus ac in fracturis. Ferulae quoque ſuo tempore circumdandae. Nihil enim abſurdum eſt, tam iis quibus oſſa fracta ſunt quam quibus fracta non ſunt adhibere, niſi febris adſuerit. Quam laxiſſimae autem partim quidem ad brachium adaptentur, partim etiam ad cubitum collocentur, neque eae craſſae. Admoveri quoque eas inaequales neceſſe eſt ac inter ſe cedentes, quatenus conſerat conjectura ad flexum adhibita. Quin et ſplenia eadem ratione, qua ferulas dixi-

θήκων εἴρηται, ὀγκηροτέρους δὲ ὀλίγῳ κατὰ τὸ σῖνος προστιθέναι. τοὺς δὲ χρόνους τοὺς ἀπὸ τῆς φλεγμονῆς τεκμαίρεσθαι καὶ ἀπὸ τῶν πρόσθεν γεγραμμένων.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΡΘΡΩΝ.

[289] || (756) Ὤμου δὲ ἄρθρον ἕνα τρόπον οἶδα ὀλισθαίνον τὸν ἐς τὴν μασχάλην. ἄνω δὲ οὐδέποτε εἶδον οὐδὲ ἐς τὸ ἔξω. [290] οὐ μέντοι διϊσχυριείω γε, εἰ ὀλισθαίνοι ἂν ἢ οὔ, καίπερ ἔχων περὶ αὐτοῦ ὅ τι λέγω. ἀτὰρ οὐδὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν οὐδέπω ὄπωπα, οὐδὲ τοῦτο ὅτι ἔδοξέ μοι ὠλισθηκέναι. τοῖσι μέντοι ἰητροῖσι δοκέει κάρτα ἐς τοὔμπροσθεν ὀλισθαίνειν, καὶ μάλιστα ἐξαπατῶνται ἐν τούτοισιν, ὧν ἂν φθίσις καταλάβῃ τὰς σάρκας τὰς περὶ τὸ ἄρθρον τε καὶ τὸν βραχίονα. φαίνεται γὰρ ἐν τοῖσι τοιούτοισι παντάπασιν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐξέχουσα ἐς τοὔμπροσθεν. ἐγὼ δέ ποτε τὸ τοιοῦτον οὐ φὰς ἐκπεπτωκέναι ἤκουσα φλαύρως ὑπό τε τῶν ἰητρῶν ὑπό τε τῶν δημοτέων διὰ τοῦτο τὸ πρῆγμα· ἐδόκεον γὰρ αὐτοῖσι ἠγνοηκέναι μοῦνος, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες

mus, ſunt apponenda, ſed qua parte vitium eſt, paulo pleniora. Temporis vero opportunitatem cum ex inflammatione tum ex iis quae ſupra ſcripta ſunt conjicere oportet.

HIPPOCRATIS DE ARTICVLIS LIBER.

Humeri articulum uno modo, in alam videlicet, excidere vidi, nunquam autem in ſuperiorem aut exteriorem partem. Non tamen excidat necne contenderim, licet de eo aliquid dicere poſſim. Verum neque in priorem partem unquam vidi, nec excidere poſſe exiſtimo. Etſi quibusdam medicis eam in partem plurimum luxari videtur. Sed maxime falluntur in iis, quorum carnes circa articulum et brachium tabes occupavit. In quibus brachii caput in anteriorem partem prominere prorſus videtur. Atque ego cum aliquando hujusmodi articulum excidiſſe negarem, eam ob rem tum apud medicos tum apud vulgum male audivi. Solus enim ignarus, alii vero omnes periti ſunt habiti, rem-

Ed. Chart. XII. [290. 292. 293.] Foës. I. 780. Ed. Lind. II. (756. 757.)

ἐγνωκέναι καὶ οὐκ ἠδυνάμην αὐτοὺς ἀναγνῶσαι, εἰ μὴ μόλις ὅτι τόδ᾽ ἐστὶ τοιόνδε. [292] εἴ τις του βραχίονος ψιλώσειε μὲν τῶν (757) σαρκέων τὴν ἐπωμίδα, ψιλώσειε δὲ ᾗ ὁ μῦς ἀνατείνει, ψιλώσειε δὲ τὸν τένοντα τὸν κατὰ τὴν μασχάλην καὶ τὴν κληῗδα πρὸς τὸ στῆθος ἔχοντα, φαίνοιτο ἂν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐς τοὔμπροσθεν ἐξέχουσα ἰσχυρῶς, καίπερ οὐκ ἐκπεπτωκυῖα. πέφυκε γὰρ ἐς τοὔμπροσθεν προπετὴς ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος. τὸ δ᾽ ἄλλο ὀστέον τοῦ βραχίονος ἐς τὸ ἔξω καμπύλον. ὁμιλέει δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ τῆς ὠμοπλάτης πλάγιος, ὅταν παρὰ τὰς πλευρὰς παρατεταμένος ἔῃ, ὅταν μέντοι ἐς τοὔμπροσθεν ἐκτανυσθῇ ἡ ξύμπασα χεὶρ, τότε ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος κατ᾽ ἴξιν τῆς ὠμοπλάτης τῷ κοίλῳ γίνεται, καὶ οὐκ [293] ἔτι ἐξέχειν ἐς τοὔμπροσθεν φαίνεται. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος οὐδέποτε εἶδον, οὐδὲ εἰς τοὔμπροσθεν ἐκπεσὸν, οὐ μὴν ἰσχυρισαίω γε οὐδὲ περὶ τούτου, εἰ μὴ ἐκπέσῃ ἂν οὕτως ἢ οὔ. ὅταν οὖν ἐκπέσῃ ὁ βραχίων ἐς τὴν μασχάλην, ἅτε πολλοῖσιν ἐκπίπτοντος, πολλοὶ ἐπίστανται ἐμβάλλειν. εὐπαίδευτον δέ ἐστι τὸ εἰδέναι πάντας

que ita se habere vix illis persuadere potui. Si quis ex brachio, superiore humeri parte, carnem detraxerit, ex ea quidem parte, qua musculus sursum tendit, tendonem quoque nudarit, qui juxta alam et jugulum ad pectus fertur, brachii caput, licet non exciderit, anteriore parte multum prominere conspicietur. Natura enim brachii caput in anteriorem partem pronum est, reliquum vero brachii os in exteriorem partem incurvatur. Brachium vero lati scapularum ossis cavo adjacet, ubi ad costas porrigitur. At cum in anteriorem partem manus tota extenditur, tunc brachii caput recta cavum lati scapularum ossis spectat, neque amplius anteriore parte prominere videtur. Sed quod in proposita quaestione versatur, nunquam anteriorem in partem prolapsum vidi, neque tamen de eo sic excidat necne verbis contenderim. Ubi igitur brachium in alam elabitur, cum multis contingat, complures id in suam sedem reponere norunt. Omnes autem nosse modos quibus medici recon-

Ed. Chart. XII. [293. 295. 296.] Foes. I. 780. Ed. Lind. II. (757. 758.)
τοὺς τρόποις οἷσιν οἱ ἰητροὶ ἐμβάλλουσι καὶ ὡς ἄν τις αὐτοῖς τοῖσι τρόποισι τούτοισι μάλιστα χρῷτο. χρέεσθαι δὲ χρὴ τῷ κρατίστῳ τῶν τρόπων, ἢν τὴν ἰσχυροτάτην ἀνάγκην ὁρᾷς. κράτιστος δὲ ὁ ὕστατος γεγραψόμενος. ὅσοισι μὲν οὖν πυκινὰ ἐκπίπτει ὁ ὦμος, ἱκανοὶ ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον αὐτοὶ σφίσιν αὐτοῖσιν ἐμβάλλειν εἰσίν. ἐνθέντες γὰρ τῆς ἑτέρης χειρὸς τοὺς κονδύλους ἐς τὴν μασχάλην, ἀναγκάζουσιν ἄνω τὸ ἄρθρον. τὸν δὲ ἀγκῶνα παράγουσιν ἐπὶ τὸ στῆθος. [295] τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον τοῦτον καὶ ὁ ἰατρὸς ἂν ἐμβάλλοι, εἰ αὐτὸς μὲν ὑπὸ τὴν μασχάλην ἐσωτέρω τοῦ ἄρθρου ἐκπεπτωκότος, ὑποτείνας (758) τοὺς δακτύλους ἀναγκάζοι ὑπὸ τῶν πλευρέων ἐμβάλλων τὴν ἑωυτοῦ κεφαλὴν ἐς τὸ ἀκρώμιον, ἀντερείσιος ἕνεκα, τοῖσι δὲ γούνασι παρὰ τὸν ἀγκῶνα ἐς τὸν βραχίονα ἐμβαλὼν ἀντωθέῃ πρὸς τὰς πλευράς. ξυμφέρει δὲ κρατερὰς τὰς χεῖρας ἔχειν τὸν ἐμβάλλοντα, ἢ αὐτὸς μὲν τῇσι χερσὶ καὶ τῇ κεφαλῇ οὕτω ποιοίη. ἄλλος δέ τις τὸν ἀγκῶνα παράγοι παρὰ τὸ στῆθος. [296] ἔστι δὲ ἐμβολὴ ὤμου καὶ ἐς τοὐπίσω ὑποβάλλοντα τὸν πῆχυν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔπειτα

dere consueverunt, quaque ratione his quam optime quis utatur, eruditi est. Modus quoque optimus adhibendus, ubi validissima vi opus esse conspexeris. Optimus vero ille est, qui postremus paulo post adscribetur. Quibus igitur humerus frequenter elabitur, ii per se ut plurimum in suam sedem reponere possunt. Immissis enim sub alam alterius manus digitorum nodulis, articulum sursum propellunt, cubiti vero gibbum ad pectus adducunt. Ad hunc quoque modum medicus in suum locum compellet, si interiore articuli prolapsi parte sub alam immissis digitis, ipse quidem capite ad summum humerum obfirmato a costis reducat, genibus vero ad cubiti flexum brachio admotis ad costas repellat. At qui reponit, manus eum habere robustas convenit, aut ipse quidem manibus et capite id praestet, alius vero quidam cubiti gibberum ad pectus adducat. Reponitur quoque humerus, si cubito in posteriorem partem ad spinam reducto, tum altera manu quod in cubito eminet sursum re-

Ed. Chart. XII. [296. 297.] Foes. I. 780. 781. Ed. Lind. II. (758.)

τῇ μὲν ἑτέρῃ χειρὶ ἀνακλᾷν ἐς τὸ ἄνω τοῦ ἀγκῶνος ἐχόμενον, τῇ δὲ ἑτέρῃ παρὰ τὸ ἄρθρον ὄπισθεν ἐνερείδειν. [297] αὕτη ἡ ἐμβολὴ καὶ ἡ πρόσθεν εἰρημένη οὐ κατὰ φύσιν ἐοῦσαι ὅμως ἀμφιβάλλουσαι τὸ ἄρθρον, ἀναγκάζουσιν ἐμπίπτειν.

|| Οἱ δὲ τῇ πτέρνῃ πειρώμενοι ἐμβάλλειν ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν ἀναγκάζουσι. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἄνθρωπον χαμαὶ κατακλῖναι ὕπτιον, τὸν δὲ ἐμβάλλοντα χαμαὶ ἵζεσθαι ἐφ' ὁκότερα ἂν τὸ ἄρθρον ἐκπεπτώκῃ. ἔπειτα λαβόμενον τῇσι χερσὶ τῇσιν ἑωυτοῦ τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς κατατείνειν αὐτὴν, τὴν δὲ πτέρνην ἐς τὴν μασχάλην ἐμβάλλοντα ἀντωθέειν, τῇ μὲν δεξιῇ ἐς τὴν δεξιὴν, τῇ δὲ ἀριστερῇ ἐς τὴν ἀριστερήν. δεῖ δὲ ἐς τὸ κοῖλον μασχάλης ἐνθεῖναι στρογγύλον τι ἐναρμόττον. ἐπιτηδειόταται δὲ αἱ πάνυ σμικραὶ σφαῖραι καὶ σκληραὶ πολλαὶ ἐκ τῶν σκυτέων ῥάπτονται. ἢν γὰρ μή τι τοιοῦτον ἐγκέηται, οὐ δύναται ἡ πτέρνη ἐξικνέεσθαι πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. κατατεινομένης γὰρ τῆς χειρὸς κοιλαίνεται ἡ μασχάλη, οἱ γὰρ τένοντες οἱ ἔνθεν καὶ ἔνθεν τῆς μασχάλης ἀντισφίγγοντες ἐναντίοι εἰσί. χρὴ δέ τινα ἐπὶ

flectatur, altera vero articulus retro obfirmetur. Hic reponendi modus cum superiore, etsi non sunt secundum naturam, articulum tamen circumducentes in suam sedem compellunt.

At qui calce reponere tentant, ii prope ad naturalem repositionem accedunt. Homine quidem humi supino reclinato, eum qui reponit humi sedere quam in partem articulus exciderit, oportet, deinde affecta manu suis manibus apprehensa, eam extendere, calce vero sub alam immisso, dextro quidem in dextram, sinistro in sinistram, in contrariam partem impellere. In alae cavum autem immitti rotundum aliquid quod congruat debet. Quam ad rem maxime accommodatae sunt parvae admodum pilae ac durae, quales multae e corio sui assolent. Nisi enim quid tale indatur, ad brachii caput calx pervenire nequit. Manu quippe extensa ala cavatur, tendonibus hinc et inde alam adversum inter se constringentibus. Alius vero ab altera

θάτερα τοῦ κατατεινομένου καθήμενον κατέχειν κατὰ τὸν ὑγιέα ὦμον, ὡς μὴ περιέλκηται (759) τὸ σῶμα τῆς χειρὸς τῆς σιναρῆς ἐπὶ θάτερα τεινομένης. ἔπειτα ἱμάντος μαλθακοῦ πλάτος ἔχοντος ἱκανὸν, ὅταν ἡ σφαῖρα ἐντεθῇ εἰς τὴν μασχάλην περὶ τὴν σφαίρην, περιβεβλημένου τοῦ ἱμάντος καὶ κατέχοντος, λαβόμενον ἀμφοτερέων τῶν ἀρχῶν τοῦ ἱμάντος ἀντικατατείνειν τινὰ ὑπὲρ κεφαλῆς τοῦ κατατεινομένου καθήμενον τῷ ποδὶ προσβάντα πρὸς τοῦ ἀκρωμίου τὸ ὀστέον. ἡ δὲ σφαίρη ὡς ἐσωτάτω καὶ ὡς μάλιστα πρὸς τῶν πλευρέων κείσθω καὶ μὴ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ βραχίονος. [298] ἔστι δὲ καὶ ἄλλη ἐμβολὴ, ὡς κατωμίζουσιν ἐς ὀρθόν. μείζω μέντοι εἶναι χρὴ τὸν κατωμίζοντα, διαλαβόντα δὲ τὴν χεῖρα ὑποθεῖναι τὸν ὦμον τὸν ἑωυτοῦ ἐπὶ τὴν μασχάλην ὀξὺν, κἄπειτα ὑποστρέψαι, ὡς ἂν ἐνίζηται ἕδρῃ οὕτω στοχασάμενον ὅκως ἀμφὶ τὸν ἑωυτοῦ κρεμάσαι τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν μασχάλην. αὐτὸς δὲ ἑωυτὸν ὑψηλότερον ἐπὶ τοῦτον τὸν ὦμον ποιεέτω ἢ ἐπὶ τὸν ἕτερον. τοῦ δὲ κρεμαμένου τὸν βραχίονα προσαναγκαζέτω ὡς τάχιστα. ἐν τούτῳ δὲ τῷ σχήματι προσ-

ejus qui extenditur parte considens, hominem ad integrum humerum contineat, ut ne dum manus affecta in diversum tenditur, corpus circumducatur. Demum habenam mollem justae latitudinis, quae pilam sub alam impositam circumeat et contineat, utroque capite prehensam quidam supra caput ejus qui extenditur sedens et os summi humeri pede calcans in diversum contendat. Pila autem quam maxime fieri potest intro ad latus, non ad brachii caput accedat. Est et alius restituendi modus, cum in erecti et stantis humerum aeger sustollitur. Eum autem, qui in humerum tollit majorem esse oportet, apprehensaque laborantis manu sublatum humerum in alam subjicere, deinde velut sedi insidentem aliquantulum convertere, id in animum inducentem ut ex humero suo suspensum ala hominem attollat. Ipse vero excitato humero ea parte se magis quam altera attollat suspensique hominis brachium ad pectus suum quam celerrime compellat. In eoque habitu ubi hominem suspensum tenuerit, insuper

Ed. Chart. XII. [298. 299.] Foes. I. 782. Ed. Lind. II. (759. 760.)

ἀνασειέτω, ὁκόταν μετεωρήσῃ τὸν ἄνθρωπον ὡς ἀντιῤῥέποι τὸ ἄλλο σῶμα αὐτῷ, ἀντίον τοῦ βραχίονος τοῦ κατεχομένου. ἢν δὲ ἄγαν κοῦφος ἔῃ ὁ ἄνθρωπος, προσεπικρεμασθήτω τούτου ὄπισθέν τις κοῦφος παῖς. αὗται δὲ αἱ ἐμβολαὶ πᾶσαι κατὰ παλαίστρην εὔχρηστοί εἰσιν, ὅτι οὐδὲν ἀλλοίων ἀρμένων δέονται ἐπεισενεχθῆναι. χρήσαιτο δ' ἄν τις καὶ ἄλλοθι.

[299] Ἀτὰρ καὶ οἱ περὶ τὸ ὕπερον ἀναγκάζοντες ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν ἐμβάλλουσι. χρὴ δὲ τὸ μὲν ὕπερον κατειλῆχθαι ταινίῃ τινὶ μαλθακῇ, ἧσσον γὰρ ἂν ὑπο(760)λισθάνοι, ὑπηναγκάσθαι δὲ μεσηγὺ τῶν πλευρέων καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. καὶ ἢν μὲν βραχὺ ἔῃ τὸ ὕπερον, καθῆσθαι χρὴ τὸν ἄνθρωπον ἐπί τινος, ὡς μόλις τὸν βραχίονα περιβάλλειν δύνηται περὶ τὸ ὕπερον. μάλιστα δὲ ἔστω μακρότερον τὸ ὕπερον, ὡς ἂν ἑστὼς ὁ ἄνθρωπος κρέμασθαι μικροῦ δέῃ ἀμφὶ τῷ ξύλῳ. κἄπειτα ὁ μὲν βραχίων καὶ ὁ πῆχυς παρατεταμένος περὶ τὸ ὕπερον ἔστω, τὸ δὲ ἐπιθάτερα τοῦ σώματος καταναγκαζέτω τις ὑπερβάλλων κατὰ τὸν

concutiat, quo reliquum corpus et in contrariam partem, ex adverso brachii quod continetur propendeat. Quod si levis admodum homo fuerit, huic praeterea levis aliquis puer a tergo appendeat. Atque hi omnes repositionis modi ad palaestram valde sunt accommodati, quod eo nulla inferri instrumenta desiderent. Quibus tamen alibi quoque quis uti possit.

Quin etiam qui pistillo in suam sedem compellunt prope ad naturalem reponendi modum accedunt. Pistillum autem molli quadam fascia convolvendum, quo minus elabatur, atque inter costas et brachii caput subter adigendum. At si breve quidem pistillum fuerit, collocari aliquo sedili homo debet, sic ut aegre brachium pistillo circumducatur, fere autem longius esse pistillum oportet, prope ut stans ex eo dependeat. Deinde brachio quidem et cubito circa pistillum porrecto, ex altera corporis parte manibus ad cervicem juxta jugulum injectis deorsum quis urgeat. Hic re-

αὐχένα παρὰ τὴν κληΐδα τὰς χεῖρας. αὕτη ἡ ἐμβολὴ κατὰ φύσιν ἐπιεικέως ἐστὶν καὶ ἐμβάλλειν δύναται, ἢν χρηστῶς σκευάσωνται αὐτήν. [300] ἀτὰρ καὶ ἡ διὰ τοῦ κλιμακίου ἑτέρη τις τοιαύτη καὶ ἔτι βελτίων, ὅτι ἀσφαλεστέρως ἂν τὸ σῶμα τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ ἀντισηκωθείη μετεωρισθέν. περὶ γὰρ τὸ ὑπεροειδὲς ὁ ὦμος, εἰ καὶ καταπεπήγοι, περισφάλλεσθαι τὸ σῶμα κίνδυνος ἢ τῇ ἢ τῇ. χρὴ μέντοι καὶ ἐπὶ τῷ κλιμακτῆρι ἐπιδεδέσθαι τὸ ἄνωθεν στρογγύλον ἐναρμόσσον ἐς τὸ κοῖλον τῆς μασχάλης, ὃ προσδιαναγκάσῃ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἐς τὴν φύσιν ἀπιέναι.

|| Κρατίστη μέντοι πασέων ἐμβολέων ἡ τοιήδε. ξύλον χρὴ εἶναι πλάτος μὲν ὡς πεντεδάκτυλον ἢ τετραδάκτυλον τὸ ἐπίπαν, πάχος δὲ ὡς διδάκτυλον ἢ καὶ λεπτότερον, μῆκος δὲ δίπηχυ ἢ ὀλίγῳ ἔλασσον. ἔστω δὲ ἐπὶ θάτερα τὸ ἄκρον περιφερὲς καὶ στενότατον ταύτῃ καὶ λεπτότατον. ἄμβην δὲ ἐχέτω μικρὸν ὑπερέχουσαν ἐπὶ τῷ ὑστάτῳ τοῦ περιφερέος ἐν τῷ μέρει, ἀλλὰ μὴ τῷ πρὸς τὰς πλευράς, (761) ἀλλὰ τῷ πρὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ἔχοντι, ὡς ὑφαρμόσειεν

positionis modus fere secundum naturam est et recondere articulum, si probe apparetur, potest. Quin et per transversam in scala lignum quidam alius hujusmodi modus atque etiam melior obitur, propterea quod suspensum corpus in hanc vel in illam partem securius ex aequo libretur. Ad id enim quod pistilli formam habet, licet humeri articulus adhaereat, periclitatur tamen corpus ne in hanc vel in illam partem oberret. At supra scalae gradum deligari rotundum aliquid debet, quod in alae cavum convenienter aptetur, insuperque brachii caput in suam sedem compellat.

Ex omnibus autem reponendi modis hic optimus. Lignum esto latitudinis fere quidem quinque aut quatuor digitorum, crassitudinis vero duorum aut etiam tenuius, longitudinis autem bicubitalis, aut paulo minus. Cujus alterum extremum rotundum sit et angustissimum ea parte maximeque tenue. Superciliosam autem habeat eminentiam in summa rotunditatis parte paulum extantem, qua non latus, sed brachii caput attingit, ut huic supposita alae

τῇ μασχάλῃ παρὰ τὰς πλευρὰς ὑπὸ τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος ὑποτιθέμενος. [301] ὀθονίῳ δὲ ἢ ταινίῃ μαλθακῇ κατακεκολλήσθω ἄκρην τὸ ξύλον, ὅκως προσηνέστερον ἔῃ. ἔπειτα χρὴ ὑπώσαντα τὴν κεφαλὴν τοῦ ξύλου, ὑπὸ τὴν μασχάλην ὡς ἐσωτάτω, μεσηγὺ τῶν πλευρέων καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος, τὴν δὲ ὅλην χεῖρα πρὸς τὸ ξύλον κατατείνοντα προσκαταδῆσαι κατά τε τὸν βραχίονα κατά τε τὸν πῆχυν κατά τε τὸν καρπὸν τῆς χειρὸς, ὡς ἂν ἀτρεμέῃ ὅτι μάλιστα. περὶ παντὸς δὲ χρὴ ποιέεσθαι ὅκως τὸ ἄκρον τοῦ ξύλου ὡς ἐσωτάτω τῆς μασχάλης ἔσται, ὑπερβεβηκὸς τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. ἔπειτα χρὴ μεσηγὺ δύο στύλων στρωτῆρα πλάγιον εὖ προσδῆσαι, ἔπειτα ὑπερενεγκεῖν τὴν χεῖρα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπὲρ τοῦ στρωτῆρος, ὅκως ἡ μὲν χεὶρ ἐπὶ θάτερα ἔῃ, ἐπὶ θάτερα δὲ τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην ὁ στρωτήρ. κἄπειτα ἐπὶ μὲν θάτερα τὴν χεῖρα καταναγκάζειν ξὺν τῷ ξύλῳ περὶ τὸν στρωτῆρα, ἐπὶ θάτερα δὲ τὸ ἄλλο σῶμα. ὕψος δὲ ἔχων ὁ στρωτὴρ προσδεδέσθω, ὥστε μετέωρον τὸ ἄλλο σῶμα εἶναι, ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ποδῶν. οὗτος ὁ τρόπος παραπολὺ κράτιστος ἐμβολῆς ὤμου, δικαιότατα μὲν

ad costas adaptetur. Lignum quoque quo lenius reddatur, extrema sui parte linteum aut fasciam mollem agglutinatam habeat. Deinde ligni capite sub alam intro, quantum fieri potest, inter costas et brachii caput impulso, manus tota ad lignum porrecta alligari debet, ut ad brachium et ad cubitum et ad volam manus quam firmissime quiescat. Imprimis vero id elaborandum est, ut ligni summa pars brachii capite superato quam penitissime alam subeat. Post haec trabeculae transversae inter duas columnas probe alligatae, manus una cum ligno superimponenda, sic ut altera quidem parte manus, altera corpus, ad alam vero trabecula statuatur. Demum in alteram partem manus una cum ligno circa trabeculam deorsum urgenda, in alteram vero reliquum corpus. Trabecula autem ita alte vinciatur, ut totum corpus sublime summis pedibus insistat. Haec reponendi humeri ratio longe optima censetur. Justissi-

Ed. Chart. XII. [301. 302.] Foes. I. 783. Ed. Lind. II. (761. 762.)

γὰρ μοχλεύει, ἢν καὶ μόνον ἐσωτέρω ἔη τὸ ξύλον τῆς κεφαλῆς τοῦ βραχίονος. δικαιόταται δὲ αἱ ἀντιῤῥοπαὶ, ἀσφαλέες δὲ τῷ ὀστῷ τοῦ βραχίονος. τὰ μὲν οὖν νεαρὰ ἐμπίπτει θᾶσσον ἢ ὡς ἄν τις οἴοιτο, πρὶν ἢ κατατετάσθαι δοκέειν. ἀτὰρ καὶ τὰ παλαιὰ μούνη αὕτη τῶν ἐμβολέων οἵη τε ἐμβιβάσαι, ἢν μὴ ἤδη ὑπὸ χρόνου σὰρξ μὲν ἐπεληλύθῃ ἐπὶ τὴν (762) κοτύλην, ἡ δὲ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἤδη τρίβον ἑωυτῇ πεποιημένη ἔῃ ἐν τῷ χωρίῳ, ἵνα ἐξεκλίθη. οὐ μὴν ἀλλ' ἐμβάλλειν γάρ μοι δοκέει καὶ οὕτω πεπαλαιωμένον ἔκπτωμα τοῦ βραχίονος. τί γὰρ ἂν δικαίη μόχλευσις οὐχὶ κινήσειεν; μένειν μέντοι οὐκ ἄν μοι δοκέῃ κατὰ χώρην, ἀλλ' ὀλισθαίνειν ἂν ὡς τὸ ἔθος. τὸ αὐτὸ δὲ ποιέει καὶ περὶ κλιμακτῆρα καταναγκάζειν, τοῦτον τὸν τρόπον σκευάσαντα. [302] πάνυ μὲν ἱκανῶς ἔχει καὶ περὶ μέγα ἕδος Θεσσαλικὸν ἀναγκάζειν, ἢν νεαρὸν ἔῃ τὸ ὀλίσθημα. ἐσκευάσθαι μέντοι χρὴ τὸ ξύλον ὥσπερ εἴρηται, ἀτὰρ τὸν ἄνθρωπον καθίσαι πλάγιον ἐπὶ τῷ δίφρῳ, κἄπειτα τὸν βραχίονα ξὺν τῷ ξύλῳ ὑπερβαλλέειν.

mam enim molitionem facit, si vel solum intro magis quam brachii caput lignum immittatur, justissimaeque fiunt in utramque partem librationes et ossi brachii securitatem praestant. Recentia igitur opinione citius reconduntur ac prius quam extensio facta videatur. Quin etiam ubi inveteraverint, haec sola repositio restituere potest, nisi jam temporis lapsu caro quidem articuli cavitatem occupaverit, et brachii caput locum in quem declinavit, consuetudine tritum jam sibi fecerit. Enimvero tamen ita inveteratum brachii luxum reponere mihi posse videtur. Quid non enim justa molitio moveat? Non tamen loco manere posse existimo, sed ut consuevit prolapsurum. Idem quoque efficies, si per scalam vi admota eundem reponendi modum adhibueris. Admodum item idonea fuerit sella magna Thessalica, super quam vis adhibeatur, si recens sit luxatio. Paratum tamen lignum velut dictum est oportet. Sed et aegro in sella in latus collocato, brachium cum ligno super eam partem, in quam dorso recumbunt,

Ed.Chart.XII.[302.304.305.] Foes.I.783.784. Ed.Lind.II.(762.763.)
ὑπὲρ τοῦ ἀνακλισμοῦ, καὶ ἐπὶ μὲν θάτερα τὸ σῶμα καταναγκάζειν, ἐπὶ δὲ θάτερα τὸν βραχίονα σὺν τῷ ξύλῳ. τὸ αὐτὸ δὲ ποιέειν ἀναγκάζειν καὶ ὑπὲρ δίκλειδος θύρης. χρέεσθαι δὲ τούτοισιν ἃ ἂν τύχῃ παρεόντα.

[304] || Εἰδέναι μὲν οὖν χρὴ ὅτι φύσιες φυσίων μέγα διαφέρουσιν ἐς τὸ ῥηϊδίως ἐμπίπτειν τὰ ἐκπίπτοντα. διενέγκοι μὲν γὰρ ἄν τι καὶ κοτύλη κοτύλης, ἡ μὲν εὐυπέρβατος ἐοῦσα, ἡ δὲ ἧσσον. πλεῖστον δὲ διαφέρει καὶ τῶν νεύρων ὁ σύνδεσμος, τοῖσι μὲν ἐπιδόσιας ἔχων, τοῖσι δὲ ξυντεταμένος ἐών. [305] καὶ γὰρ ἡ ὑγρότης τοῖσιν ἀνθρώποισι γίνεται ἡ ἐκ τῶν ἄρθρων διὰ τῶν νεύρων τὴν ἀπάρτισιν, ἣν χαλαρά τε ἔῃ φύσει καὶ τὰς ἐπιτάσιας εὐφόρως φέρει. συχνοὺς γὰρ ἄν τις ἴδοι οἳ οὕτως ὑγροί εἰσιν, ὥστε, ὁπόταν ἐθέλωσιν, τότε αὐτοῖσι τὰ ἄρθρα ἐξίστανται ἀνωδύνως καὶ καθίστανται ἀνωδύνως. διαφέρει μέντοι καὶ σχέσις τις σώματος. τοῖσι μὲν γὰρ εὖ ἔχουσι τὸ γυῖον καὶ σεσαρ(763)κωμένοισιν ἐκπίπτει τε ἧσσον ἐμπίπτει τε χαλεπώτερον. ὅταν δὲ αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν λεπτότεροι καὶ ἀσαρκότεροι ἔωσι, τότε ἐκπίπτει τε μᾶλλον ἐμπίπτει τε ῥᾷον. σημήϊον δὲ ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχοι

transmitti debet, et in alteram quidem partem corpus, in alteram vero brachium cum ligno deorſum impelli. Idem quoque impulſio ſuper biforem januam facta efficit. Iis autem prout ſeſe obtulerint utendum.

Naturam igitur alteri plurimum praeſtare, ut quae prolapſa ſunt facile recondantur, animadvertere oportet. Et certe acetabulum ab acetabulo diſtat, cum hoc quidem facile, illud vero aegrius ſuperetur. Plurimum etiam diſcriminis habet nervorum colligatio, quae iis quidem remiſſa, illis vero intenta eſt. Etenim in articulis humor hominibus ineſt, ob nervorum compagem, qui natura laxi ſunt et facile intenduntur. Complures namque ita humidos videas, ut, cum velint, iis articuli ſua ſede citra dolorem moveantur, rurſusque absque dolore reſtituantur. Quin et habitus quidam corporis diſcrimen habent. Iis enim qui bene habitis ſunt membris et carnoſis et articulus minus elabitur et aegrius reconditur. Ubi vero ſo-

Ed. Chart. XII. [305. 306.] Foes. I. 784. 785. Ed. Lind. II. (763.)

τόδε. τοῖσι γὰρ βουσὶ τότε ἐκπίπτουσι μᾶλλον οἱ μηροὶ ἐκ τῆς κοτύλης, ἡνίκα ἂν αὐτοὶ σφῶν αὐτῶν λεπτότατοι ἔωσι. γίνονται δὲ καὶ βόες λεπτότατοι τοῦ χειμῶνος τελευτῶντος. τότε οὖν καὶ ἐξαρθρέουσι μάλιστα. εἰ δή τι καὶ τοιοῦτο δεῖ ἐν ἰητρικῇ γράψαι, δεῖ δέ. [306] καλῶς γὰρ Ὅμηρος καταμεμαθήκει ὅτι πάντων τῶν προβάτων βόες ὅτι μάλιστα πονέουσι ταύτην τὴν ὥρην καὶ βοῶν οἱ ἀρόται, ὅτι κατὰ τὸν χειμῶνα ἐργάζονται. τούτοισι τοίνυν ἐκπίπτει μάλιστα. οὗτοι γὰρ μάλιστα || λεπτύνονται. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα βοσκήματα δύναται βραχεῖαν τὴν πόην βόσκεσθαι. βοῦς δὲ οὐ μάλα πρὶν βαθεῖα γένηται. τοῖσι μὲν γὰρ ἄλλοισιν ἐστὶ λεπτὴ ἡ προβολὴ τοῦ χείλεος, λεπτὴ δὲ ἡ ἄνω γνάθος, βοῒ δὲ παχεῖα μὲν ἡ προβολὴ τοῦ χείλεος, παχεῖα δὲ καὶ ἀμβλεῖα ἡ ἄνω γνάθος. διὰ ταῦτα ὑποβάλλειν ὑπὸ τὰς βραχείας πόας οὐ δύνανται. τά τε αὖ μώνυχα τῶν ζώων, ἅτε ἀμφόδοντα ἐόντα, δύναται μὲν σαρκάζειν, δύναται δὲ ὑπὸ τὴν βραχεῖαν πόην ὑποβάλλειν τοὺς ὀδόντας, καὶ ἥδεται τῇ οὕτως ἐχούσῃ

lito tenniores et macilentiores evaserunt, tunc magis excidit et facilius restituitur. Cujus rei argumento sunt boves, quibus tunc sua cavitate femur magis excidit, cum macilentissimi evaserunt. Quod sub hiemis finem iis contingit, quo etiam tempore potissimum luxantur. Si modo hujusmodi quippiam in medicina tractari debet, et certe fas est. Recte enim novit Homerus, inter omnia pecora boves eo tempore quam maxime laborare, ex iisque aratores, quod hieme terram colant. Iis igitur quod maxime attenuentur, articuli potissimum prolabuntur. Reliquae namque pecudes brevem herbam depascere, bos non item, nec nisi altam potest. Etenim reliquis tenuia labra prominent, et superior mala gracilis est. At bovi crassa quidem labra prominent, crassa quoque aut retusa superior mala est, ideoque tenues herbas subire nequeunt. Rursus animalia solidam ungulam habentia, ut quae utrimque dentata sint, summis quidem labris aut dentibus vellere possunt et exiguae herbae dentes supponere hujusmodique herba

Ed. Chart. XII. [306. 307.] Foes. I. 785. Ed. Lind. II. (763. 764.)

πόη μᾶλλον ἢ τῇ βαθείῃ. καὶ γὰρ τὸ ἐπίπαν ἀμείνων καὶ στερεωτέρη ἡ βραχεῖα πόη τῆς βαθείης, ὅτι καὶ πρὶν ἐκκαρπεῖν τὴν βαθεῖαν. διὰ τοῦτο οὖν ἐποίησεν ὧδε τάδε τὰ ἔπη· ὡς δ' ὁπότ' ἀσπάσιον ἔαρ ἤλυθε βουσὶν ἕλιξιν. ὅτι ἀσμενωτάτη τοῖσι αὐτοῖσιν ἡ βαθεῖα ποίη φαίνεται. ἀτὰρ καὶ ἄλλως ὁ βοῦς χαλα(764)ρὸν φύσει τὸ ἄρθρον τοῦτο ἔχει μᾶλλον τῶν ἄλλων. διὰ τοῦτο καὶ εἰλίπουν ἐστὶ μᾶλλον τῶν ἄλλων ζώων, καὶ μάλιστα ὅταν λεπτὸν καὶ γηραλέον ἔῃ. διὰ ταῦτα πάντα καὶ ἐκπίπτει βοΐ μάλιστα. πλείω δὲ γέγραπται περὶ αὐτοῦ, ὅτι πάντων τῶν προειρημένων ταῦτα μαρτύριά ἐστι. περὶ οὗ οὖν ὁ λόγος, τοῖσιν ἀσάρκοισι μᾶλλον ἐκπίπτει, ὡς θᾶσσον ἐμπίπτειν ἢ τοῖς εὖ σεσαρκωμένοισι, καὶ ἧσσον ἐπιφλεγμαίνουσι τοῖσιν ὑγροῖσιν καὶ τοῖσιν ἀσάρκοισιν ἢ τοῖσι σκελιφροῖσι καὶ σεσαρκωμένοις, [307] καὶ ἧσσόν γε δέδεται ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον. ἀτὰρ καὶ ἡ μύξα πλείων ὑπείη τοῦ μετρίου μὴ ξὺν φλεγμονῇ, καὶ οὕτως ἂν ὀλισθηρὸν εἴη. μυξωδέστερα γὰρ τοὐπίπαν τὰ ἄρθρα τοῖσιν

potius quam altiore delectantur. In totum enim exigua herba alta melior eſt ac firmior, praeterquam quod maturius frugem effert. Ideoque hunc in modum verſibus cecinit,

Sic ubi flexilibus veris gratiſſima bobus
Tempeſtas fuerit. —

quod alta herba lubentiſſime delectantur. Sed et alioqui natura laxiorem hunc articulum quam caetera animalia bos habet, ideoque inter eundem pedes reliquis magis flectit, praeſertimque ubi macie et ſenio confectus fuerit. His omnibus de cauſis bovi potiſſimum articulus excidit. De quo certe plura a me dicta ſunt, quod iſta eorum omnium quae ante dicta ſunt fidem faciant. Sed ut nunc ad inſtitutum redeat oratio, carne expertibus magis elabuntur articuli, ut et citius reconduntur, quam bene carnoſis, minusque inflammatione tentantur humidis et gracilibus quam ſiccis et carnoſis minusque in poſterum devinciuntur. Quin et citra inflammationem mucus juſto copioſior ſubeſt, atque ita lubricus magis locus fuerit. Fere enim gracilibus

Ed. Chart. XII. [307. 308.] Foës. I. 785. Ed. Lind. II. (764. 765.)

ἀσάρκοισιν ἢ τοῖσι σεσαρκωμένοισιν ἐστίν. καὶ γὰρ αὗται αἱ σάρκες τῶν μὴ ἀπὸ τέχνης ὀρθῶς λελιμαγχημένων αἱ τῶν λεπτῶν μυξωδέστεραί εἰσιν ἢ αἱ τῶν παχέων. ὅσοισι μέντοι ξὺν φλεγμονῇ μύξα ὑπογίνεται, ἡ φλεγμονὴ δήσασα ἔχει τὸ ἄρθρον. διὰ τοῦτο οὐ μάλα ἐκπίπτει τὰ ὑπόμυξα, ἐκπίπτοντα ἂν εἰ μή τι ἢ πλέον ἢ ἔλασσον φλεγμονῆς ὑπεγένετο. οἷσι μὲν οὖν ὅταν ἐμπέσῃ τὸ [308] ἄρθρον καὶ μὴ ἐπιφλεγμήνῃ τὰ περιέχοντα, χρῆσθαί τε ἀνωδύνως αὐτίκα τῷ ὤμῳ δύνανται, οὗτοι μὲν οὐδὲν νομίζουσι δεῖν ἑωυτῶν ἐπιμελεῖσθαι. ἰητροῦ μήν ἐστι καταμαντεύσασθαι τῶν τοιούτων. τοῖσι τοιούτοισιν ἐκπίπτει καὶ αὖθις μᾶλλον καὶ ῥᾷον ἂν ἐπιφλεγμήνῃ τὰ νεῦρα. τοῦτο κατὰ πάντα τῷ ἀνθρώπῳ οὕτως ἔχει, καὶ μάλιστα κατ᾽ ὦμον καὶ κατὰ γόνυ. μάλιστα γὰρ οὖν καὶ ὀλισθαίνῃ ταῦτα. (765) οἷσι δ᾽ ἂν ἐπιφλεγμήνῃ τὰ νεῦρα, οὐ δύνανται χρῆσθαι τῷ ὤμῳ. κωλύει γὰρ ἡ ὀδύνη καὶ ἡ ξύντασις τῆς φλεγμονῆς. τοὺς οὖν τοιούτους ἰῆσθαι χρὴ κηρωτῇ καὶ σπλήνεσι καὶ ὀθονίοισι πολλοῖσιν

magis quam carnosis articuli muco redundant. Gracilium namque carnes qui non recte ex arte inediam tolerarunt, quam obesorum mucosiores sunt. Quibus tamen cum inflammatione mucus subest, iis ex inflammatione articulus deligatur, ac propterea qui muco redundant articuli non admodum excidunt, qui alioqui exciderent, nisi aut major aut minor inflammatio accessisset. Qui igitur reposito articulo nullam circumjectis partibus inflammationem sentiunt et nulla interposita mora humero absque dolore uti possunt, ii quidem nulla adhibita cura sibi opus esse existimant. Medici tamen officium est, adversus hos praesagium instituere. In hujusmodi si quidem et rursus promptius elabitur, quam quibus nervi inflammatione vexantur. Atque haec in omnibus hominis articulis ita se habent, ac praecipue circa humerum et genu. Haec namque potissimum luxantur. At quibus nervi inflammatione laborant, ii humero uti, quod dolor et inflammationis contentio prohibeat, non possunt. Iis igitur cerato et spleniis, ac multorum linteorum vinculis mederi oportet, ac lanam

Ed. Chart. XII. [308. 309.] Foes. I. 785. 786. Ed. Lind. II. (765.)

ὑποδέοντα. ὑποτιθέναι δὲ ἐς τὴν μασχάλην εἰρίον μαλθακὸν καθαρὸν ξυνελίσαντα, ἐκπλήρωμα τοῦ κοίλου ποιέοντα, ἵνα ἀντιστήριγμα μὲν τῇ ἐπιδέσει ἔῃ, ἀνακωχέῃ δὲ τὸ ἄρθρον. τὸν δὲ βραχίονα ἐς τὸ ἄνω ῥέποντα ἴσχειν χρὴ τὰ πλεῖστα. οὕτω γὰρ ἂν οἴη ἑκάστῳ εἴη τοῦ χωρίου ἐς ὃ ὤλισθεν ἡ κεφαλὴ τοῦ ὤμου. χρὴ δὲ ὅταν ἐπιδήσῃς τὸν ὦμον, ἔπειτα προσκαταδεῖν τὸν βραχίονα πρὸς τὰς πλευρὰς ταινίῃ τινὶ κύκλῳ περὶ τὸ σῶμα περιβάλλοντα. χρὴ δὲ καὶ ἀνατρίβειν τὸν ὦμον ἡσυχέως καὶ λιπαρῶς. πολλῶν δὲ ἔμπειρον δεῖ εἶναι τὸν ἰατρὸν, ἀτὰρ δὴ καὶ ἀνατρίψιος. ἀπὸ γὰρ τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος οὐ τὸ αὐτὸ ἀποβαίνει, καὶ γὰρ ἂν δήσειεν ἄρθρον ἀνάτριψις, χαλαρώτερον τοῦ καιροῦ ἐὸν καὶ λύσειεν ἄρθρον σκληρότερον τοῦ καιροῦ || ἐόν. ἀλλὰ διοριεῖται ἡμῖν περὶ ἀνατρίψιος ἐν ἄλλῳ λόγῳ. τὸν γοῦν τοιοῦτον ὦμον μαλ[309]θακοῖσι χρὴ χερσὶν ἀνατρίβειν, συμφέρει γὰρ καὶ ἄλλως πρηέως. τὸ δὲ ἄρθρον διακινέειν μὴ βίῃ, ἀλλὰ τοσοῦτον ὅσον ἀνωδύνως κινήσεται. καθίσταται δὲ πάντα τὰ μὲν ἐν πλείονι χρόνῳ, τὰ δ᾽ ἐν ἐλάσσονι.

mollem, mundam et convolutam in alam imponere, quae ſinum expleat, tum contra vinculum quidem fulciat et articulum inhibeat. Brachium autem ut plurimum detinendum ut in ſuperiorem partem vergat. Ita enim humeri caput a loco, in quem prolapſum fuit, quam longiſſime abſuerit. Humero vero devincto deinde brachium, faſcia in orbem corpori circumvoluta, ad latus alligandum. Humerus quoque blande et molliter perſricandus. Multarum vero rerum experientiam medicum habere oportet, ac certe etiam frictionis. Ex eodem enim nomine non idem evenire conſuevit. Nam et juſto laxiorem articulum frictio vincire, et juſto duriorem ſolvere poteſt. Verum de frictione nobis alio loco tractabitur. Hunc igitur humerum mollibus manibus tum alioqui blande, quod certe confert, perfricare convenit. Articulus autem non vi, ſed quatenus id citra dolorem fieri poſſit dimovendus. Omnes vero in ſuam ſedem reponuntur, partim quidem longiore partim etiam breviore tempore.

Ed. Chart. XII. [309—311.] Foës. I. 787. Ed. Lind. II. (765. 766.)

|| Γινώσκειν δὲ εἰ ἐκπέπτωκεν ὁ βραχίων τούτοισι χρὴ τοῖσι σημείοισι. [310] τοῦτο μὲν ἐπειδὴ δίκαιον ἔχουσι τὸ σῶμα οἱ ἄνθρωποι καὶ τὰς χεῖρας καὶ τὰ σκέλεα, παραδείγματι χρέεσθαι δεῖ τῷ ὑγιεῖ πρὸς τὸ μὴ ὑγιὲς καὶ τῷ μὴ ὑγιεῖ πρὸς τὸ ὑγιὲς, μήτ' ἀλλότρια ἄρθρα (766) καθορῶντα, ἄλλοι γὰρ ἄλλων μᾶλλον ἔξαρθροι πεφύκασιν, ἀλλὰ τὰ αὐτὰ τοῦ κάμνοντος, ἢν ἀνόμοιον ἔῃ τὸ ὑγιὲς τῷ κάμνοντι. [311] καὶ τοῦτο εἴρηται μὲν ὀρθῶς, παραξύνεσιν δὲ ἔχει πάνυ πολλὴν διὰ τὰ τοιαῦτα, καὶ οὐκ ἀρκέει μοῦνον λόγῳ εἰδέναι τὴν τέχνην ταύτην καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν. πολλοὶ γὰρ ὑπὸ ὀδύνης ἢ ὑπ' ἀλλοίης προφάσιος οὐκ ἐξεστεώτων αὐτέοισι τῶν ἄρθρων, ὅμως οὐ δύνανται ἐς τὰ ὅμοια σχήματα καθιστάναι, ἐς οἷά περ τὸ ὑγιαῖνον σῶμα σχηματίζεται. προσξυνιέναι δὲ δεῖ οὖν καὶ ἐννοεῖν καὶ τὸ τοιόνδε σχῆμα χρή, ἀτὰρ καὶ ἐν τῇ μασχάλῃ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος φαίνεται ἐγκειμένη πολλῷ μᾶλλον τοῦ ἐκπεπτωκότος ἢ τοῦ ὑγιέος. τοῦτο δὲ ἄνωθεν κατὰ τὴν ἐπωμίδα κοῖλον φαίνεται τὸ χωρίον καὶ τὸ τοῦ ἀκρωμίου ὀστέον ἐξέχον φαίνεται, ἅτε ὑποδεδυ-

His autem indiciis an brachium exciderit intelligi potest. Atque id quidem, ubi homines justum corpus et manus et crura nacti sunt, si pars integra cum sana et sana cum integra conferatur, alterius hominis articulis in considerationem non adhibitis, quibusdam enim articuli natura magis prominent, sed ipsius aegrotantis, num integer vitiato dissimilis sit. Atque hoc recte quidem dictum est. Admodum tamen multa in his hallucinatio subest. Ac neque satis est hanc artem tantum ratione nosse, sed et in usum exercitatione traducenda est. Multi enim prae dolore, aut alia ex causa licet iis articuli non exciderint, haud tamen eo habitu, quo sanum corpus collocatur, restitui sustinent. Ad hujusmodi igitur habitum intelligentia et animi notione consequendum adniti oportet. Quin et brachii luxati caput in alam multo magis incumbere quam sani videtur. Ad haec in superiore humeri parte locus cavus apparet et summi humeri os, quod articulus in inferiorem locum sub-

κότος τοῦ ἄρθρου ἐς τὸ κάτω τοῦ χωρίου. παραξύνεσιν μὲν καὶ ἐν τούτῳ ἔχει τινά, ἀλλ᾽ ὕστερον περὶ αὐτοῦ γεγράψεται, ἄξιον γὰρ γραφῆς ἐστι. τοῦτο δὲ τοῦ ἐκπεπτωκότος ὁ ἀγκὼν φαίνεται ἀφεστεὼς μᾶλλον ἀπὸ τῶν πλευρέων ἢ τοῦ ἑτέρου. εἰ μέντοι τις προσαναγκάζοι, προσάγεται μὲν, ἐπιπόνως δέ. [312] τοῦτο δὲ ἄνω τὴν χεῖρα ἆραι εὐθεῖαν παρὰ τὸ οὖς ἐκτεταμένου τοῦ ἀγκῶνος οὐ μάλα δύνανται, ὥσπερ τὸν ὑγιέα, οὐδὲ παράγειν ἔνθα καὶ ἔνθα ὁμοίως. τά τε οὖν σημήϊα ταῦτά ἐστιν ὤμου ἐκπεπτωκότος, αἵ τε ἐμβολαὶ αἱ γεγραμμέναι αἵ τε ἰητρεῖαι αὐταί. ἐπάξιον δὲ τὸ μάθημα ὡς χρὴ ἰητρεύειν τοὺς πυκνὰ ἐκπίπτοντας ὤμους. πολλοὶ μὲν γὰρ ἤδη ἀγωνίης ἐκωλύθησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφορὰν, τἄλλα πάντα ἀξιό(767)χρεοι ὄντες. πολλοὶ δὲ ἐν πολεμικοῖσιν ἀχρήϊοι ἐγένοντο καὶ διεφθάρησαν διὰ ταύτην τὴν ξυμφοράν. ἅμα τε ἐπάξιον καὶ διὰ τοῦτο, ὅτι οὐδένα οἶδα ὀρθῶς ἰητρεύοντα, ἀλλὰ τοὺς μὲν μηδὲ ἐγχειρέοντας, τοὺς δὲ τἀναντία τοῦ ξυμφέροντος φρονέοντάς τε καὶ ποιέοντας. συχνοὶ γὰρ ἤδη ἰητροὶ ἔκαυσαν ὤμους ἐκπίπτοντας κατά τε τὴν

ierit, extare conspicitur. In quo quidem aliqua etiam hallucinatio subest, de qua, cum memoratu digna sit, postea scribetur. In eo praeterea quod excidit, cubiti gibbus magis a latere recedere quam in altero videtur. Ac si quis vi admota adducat, istud quidem non sine dolore fieri possit. Ad haec neque cubito extento rectam manum sursum ad aurem attollere admodum potest, neque hac vel illac perinde ac sanum traducere. Atque haec quidem sunt humeri prolapsi indicia ac reponendi modi qui scripti sunt curationesque eaedem. At eorum curatio quibus humeri frequenter elabuntur cognitione digna est, cum multi alioqui ad omnia idonei a certaminibus prohibiti fuerint, multi quoque ad res bellicas inutiles evaserint, eoque casu perierint. Simul quoque eam ob causam res consideratione digna est, quod neminem qui iis recte medeatur videam, verum partim ad curationem ne aggredi quidem, partim vero contra quam conveniat tum sentire tum facere. Frequenter enim medici ad prolapsos humeros in superiore

Ed. Chart. XII. [312, 313.] Foes. I. 787. 788. Ed. Lind. II. (763.)

ἐπωμίδα κατά τε τὸ ἔμπροσθεν, ᾗ ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐξογκέει, κατά τε τὸ ὄπισθεν ὀλίγον τῆς ἐπωμίδος, αὗται οὖν αἱ καύσιες εἰ μὲν ἐς τὸ ἄνω ἐξέπιπτεν ὁ βραχίων ἢ ἐς τοὔμπροσθεν ἢ ἐς τοὔπισθεν, ὀρθῶς ἂν ἔκαιον. νῦν δὲ δὴ ὅτε ἐς τὸ κάτω ἐκπίπτει, ἐκβάλλουσιν αὗται αἱ καύσιες μᾶλλον ἢ κωλύουσιν. ἀποκλείουσι γὰρ τῆς ἄνω εὐρυχωρίης τὴν κεφαλὴν τοῦ βραχίονος. χρὴ δὲ ὧδε καίειν ταῦτα· ἀπολαβόντα τοῖσι δακτύλοισι κατὰ τὴν μασχάλην τὸ δέρμα ἀφελκύσαι κατ' αὐτὴν τὴν ἴξιν μάλιστα, καθ' ἣν ἡ κεφαλὴ τοῦ βραχίονος ἐκπίπτει. [313] ἔπειτα δὲ οὕτως ἀφελκυσμένον τὸ δέρμα διακαῦσαι ἐς τὸ πέρην. σιδηρίοισι δὲ χρὴ τὰ τοιαῦτα καίειν μὴ παχέσι μηδὲ λίην φαλακροῖσιν, ἀλλὰ προμήκεσι· ταχυπορώτερα || γὰρ καὶ τῇ χειρὶ ἐπερείδειν. χρὴ δὲ διαφανέσι καίειν, ὡς ὅτι τάχιστα περαιωθῇ κατὰ δύναμιν. τὰ γὰρ παχέα βραδέως περαιούμενα πλατυτέρας τὰς ἐκπτώσιας τῶν ἐσχαρῶν ποιέεται, καὶ κίνδυνος ἂν εἴη ξυῤῥαγῆναι τὰς οὐλάς, καὶ κάκιον μὲν οὐδὲν ἂν εἴη, αἴσχιον δὲ καὶ ἀτεχνότερον. ὅταν δὲ διακαύσῃς ἐς τὸ πέρην, τῶν μὲν

humeri parte et anteriore, qua brachii caput eminet, et posteriore quoque paulum juxta superiorem humeri partem ustionem adhibuerunt. Quae quidem recte adhibita fuisset, si brachium vel in superiorem vel anteriorem vel posteriorem partem prolapsum fuisset. Nunc vero cum in inferiorem partem elabatur, propellit potius quam prohibeat. Superiore enim capacitate brachii caput excludit. Sic vero ustione utendum, ut cutis sub ala digitis apprehensa secundum eam rectitudinem potissimum, in quam brachii caput prolabitur, attrahatur, sic deinde attracta cutis candenti ferramento trajiciatur. Ferramentis autem ad id utendum, non crassis neque admodum rotundis, sed oblongis. Manu enim impulsa celerius penetrant. Candentibus quoque adurendum, quo quam celerrime fieri potest penetrent. Crassiora namque cum tardius penetrent, latiores crustas resolvunt, periculumque est ne ulcera abrumpant. Quod etsi nihilo deterius est, deforme tamen magis et ab arte abhorrens censetur. Ubi vero adurendo ferramentum trajeceris,

committuntur inter ſe acutae eſſe debent, et ubi earum capita connecti et colligari debent. In glutinando vero corii caro cuti obvertatur, ſic enim firmius adhaereſcet. Deinde extendenda haec habena, magisque ea quae eſt ad mentum, ut quam maxime utraeque circa verticem ſe contingant, ea cautione adhibita ne maxilla in acutum diſtorqueatur. Poſteaque circa frontem faſcia devincienda, quae omnibus aliis injici debet, ut fieri aſſolet, quo vincula immota maneant. In maxillam vero ſanam decumbendum, non maxillae, ſed capiti innitendo. Corpus ad decimum usque diem attenuandum, deinde non tarde reficiendum. Nam ſi primis diebus inflammatio non acceſſerit, viginti diebus maxilla firmatur. Perfecte enim callum obducit, non ſecus ac reliqua oſſa rara, niſi ſiderentur. Verum de ſideratione univerſorum oſſium alia longa reſtat tractatio. Haec extenſio, quae per glutinum adhibetur, firmiter haeret facileque procuratur et ad multas ac frequentes directiones faciendas perquam eſt accommodata. At medici

Ed. Chart. XII. [353. 354.] Foes. I. 799. 800. Ed. Lind. II. (785. 786.)

εὔχειρες καὶ ἐν ἄλλοισι τρώμασι τοιοῦτοί εἰσι καὶ ἐν γνάθων κατήξεσιν. || ἐπιδέουσι γὰρ τὴν γνάθον κατεαγεῖσαν ποικίλως καὶ καλῶς καὶ κακῶς· πᾶσα γὰρ ἐπίδεσις γνάθου οὕτω καταγείσης ἐκκλίνει τὰ ὀστέα τὰ ἐς τὸ κάτηγμα ῥέποντα μᾶλλον ἢ ἐς τὴν φύσιν ἄγει. ἢν δὲ ἡ κάτω γνάθος κατὰ τὴν σύμφυσιν τὴν κατὰ τὸ γένειον διασπασθῇ. μόνη δὲ αὕτη ξύμφυσις ἐν τῇ κάτω γνάθῳ ἐστὶν, ἐν δὲ τῇ ἄνω πολλαί. ἀλλ' οὐ βούλομαι ἀποπλανεῖν τὸν λόγον. ἐν ἄλλοισι γὰρ εἴδεσι νουσημάτων περὶ τούτων λεκτέον. ἢν οὖν διαστῇ ἡ κατὰ τὸ γένειον σύμφυσις, κατορθῶσαι μὲν παντὸς ἀνδρός ἐστιν. τὸ μὲν γὰρ ἐξεστεὸς ἐσωθέειν χρὴ εἰς τὸ εἴσω μέρος, προσβάλλοντα τοὺς δακτύλους, τὸ δὲ εἴσω ῥέπον ἀνάγειν ἐς τὸ ἔξω μέρος ἐνερείσαντα τοὺς δακτύλους. ἐς διάστασιν μέντοι διατεινάμενοι ταῦτα χρὴ ποιέειν. [354] ῥᾷον γὰρ οὕτως ἐς τὴν φύσιν ἥξει ἢ εἰ ἐγχρίπτων τις ἐς ἄλληλα τὰ ὀστέα παραναγκάζειν πειρᾶται τοῦτο παρὰ πάντα τὰ ὑπομνήματα χάριεν εἰδέ(786)ναι. ὁκόταν δὲ κατορθώσῃ, ζεῦξαι μὲν χρὴ

imprudenter ad manum proclives, cum in aliis vulneribus tum etiam in maxillarum fracturis facile manum admovent. Fractam enim maxillam variis modis tum recte tum prave devinciunt. Quaecunque si quidem ita fractae maxillae deligatio admovetur, ea ossa ad fracturam tendentia eo potius inclinat quam in naturalem statum reducat. Quod si maxilla inferior qua parte ad mentum cohaeret diducatur. Unica autem haec est in inferiore maxilla junctura, at in superiore multae. Sed non est instituti nostri longius a proposito sermone aberrare. In reliquis enim morborum generibus de his dicendum erit. Si ergo dissideat quae in mento junctura est, eam quidem componere quivis potest. Nam quod foras eminet, admotis digitis intro propellere oportet, quod intro vergit in exteriorem partem adducere digitis annitendo. Id autem ea distentione adhibita, ut ossa inter se distent faciendum. Hoc enim modo facilius in suum statum redibunt quam si quis illisa inter se ossa compellere conetur. Quod nosse in tota commentatione non est invenustum. Ossibus vero coaptatis dentes hinc et inde,

Ed. Chart. XII. [354. 355.] Foes. I. 800. 802. Ed. Lind. II. (786.)
τοὺς ὀδόντας τοὺς ἔνθεν καὶ ἔνθεν πρὸς ἀλλήλους, ὥσπερ καὶ πρόσθεν εἴρηται. ἰῆσθαι δὲ χρὴ κηρωτῇ καὶ σπλήνεσιν ὀλίγοισι καὶ ὀθονίοισιν. ἐπίδεσιν δὲ βραχείην ἢ ποικίλην μάλιστα τοῦτο τὸ χωρίον ἐπιδέχεται, ἐγγὺς γὰρ τοῦ ἰσοῤῥόπου ἐστὶν ὡς δὴ μὴ ἰσόῤῥοπον ἐόν. τοῦ δὲ ὀθονίου τὴν περιβολὴν ποιέεσθαι χρὴ, ἢν μὲν ἡ δεξιὴ γνάθος ἐξεστήκῃ, ἐπὶ δεξιά. ἐπὶ δεξιὰ δὲ νομίζεται εἶναι, ἢν ἡ δεξιὰ χεὶρ ἡγεῖται τῆς ἐπιδέσιος· ἢν δὲ ἡ ἑτέρη γνάθος ἐξεστήκῃ, ὡς ἑτέρως χρὴ τὴν ἐπίδεσιν ἄγειν. κἢν μὲν ὀρθῶς τις κατορθώσηται καὶ ἐπατρεμήσῃ ὡς χρὴ, ταχεῖα μὲν ἡ ἄλθεξις, οἱ δὲ ὀδόντες ἀσινέες γίνονται· ἢν δὲ μὴ, χρονιωτέρη μὲν ἡ ἄλθεξις, διαστροφὴν δὲ ἴσχουσα. οἱ ὀδόντες δὲ καὶ σιναροὶ καὶ ἀχρήϊοι γίνονται.

[355] || Ἢν δὲ ἡ ῥὶς καταγῇ, τρόπος μὲν οὐχ εἷς ἐστι κατήξιος, ἀτὰρ πολλὰ μὲν δὴ καὶ ἄλλα λωβέονται οἱ χαίροντες τῇσι καλῇσιν ἐπιδέσεσιν ἄνευ νόου, ἐν δὲ τοῖσι περὶ τὴν ῥῖνα καὶ μάλιστα. ἐπιδεσίων γάρ ἐστιν αὕτη ἡ ποικιλωτάτη καὶ πλείστους μὲν σκεπάρνους ἔχουσα, διαῤῥέωγὰς δὲ

velut quoque prius dictum est, inter se sunt alligandi curatioque cerato et spleniis paucis ac fasciis instituenda. Vinculum autem breve aut varium praecipue hic locus admittit. Etsi enim ex toto aequis non est libratus ponderibus, ad id tamen prope accedit. At fasciae circumvolutio, si quidem dextra maxilla excesserit, dextra parte facienda. Id fieri censetur, ubi dextra manus deligationi praeest. Quod si altera maxilla excesserit, ab altera parte fascia ducenda est. At si recte quidem coaptata fuerit et ut debet quieverit, brevi consanescit, ac dentes integri manent. Sin secus, longiore quidem tempore curatio accedit, eaque distorta et dentes laeduntur et inutiles existunt.

Naso vero fracto, fracturae modus unus non est. Verum qui speciosis vinculis imprudenter delectantur, cum in aliis quidem multis, tum vero in naribus vel maxime turpiter illuduntur. Hoc enim vinculum inter caetera maxime varium est, plurimisque locis asciam refert et relictis in cute

καὶ διαλήψιας ποικιλωτάτας τοῦ χρωτὸς ῥομβοειδέας. ὡς οὖν εἴρηται ἀνόητον ἐγχειρίην ἐπιτηδεύοντες ἄσμενοι ῥινὸς καταγείσης ἐπιτυγχάνουσιν ὡς ἐπιδήσωσι. μίαν μὲν οὖν ἡμέρην ἢ δύο ἀγάλλεται μὲν ὁ ἰητρὸς, χαίρει δὲ καὶ ὁ ἐπιδεδεμένος· ἔπειτα [356] ταχέως μὲν ὁ ἐπιδεδεμένος κορίσκεται· ἀσηρὸν γὰρ τὸ φόρημα. ἀρκέει δὲ τῷ ἰητρῷ ἐπειδὰν ἐπέδειξεν, ὅτι ἐπίσταται ποικίλως ῥῖνα (787) ἐπιδέειν. ποιέει δὲ ἡ ἐπίδεσις ἡ τοιαύτη πάντα τἀναντία τοῦ δέοντος. τοῦτο μὲν γὰρ ὁκόσοι σιμοῦνται διὰ τὴν κάτηξιν δηλονότι εἰ ἄνωθέν τις μᾶλλον πιέζοι, σιμότεροι ἂν εἶεν. τοῦτο δὲ ὅσοισι παραστρέφεται ἢ ἔνθα ἢ ἔνθα ἡ ῥὶς ἢ κατὰ τὸν χόνδρον ἢ ἀνωτέρω, δῆλον ὅτι οὐδὲν αὐτοὺς ἡ ἄνωθεν ἐπίδεσις ὠφελήσει, ἀλλὰ καὶ βλάψει μᾶλλον. οὐχ οὕτω γὰρ συναρμόσει σπλῆνεσι τὸ ἐπὶ θάτερον τῆς ῥινὸς, καίτοι οὐδὲ τοῦτο ποιέουσιν οἱ ἐπιδέοντες. ἄγχιστα δὲ ἡ ἐπίδεσίς μοι δοκέῃ ἀντιποιέειν, εἰ κατὰ μέσην τὴν ῥῖνα κατὰ τὸ ὀξὺ ἀμφιφλασθείη ἡ σὰρξ κατὰ τὸ ὀστέον, εἰ καὶ τὸ ὀστέον μικρόν τισιν εἴη καὶ μὴ μέγα. τοῖσι γὰρ τοιούτοισιν ἐπιπώρωμα ἴσχει ἡ ῥὶς

aliquot ſpatiis inanibus, varie admodum in rhombi formam intermittit. Qui igitur, ut dictum eſt, temerariam manus aggreſſionem ſtudioſe affectant, ii nares fractas ut devinciant avide arripiunt. Atqui uno aut altero die ſibi quidem medicus placet, deligatus item aeger gaudet, deinde cito ut moleſtum onus faſtidit, ſatisque eſt medico, ſi variam narium deligationem oſtentarit. Haec autem vinciendi ratio omnia contra quam oporteat efficit. Etenim ſive ob fracturam ſimae nares ſint, ſi quis eas ſuperiore parte potius comprimat, ſimae magis reddentur. Sive etiam quibusdam in hanc vel illam partem, aut circa cartilaginem aut ſuperiore parte nares diſtorqueantur, manifeſtum eſt quod nullam utilitatem ex ſuperinjecto vinculo conſequi, quin potius laedi conſueverunt. Neque enim ſic ex altera narium parte ſplenia adaptata convenient, quanquam neque hoc faciunt qui deligationem admovent. Maxime autem mihi deligatio prodeſſe videtur, ſi ad medium naſum acuta ſui parte caro ſupra os contundatur, aut ſi os quoque quibusdam paululum,

Ed. Chart. XII. [356—359.] Foes. I. 802. Ed. Lind. II. (787. 788.)

καὶ ὀκριοειδεστέρη τινὶ γίνεται. ἀλλ' ὅμως οὐδὲ τούτοισι δή που πολλοῦ ὄχλου δέεται ἡ ἐπίδεσις, εἰ δή τι καὶ δεῖ ἐπιδέειν. [357] ἀρκέει δὲ ἐπὶ μὲν τὸ φλάσμα σπλήνιον ἐπιτείναντα κεκηρωμένον, ἔπειτα ὡς ἀπὸ δύο ἀρχέων ἐπιδέεται, οὕτως ὀθονίῳ ἐς ἅπαξ περιβαλέειν. ἀρίστη μέντοι ἰητρείη τῷ ἀλήτῳ τῷ σιτανίῳ τῷ πλυτῷ, γλίσχρῳ, πεφυρημένῳ ὀλίγῳ καταπλάσσειν τὰ τοιαῦτα. [358] χρὴ δὲ, ἢν μὲν ἐξ ἀγαθῶν ᾖ, τῶν πυρῶν τὸ ἄλητον καὶ εὐόλκιμον, τούτῳ χρέεσθαι ἐς πάντα τὰ τοιαῦτα· ἢν δὲ μὴ πάνυ ὁλκιμον ᾖ, ἐς ὀλίγην μάνναν ὕδατι ὡς λειοτάτην διέντα, τούτῳ φυρᾶν τὸ ἄλητον ἢ κόμμι πάνυ ὀλίγον ὡσαύτως μίσγειν. ὁκόσοισι μὲν οὖν ῥὶς ἐς τὸ κάτω καὶ ἐς τὸ σιμὸν ῥέπουσα καταγῇ, ἢν μὲν ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν μέρεος κατὰ τὸν χόνδρον ἵζηται, οἷόν τε (788) ἐστι καὶ ἐντιθέναι διόρθωμα εἰς τοὺς μυκτῆρας, ἢν δὲ μὴ, ἀνορθοῦν μὲν χρὴ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς δακτύλους ἐς τοὺς μυκτῆρας ἐντιθέντα, ἢν ἐνδέχηται· [359] ἢν δὲ μὴ, παχὺ ὑπάλειπτρον μὴ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τῆς ῥινὸς

non autem multum offenſum ſit. In iis enim nares callo obducuntur, et quandam prominentiam oblongiorem habent. Sed neque hi ſane multum moleſta deligatione indigent, ſi modo quid vinculo opus eſt. Satisque eſt ſplenium quidem inceratum ſupra contuſum extendere, dein qualis deligatio ex duobus initiis fieri ſolet, ita ſemel ductam faſciam circumdare. Optime autem medetur farina ſitania, eluta, glutinoſa, ſubacta, modica, ex cataplasmate impoſita. Ac ſi quidem farina ex optimo tritico ſuppetit et quae facile duci poſſit, ea ad haec omnia uti convenit. Quod ſi non admodum ducatur, cum pauca thuris mica concuſſu eliſa, in tenuiſſimum pollinem redacta et aqua diluta, farina eſt ſubigenda aut paululum omnino gummi ſimiliter admiſcendum. Quibus igitur nares inferiore parte fractae ſimae redduntur, ſi quidem ex anteriore parte ad cartilaginem deſidunt, poteſt in nares aliquid quod dirigat immitti, ſin minus, excitanda quidem haec omnia ſunt digitis in nares, ſi licet, inditis. Alioqui ſpecillo pleniore quo ad illinendum

Ed. Chart. XII. [359.] Foes. I. 802. 803. Ed. Lind. II. (788.)

ὑπάγοντα τοῖσι δακτύλοισιν, ἀλλ᾽ ᾗ ἵδρυται, ἔξωθεν δὲ τῆς ῥινὸς ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἀμφιλαμβάνοντα τοῖσι δακτύλοισι, συναναγκάζειν τε ἅμα καὶ ἀναφέρειν ἐς τὸ ἄνω, καὶ ἢν μὲν πάνυ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τὸ κάτηγμα ἔῃ, οἷόν τέ τι καὶ εἴσω τῶν μυκτήρων ἐντιθέναι, ὥσπερ ἤδη εἴρηται, ἄχνην τὴν ἀφ᾽ ἡμιτυβίου ἢ ἄλλο τι τοιοῦτον ἐν ὀθονίῳ εἱλίσσοντα, μᾶλλον δὲ ἐν Καρχηδονίῳ δέρματι ἐῤῥάψαντα, σχηματίσαντα τὸ ἁρμόσσον σχῆμα τῷ χωρίῳ ἵνα ἐγκείσεται. ἢν μέντοι προσωτέρω ᾖ τὸ κάτηγμα, οὐδὲν οἷόν τε εἴσω ἐντιθέναι· καὶ γὰρ εἰ ἐν τῷ ἔμπροσθεν ὑσηρὸν τὸ φόρημα, πῶς γε δὴ οὐκ ἐν τῷ ἐσωτέρω; τὸ μὲν οὖν πρῶτον καὶ ἔσωθεν ἀναπλάσσεσθαι καὶ ἔξωθεν ἀφειδήσαντα χρὴ ἀνάγειν ἐς τὴν ἀρχαίαν φύσιν καὶ διορθώσασθαι. κάρτα γάρ οἱ ἥ τε ῥὶς καταγεῖσα ἀναπλάσσετα, μάλιστα μὲν αὐθήμερος, ἢν δὲ μὴ, ὀλίγῳ ὕστερον. ἀλλὰ καταβλακεύουσιν οἱ ἰητροὶ καὶ ἁπαλωτέρως τὸ πρῶτον ἅπτονται ἢ ὡς χρή. || παραβάλλοντα γὰρ τοὺς δακτύλους χρὴ ἔνθεν καὶ ἔνθεν κατὰ τὴν φύσιν τῆς ῥινὸς ὡς κατω-

utimur, non in anteriorem partem, sed qua desidunt in nares digitis impulso, exteriore vero narium parte hinc et inde digitis comprehensa simul impellere et sursum attollere. Ac si omnino anteriore parte fractura fuerit, licet aliquid velut jam dictum est intro in nares indere, vel ex linteo derasam lanuginem, vel aliud quid tale linteo convolutum, aut potius Carthaginiensi corio circumsutum, ea figura accommodatum, ut apte hunc in locum immitti queat. At si ulterior fractura sit, nihil intro immitti potest. Etenim si anteriore parte molestum onus est, quomodo interiore non sit futurum? Imprimis igitur interiore parte nares conformandae, et exteriore parte non remisse agendo in suam sedem compellendae et dirigendae. Nam et tibi maxime nasus fractus restituitur, praecipueque eodem die vel certe paulo post. Verum negligenter agunt medici, et primum mollius quam oporteat rem pertractant. Digitis enim hinc et inde pro narium natura quoad ejus fieri potest ad imas nares demissis, eas ab inferiore parte sursum compel-

Ed. Chart. XII. [559.] Foes. I. 803. Ed. Lind. II. (788. 789.)

κάτω κάτωθεν συναναγκάζειν, καὶ οὕτω μάλιστα ἀνορθοῦνται σὺν τῇ ἔσωθεν διορθώσει διορθοῦντα, ἔπειτα δὲ ἐς ταῦτα ἰητρὸς οὐδεὶς ἄλλος τοιοῦτός ἐστιν, εἰ ἐθέλοι μελετᾷν καὶ τολμᾷν, ὡς οἱ αὐτοῦ δάκτυλοι οἱ λιχανοί. οὗτοι γὰρ κατὰ φύσιν μάλιστά εἰσιν· παραβάλλοντα γὰρ χρὴ τῶν δακτύλων ἑκάτερον παρὰ πᾶσαν τὴν ῥῖνα (789) ἐρείδοντα ἡσύχως οὕτως ἔχειν. μάλιστα μὲν εἰ οἷόν τε εἴη αἰεὶ, ἔστ' ἂν κρατηθῇ· εἰ δὲ μὴ, ὡς πλεῖστον χρόνον, ὡς εἴρηται. εἰ δὲ μὴ, ἢ παῖδα ἢ γυναῖκά τινα· μαλθακὰς γὰρ τὰς χεῖρας δεῖ εἶναι οὕτως, ὡς ἂν κάλλιστα ἰητρευθείη ἡ ῥὶς, ὁτέῳ μὴ ἐς τὸ σκολιὸν, ἀλλ' ἐς τὸ κάτω ἱδρυμένη εἴη ἰσόῤῥοπος. ἐγὼ μὲν οὖν οὐδεμίαν που ῥῖνα εἶδον ἥτις οὕτω κατεαγεῖσα οὐχ οἵη τε διαρθρωθῆναι αὐτίκα πρὶν πωρωθῆναι συναγκαζομένη, ἐγένετο, εἴ τις ὀρθῶς ἐθέλοι ἰητρεύειν. ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι αἰσχροὶ μὲν εἶναι πολλοῦ ἀποτιμῶσι. μελετᾷν δὲ ἅμα μὲν οὐκ ἐπίστανται, ἅμα δὲ οὐ τολμέουσιν, ἢν μὴ ὀδυνῶνται, ἢ θάνατον δεδοίκασι· καίτοι ὀλιγοχρόνιος ἡ πώρωσις

lere oportet, atque ita maxime excitatas, simul etiam ab inferiore parte dirigere. Deinde vero ad eam rem nullus est magis idoneus medicus, si eo studio contendere aut id etiam tolerare velit, quam ipsius digiti indices. Hi enim maxime sunt a natura accommodati. Admoto autem utroque digito totae nares obfirmandae sunt atque ita in quiete continendae, maxime quidem si fieri possit assidue, quoad confirmentur, vel certe quam diutissime, velut dictum est. Quod si illud aeger praestare nequit, vel pueri vel mulieris cujusdam digitis utendum. Molles enim manus esse convenit, sic ut quam optime curentur nares quibus non distortae, sed aequabiliter ad inferiorem partem desidunt. Equidem nullas unquam nares vidi, quae sic fractae, si statim prius quam callo obducantur, compellerentur, restitui non potuerint, si modo quis rectam curandi rationem insistat. Atqui homines deformitatem magno quidem pretio redimendam aestimant, eo autem studio anniti nisi dolore aut mortis metu coacti neque sciunt neque sustinent, quanquam in naribus callus pauco tempore inducatur. Decem enim

τῆς ῥινός, ἐν γὰρ δέκα ἡμέρῃσι κρατύνεται, ἢν μὴ ἐπισφακελίσῃ. ὁκόσοισι δὲ τὸ ὀστέον ἐς τὸ πλάγιον κατάγνυται, ἡ μὲν ἴησις αὕτη. τὴν δὲ διόρθωσιν δηλονότι χρὴ ποιέεσθαι οὐκ ἰσόῤῥοπον ἀμφοτέρωθεν, ἀλλά τό τε ἐγκεκλιμένον ὠθέειν ἐς τὴν φύσιν ἔκτοσθεν ἀναγκάζοντα, καὶ ἐσματτευόμενον ἐς τοὺς μυκτῆρας καὶ τὰ εἴσω ῥεύσαντα διορθοῦν ἀόκνως ἔστ᾽ ἂν κατορθώσῃ, εὖ εἰδότα ὅτι ἢν μὴ αὐτίκα κατορθώσηται, οὐχ οἷόν τε μὴ καὶ διεστράφθαι τὴν ῥῖνα. ὅταν δὲ ἀγάγῃς ἐς τὴν φύσιν, προσβάλλοντα χρὴ ἐς τὸ χωρίον ἢ τοὺς δακτύλους ἢ τὸν ἕνα δάκτυλον ᾗ ἐξέσχεν ἀνακωχέειν [360] ἢ αὐτὸν ἢ ἄλλον τινά, ἔστ᾽ ἂν κρατυνθῇ τὸ τρῶμα. ἀτὰρ καὶ ἐς τὸν μυκτῆρα τὸν μικρὸν δάκτυλον ἀπωθέοντα, ἄλ-(790)λοτε καὶ ἄλλοτε διορθοῦν χρὴ τὰ ἐκκριθέντα. ὅτι δ᾽ ἂν φλεγμονῆς ὑπογίνεται τούτοισι, χρὴ τῷ σταιτὶ χρέεσθαι· τοῖσι μέντοι δακτύλοισι προσέχειν χρὴ ὁμοίως καὶ τοῦ σταιτὸς ἐπικειμένου. ἢν δέ που κατὰ τὸν χόνδρον ἐς τὰ πλάγια καταγῇ, ἀνάγκη τὴν ῥῖνα ἄκρην μετεστράφθαι. χρὴ οὖν τοῖσι τοιούτοισι ἐς τὸν μυκτῆρα ἄκρον διόρθωμά τι τῶν εἰρημένων

diebus, nisi siderentur, confirmantur. At quibus os a latere frangitur, curatio quidem eadem convenit, directio tamen ipsa non aequabiliter ab utraque parte facienda, sed quod inclinatum est extrinsecus compellendo ad naturalem situm adurgendum et digitis immissis nares contrectando, quae in interiorem partem vergunt impigre dirigenda, quoad restituantur istud animo reputantes, nisi protinus nares dirigantur, fieri non posse quin pervertantur. Quibus in naturalem sedem reductis, admotos ad locum unum aut plures digitos, qua eminentia erat ipsum aut alium quendam continere oportet, quoad vulnus confirmatum fuerit. Quin et impulso in nares parvo digito, subinde quae inclinata sunt dirigere convenit. Ac si quid inflammationis subest, iis farina ex aqua subacta adhiberi debet. Nihilo tamen minus etiam farina imposita digiti similiter admovendi. At si quando ad cartilaginem in latus nares fractae sint, eas summas perverti necesse est, tuncque in extremas nares quiddam ex iis quae dicta sunt, quod eas dirigat aut aliquid tale,

ἢ ὅ τι τούτοισιν ἔοικεν ἐντιθέναι. πολλὰ δ' ἄν τις εὕροι τὰ ἐπιτήδεια, ὅσα μήτε ὀσμὴν ἴσχει μήτε ἄλλως προσηνέα ἐστίν. ἐγὼ δέ ποτε πνεύμονος προβάτου ἀπότμημα ἐνέθηκα, τοῦτο γάρ πως παρέτυχεν. οἱ γὰρ σπόγγοι ἐντιθέμενοι ὑγράσματα δέχονται. ἔπειτα χρὴ Καρχηδονίου λοπὸν πλάτος ὡς τοῦ μεγάλου δακτύλου τετμημένον ἢ ὅκως ἂν ξυμφέρῃ, προσκολλῆσαι ἐς τὸ ἔκτοσθεν πρὸς τὸν μυκτῆρα τὸν ἐγκεκλιμένον. κἄπειτα κατατεῖναι τὸν ἱμάντα ὅκως ἂν ξυμφέρῃ. μᾶλλον δὲ ὀλίγον τείνειν χρὴ, ὥστε ὀρθὴν καὶ ἀπαρτῆ τὴν ῥῖνα εἶναι ἔπειτα, μακρὸς γὰρ ἔστω ὁ ἱμὰς, κάτωθεν τοῦ ὠτὸς ἀγαγόντα αὐτὸν, ἀναγαγεῖν περὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ ἔξεστι μὲν κατὰ τὸ μέτωπον προσκολλῆσαι τὴν τελευτὴν τοῦ ἱμάντος, ἔξεστι δὲ μακρότερον ἄγειν. ἔπειτα περιελίσσοντα περὶ τὴν κεφαλὴν καταδεῖν. τοῦτο ἅμα καὶ δικαίην τὴν διόρθωσιν ἔχει, ἅμα δὲ εὐταμίευτον καὶ μᾶλλον ἢν ἐθέλῃ καὶ ἧσσον τὴν ἀντιῤῥοπίην ποιῆσαι τῆς ῥινός. ἀτὰρ καὶ ὁκόσοισι ἐς τὸ πλάγιον ἡ ῥὶς κατάγνυται, τὰ μὲν ἄλλα ἰητρεύειν χρὴ

immitti debet. Multa autem ad id accommodata inveniri possunt, quae neque odorem moveant et alioqui mollia non sint. Ego sane pulmonis ovilli frustum, quod forte tunc aderat, aliquando immisi. Inditae enim spongiae humorem excipere consueverunt. Deinde ex Carthaginiensis corii cortice exteriore, incisa habena pollicis latitudine aut quanta convenit, exteriore parte naribus qua parte inclinant agglutinanda, posteaque prout convenit intendenda. Paulo autem amplius intendi debet, quoad erectae et suspensae nares esse videantur. Tum ita longa habena sit, ut sub aurem abducta, sursum circa caput adduci queat. Quam quidem suo extremo fronti agglutinare, aut etiam ulterius ducere, demum circa caput volutam devincire licet. Haec sr quidem ratio simul justam directionem continet, simulque expeditam habet, si quis cupiat majorem aut minorem narium in contrarium momentum propensionem. Etenim quibus nares in latus fractae sunt, in reliquis quidem eadem quae proposita est curatio convenit. In plerisque tamen habena insuper opus est, quae extremis naribus agglutinata

Ed.Chart.XII.[360.361.] Foes.I.803.804 805. Ed.Lind.II.(790.791.)

ὡς προείρηται. προσδέεται δὲ τοῖσι πλείστοισι καὶ τοῦ ἱμάντος πρὸς ἄκρην (791) τὴν ῥῖνα προσκολλῆσαι τῆς ἀντιῤῥοπίης εἵνεκα. ὁσοισι δὲ σὺν τῇ κατήξει καὶ ἕλκεα προσγίνεται, οὐδὲν δεῖ ταράσσεσθαι διὰ τοῦτο. ἀλλ' ἐπὶ μὲν τὰ ἕλκεα ἐπιτιθέναι πισσηρὴν ἢ τῶν ἐναίμων τι, || εὐαλθέα γὰρ τὰ τοιαῦτα. ὁμοίως κὴν ὀστέα μέλλῃ ἀπιέναι, τήν τε διόρθωσιν τὴν πρώτην ἀόκνως χρὴ ποιέεσθαι μηδὲν ἐπιλείποντα καὶ τὰς διορθώσιας τοῖσι δακτύλοισι ἐν [361] τῷ ἔπειτα χρόνῳ. χαλαρωτέροισι μὲν γὰρ χρεόμενον, χρεόμενον δέ. εὐπλαστότατον γάρ τι παντὸς τοῦ σώματος ἡ ῥίς ἐστι. τῶν δὲ ἱμάντων τῇ κολλήσει καὶ τῇ ἀντιῤῥοπίῃ παντάπασιν οὐδὲν κωλύει χρῆσθαι, οὔτ' ἢν ἑλκώσῃ οὔτ' ἢν ἐπιφλεγμήνῃ, ἀλύπητοι γάρ εἰσιν.

|| Ἢν δὲ οὖς κατεαγῇ, ἐπιδέσιες πᾶσαι πολέμιαι. οὐ γὰρ οὕτω τις χαλαρὸν περιβάλλοι. ἢν δὲ μᾶλλον πιέζῃ, πλέον κακὸν ἐργάζεται, ἐπεὶ καὶ ὑγιὲς οὖς ἐπιδέσει πιεχθὲν ὀδυνηρὸν καὶ σφυγματῶδες καὶ πυρετῶδες γίνεται. ἀτὰρ καὶ τὰ

eas in contrarium momentum propendere faciat At quibus ad fracturam cutis quoque vulnus acceſſit, eos nihil eam ob rem commoveri neceſſe eſt. Verum ulceri ceratum quod picem habeat, aut medicamentum aliquod cruentis vulneribus accommodatum imponendum. Haec ſi quidem facile curationem admittunt Eodem quoque modo ubi oſſa diſceſſionem parant, tum primum directio impigre omni adhibita diligentia facienda, tum etiam poſtea digiti ad directionem adhibendi. Hos ſi quidem et laxiores eſſe, et admovere tamen oportet. Ex omnibus enim corporis partibus nares facillime componuntur. Habenarum vero agglutinatione aut in contrarium momentum propenſione nihil omnino uti prohibet, neque ſi ulcus neque ſi inflammatio adſuerit, iſta namque nullam moleſtiam afferre poſſunt.

At vero auri fractae vinculum omne inimicum eſt. Neque enim ita laxo ambitu circumdari poterit, et ſi magis apprimatur, plurimum officiet. Quandoquidem et integra auris ſub vinculo adſtricta, dolore et pulſatione et febre

Ed. Chart. XII. [361. 362. 363.] Foes. I. 805. Ed. Lind. II. (791. 792.)
ἐπιπλύσματα κάκιστα μὲν τὰ βαρύτατα ἐπίπαν. ἀτὰρ καὶ τὰ πλεῖστα φλαῦρα καὶ ἀποστατικὰ καὶ μύξαν τε ὑποποιέει πλείω. κἄπειτα ἐκπυήσιας ἀσηρὰς, τούτων δὲ οὖς ἥκιστα κατεαγὲν προσδέεται. ἄγχιστα μὲν εἴ περ χρὴ τὸ γλίσχρον ἄλητον. χρὴ δὲ μηδὲ τοῦτο βάρος ἔχειν. ψαύειν δὲ ὡς ἥκιστα ξυμφέρει. ἀγαθὸν [362] γὰρ ἐνίοτε φάρμακον τὸ μηδὲν φέρειν φάρμακον καὶ πρὸς οὖς (792) καὶ πρὸς ἄλλα πολλά. χρὴ δὲ καὶ τὴν ἐπικοίμασιν φυλάττεσθαι. τὸ δὲ σῶμα ἰσχναίνειν καὶ μᾶλλον, ᾧ ἂν κίνδυνος ἔῃ ἔμπυον τὸ οὖς γενέσθαι. ἄμεινον δὲ καὶ μαλθάξαι τὴν κοιλίην. ἢν δὲ καὶ εὐήμετος ἔῃ, ἐμέειν ἀπὸ συρμαϊσμοῦ. ἢν δὲ ἐς ἐμπύησιν ἔλθῃ, ταχέως μὲν οὐ χρὴ στομοῦν. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν δοκεόντων ἐκπυέεσθαι ἀναπίνεται ποτε, κὴν μηδέν τις καταπλάσῃ. [363] ἢν δὲ ἀναγκασθῇ στομῶσαι, τάχιστα μὲν ὑγιὲς γίνεται, ἤν τις πέρην διακαύσῃ. εἰδέναι μέντοι χρὴ σαφῶς ὅτι κυλλὸν ἔστι τὸ οὖς καὶ μεῖον τοῦ ἑτέρου, ἢν πέρην

vexatur. Sed et ea sunt omnino quidem pessima cataplasmata, quae gravissima quin etiam pleraque noxia et abscessum procurant, cumque mucum plurimum tum deinde molestiae plenas suppurationes efficiunt. At his ad aurem fractam minime opus est. Proximum certe, si modo quid confert, locum habet farina glutinosa, quam neque gravem esse oportet ac quam minime contingere conducit. Interdum namque bona medicina est, quae tum ad aurem tum ad caetera multa, etiam nulla adhibetur. Vitandus praeterea in eam partem decubitus, corpusque extenuandum, idque potissimum in quo auris suppuratio metuitur, praestatque etiam alvum emollire. Quod si facilis sit ad vomitum, is ex moderata aliqua purgatione ciendus est. Sed si ad suppurationem veniat, celeriter quidem aperiri non debet. Multa namque ex his quae suppurare videntur, quandoque etiam nullo adhibito cataplasmate resorbentur. At si coactus aperueris, cito quidem sanescet, si in ulteriorem partem candens ferramentum adegeris. Certo tamen scire licet aurem candenti ferramento praeter trajectam curtam et altera minorem reddi. Si vero hujusmodi ferra-

Ed. Chart. XII. [363. 364.] Foes. I. 805. 806. Ed. Lind. II. (792. 793.)

διακαυθῇ. ἢν δὲ μὴ πέρην καίηται, || τάμνειν χρὴ τὸ μετέωρον μὴ πάνυ σμικρὴν τομήν. διὰ παχυτέρου μὴν καὶ τὸ πῦον εὑρίσκεται ἢ ὡς ἄν τις δοκέοι. ὡς δ' ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν καὶ πάντα τἄλλα τὰ μυξώδεα καὶ μυξοποιὰ, ἅτε γλίσχρα ἐόντα ὑποθιγγανόμενα διολισθαίνει ταχέως ὑπὸ τοὺς δακτύλους καὶ ἔνθα καὶ ἔνθα. διὰ τοῦτο διὰ παχυτέρου εὑρίσκουσι τὰ τοιαῦτα οἱ ἰητροὶ ἢ ὡς οἴονται. [364] ἐπεὶ καὶ τῶν γαγγλιωδέων ἔνια ὅσα ἂν πλαδαρὰ ἔῃ καὶ μυξώδεα σάρκα ἔχῃ πολλοὶ στομοῦσιν οἰόμενοι ῥεῦμα ἀνευρήσειν ἐς τὰ τοιαῦτα. ἡ μὲν οὖν γνώμη τοῦ ἰητροῦ ἐξαπατᾶται. τῷ δὲ πρήγματι τῷ τοιούτῳ οὐδεμία βλάβη στομωθέντι. ὅσα δὲ ὑδατώδεα χωρία ἐστὶν ἢ μύξης πεπληρωμένα καὶ ἐν οἵοισι χωρίοισιν ἕκαστα θάνατον φέρει στομούμενα ἢ (793) κατὰ ἀλλοίας βλάβας, περὶ τούτων ἐν ἄλλῳ λόγῳ γεγράψεται. ὅταν οὖν τάμῃ τις τὸ οὖς, πάντων μὲν καταπλασμάτων πάσης τε μοτώσιος ἀπέχεσθαι χρὴ, ἰητρεύειν δὲ ἢ ἐναίμοις ἢ ἄλλῳ τῳ, ὅ τι μήτε βάρος μήτε πόνον παρασχήσει. ἢν γὰρ

mentum reformides, pars in tumorem sublata non parva admodum sectione incidenda. Crassiore si quidem loco quam quis existimet pus contineri deprehenditur. Atque, ut breviter dicam, caetera quoque omnia mucosa et mucos gignentia, cum lenta sint, ubi contrectantur digitos celeriter hac vel illa parte effugiunt, eamque ob rem medici crassiore loco quam existiment haec contineri deprehendunt. Nam et ex iis tuberculis, quae ganglia nominant, quaecunque fluida sunt et mucosam carnem continent, plerique aperiunt, in his humorem se inventuros sperantes. Ac medicus quidem opinione fallitur, nulla tamen ex hujusmodi sectione noxa imminet. Quae vero loca aquosa aut muci plena sunt, et quibus in locis singula, si aperiantur, vel mortem vel alia etiam nocumenta afferant, alias scribetur. Ubi igitur auris secta fuerit, omni tum cataplasmatum tum linamentorum usu abstinendum. Sed vel iis medicamentis quae cruentis vulneribus imponuntur curatio est instituenda, vel alio quopiam quod neque onere gravet neque dolorem inferat. Ubi enim cartilago nudari incipit, in

ὁ χόνδρος ἄρξηται ψιλοῦσθαι καὶ ὑποστάσιας ἴσχῃ πυρώδεας ἢ χαλώδεας, ὀχληρόν. [365] γίγνεται δὲ καὶ τοῦτο δι' ἐκείνας τὰς ἰήσιας. πάντων δὲ τῶν παλιγκοτησάντων ἡ πέρην διάκαυσις αὐταρκέστατον.

[366] Σπόνδυλοι δὲ οἱ κατὰ ῥάχιν, [367] ὅσοισι μὲν ὑπὸ νοσημάτων ἕλκονται ἐς τὸ κυφὸν, [368] τὰ μὲν πλεῖστα ἀδύνατα λύεσθαι, πρὸς δὲ καὶ ὅσα ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τῆς προσφύσιος κυφοῦται. τῶν δὲ κατωτέρω μετεξέτερα λύουσι κυρσοὶ γενόμεναι ἐν τοῖσι σκέλεσι, μᾶλλον δέ τι ἐγγιγνόμενοι κυρσοὶ ἐν τῇ κατ' ἰγνύην φλεβί. || οἷσι δ' ἄν τι κύφωμα ᾖ, λύουσιν. ἐγγίνονται δὲ καὶ ἐν τῇ κατὰ βουβῶνα. [369] ἤδη δέ τισιν ἔλυσε καὶ ἡ δυσεντερίη πολυχρόνιος γινομένη, καὶ οἷσι μὲν κυφοῦται ῥάχις παισὶν ἐοῦσιν, πρὶν ἢ τὸ σῶμα τελειωθῆναι ἐς αὔξησιν. τουτέοισι μὲν οὐδὲ συναύξεσθαι ἐθέλοι κατὰ τὴν ῥάχιν τὸ σῶμα. ἀλλὰ σκέλεα μὲν καὶ χεῖρες τελειοῦνται, ταῦτα δὲ ἐνδεέστερα γίνονται, [370] καὶ ὅσοισι ἂν ᾖ ἀνωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κῦφος, τούτοισι μὲν αἵ τε πλευραὶ οὐκ ἐθέλουσιν ἐς τὸ εὐρὺ αὔξε-

eaque purulenta aut mucosa subsident, id molestum est. Id quod etiam in illis curationibus evenit. In omnibus autem quae rursus excandescunt, ferramentum candens utraque parte trajicere abunde suppetit.

At quibus spinae vertebrae ex morbis gibbum contrahunt, ea quidem magna ex parte solvi nequeunt, praecipue vero ubi superiore parte qua septo annectitur, in gibbum curvantur. Quae vero infra sunt, eorum quaedam varicibus in cruribus subortis solvuntur. Magis autem quibuscunque spina in gibbum attollitur, qui in poplitis vena suboriuntur varices eum solvunt. Fiunt quoque et in ea vena quae est ad inguina. Jam vero quosdam etiam ab hoc vitio diuturna intestinorum difficultas liberat. Et quibus certe adhuc pueris ante persectum corporis augmentum spina in gibbum attollitur, iis quidem corpus ad spinam augeri non solet. Verum crura et manus ad perfectionem deveniunt, illae autem partes exiliores evadunt. Quibus etiam supra septum transversum gibbus sit, iis quidem non in latum

Ed. Chart. XII. [370—372.] Foës. I. 807. Ed. Lind. II. (793. 794.)

σθαι· ἀλλ᾽ ἐς τοὔμπροσθεν. τό τε στῆθος ὀξὺ γίνεται, ἀλλ᾽ οὐ πλατὺ, αὐτοί τε δύσπνοοι γίνον(794)ται καὶ κερχνώδεες. ἧσσον γὰρ εὐρυχωρίην ἔχουσιν αἱ κοιλίαι αἱ τὸ πνεῦμα δεχόμεναι καὶ προπέμπουσαι, καὶ μέντοι καὶ ἀναγκάζονται κατὰ τὸν μέγαν σπόνδυλον λορδὸν τὸν αὐχένα ἔχειν, ὡς μὴ προπετὴς ἔῃ αὐτοῖσιν ἡ κεφαλή. στενοχωρίην μὲν οὖν πολλὴν τῷ φάρυγγι παρέχει καὶ τοῦτο ἐς τὸ εἴσω ῥέπον, καὶ γὰρ τοῖσιν ὀρθοῖσι φύσει δύσπνοιαν παρέχει τοῦτο τὸ ὀστέον, ἢν ἔσω ῥέψῃ ἔστ᾽ ἀναπιεχθῇ. διὸ οὖν τὸ τοιοῦτον σχῆμα ἐξεχέβρογχοι οἱ τοιοῦτοι τῶν ἀνθρώπων μᾶλλον φαίνονται ἢ ὑγιέες. [371] φυματίαι τε ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατά τὸν πνεύμονά εἰσιν οἱ τοιοῦτοι σκληρῶν φυμάτων καὶ ἀσπέπτων. καὶ γὰρ ἡ πρόφασις τοῦ κυφώματος καὶ ἡ ξύντασις τοῖσι πλείστοισι διὰ τοιαύτας συστροφὰς γίνεται ᾗσιν ἂν κοινωνήσωσιν οἱ τόνοι οἱ σύνεγγυς. ὅσοισι δὲ κατωτέρω τῶν φρενῶν τὸ κύφωμά ἐστι, τούτοισιν νοσήματα μὲν ἐνίοισι προσγίνεται νεφριτικὰ καὶ κατὰ κύστιν. ἀτὰρ καὶ ἀποστάσιες ἐς ἐμπυήματά τι καὶ κατὰ κενεῶνας καὶ [372] κατὰ βουβῶνας χρόνιαι

augeri, ſed in anteriorem partem coſtae ſolent, neque pectus in latum, ſed in acutum tendit, ipſique ſpiritum difficulter et cum ſtridulo ſono trahunt. Iis namque cavitates, quae ſpiritus excipiunt et reddunt, anguſtiores evadunt. Quin etiam cervicem ad magnam vertebram in anteriorem partem recurvatam habere coguntur, ut ne iis caput pronum ſit. Id igitur magnam faucibus anguſtiam exhibet, cum intro vergit. Nam et iis qui ſecundum naturam recti ſunt, os illud intro inclinatum, quoad repreſſum fuerit, ſpirandi difficultatem praebet. In hujusmodi ergo habitu homines iſti gutturoſi magis quam ſani apparent, iidemque tuberculoſi fiunt, ut plurimum tuberculis duris et crudis ad pulmonem obortis. Nam et pleriſque tum gibbi, tum diſtentionis occaſionem collectiones hujusmodi afferunt, cum quibus vicini nervi communionem habent. At quibus infra ſeptum transverſum gibbus exiſtit, nonnullis renum et veſicae vitia ſuperveniunt, ſed et abſceſſus ad ſuppurationem tendentes circa laterum inanitates et inguina diuturni ac

Ed. Chart. XII. [372. 373.] Foes. I. 807. Ed. Lind. II. (794. 795.)

καὶ δυσαλθέες, καὶ τουτέων οὐδ᾽ ἑτέρη λύει τὰ κυφώματα. ἰσχία δὲ τοῖσι τοιουτέοισιν ἔτι ἀσαρκότερα γίνεται ἢ τοῖσιν ἄνωθεν κυφοῖσιν. ἡ μέντοι σύμπασα ῥάχις μακροτέρη τούτοισιν ἢ τοῖσιν ἄνωθεν κυφοῖσιν. ἥβη δὲ καὶ γένειον βραχύτερα καὶ ἀτελέστερα καὶ ἀγονώτεροι οὗτοι τῶν ἄνωθεν κυφῶν. [373] οἷσι δ᾽ ἂν ηὐξημένοισι ἤδη τὸ σῶμα γένηται κύφωσις, τούτοισιν ἀπαντικρὺ μὲν τῆς νόσου τῆς τότε παρεούσης κρίσιν ποιέει ἡ κύφωσις. ἀνὰ χρόνον μέντοι σημαίνει τι τῶν αὐτέων, ὥσπερ καὶ τοῖσιν ἑτέροι(795)σιν ἢ πλέον ἢ ἔλασσον. ἧσσον δὲ κακοήθως ὡς τὸ ἐπίπαν μὲν τοιαῦτά ἐστι. πολλοὶ μέντοι ἤδη καὶ εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ ὑγιεινῶς τὴν κύφωσιν ἄχρι γήρως. μάλιστα δὲ οὗτοι οἷσιν ἂν ἐς τὸ εὔσαρκον καὶ πιμελῶδες προτράπηται τὸ σῶμα. ὀλίγοι μὲν ἤδη καὶ τῶν τοιούτων ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη ἐβίωσαν. οἱ δὲ πλεῖστοι βραχυβιώτεροί εἰσιν. ἔστι δ᾽ οἷσι καὶ ἐς τὸ πλάγιον σκολιοῦνται σπόνδυλοι ἢ τῇ ἢ τῇ. πάντα μὴν ἢ τὰ πλεῖστα τὰ τοιαῦτα γίνεται διὰ συστροφὰς τὰς εἴσωθεν ῥάχιος. προσξυμβάλλεται δὲ ἐνίοισι σὺν τῇ νούσῳ καὶ τὰ σχήματα, ἐφ᾽

curatu difficiles, quorum neutri gibbum solvunt. Iis vero coxae magis quam quibus supra gibbus existit, extenuantur. Tota tamen spina his quam illis longior. Pubes autem et barba serior et rarior increscit, et insoecundiores existunt, quam quibus superioribus partibus gibbus contingit. At quibus jam adulto corpore gibbus contingit, iis manifesto quidem praesentis tunc morbi solutionem gibbus affert, temporis tamen progressu eadem quae aliis vel magis vel minus se ostentant. Plerumque autem minus maligna ista existunt. Ac multi quidem, cum facile tum salubriter gibbum jam ad senectutem usque sustinuerunt, praesertim quibus corpus carnosum et pingue est redditum. Ex iis tamen pauci annum sexagesimum superarunt, plerique etiam citius moriuntur. Nonnullis quoque ad latus vertebrae in hanc vel illam partem oblique intorquentur, sed haec omnia aut pleraque contingunt, quod ad interiorem spinae partem humorum collectiones fiant. Praeterea etiam quibusdam una cum morbo ad id confert habitus in quem jacere con-

Ed.Chart.XII. [373. 374.] Foes. I. 807. 808. Ed. Lind. II. (795. 796)

ὁκοῖα ἂν ἐθισθέωσι κεκλίσθαι. [374] ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἐν τοῖσι χρονίοισι κατὰ πνεύμονα νοσήμασιν εἰρήσεται. ἐκεῖ γάρ εἰσιν αὐτῶν χαριέσταται προγνώσιες περὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι.

|| Ὅσοισι δὲ ἐκ καταπτώσιος ῥάχις κυφοῦται, ὀλίγα δὴ τούτων ἐκρατήθη ὥστε ἐξιθυνθῆναι. τοῦτο μὲν γὰρ αἱ ἐν τῇ κλίμακι κατατάσιες οὐδὲν ὑπεξίθυναν ὧν γε ἐγὼ οἶδα. χρέονται γὰρ οἱ ἰητροὶ μάλιστα αὐτῇ οὗτοι οἱ ἐπιθυμέοντες ἐκχαυνοῦν τὸν πολὺν ὄχλον. τοῖσι γὰρ τοιούτοισι ταῦτα θαυμάσιά ἐστιν, ἢν ἢ κρεμάμενον ἴδωσιν ἢ ῥιπτούμενον ἢ ὅσα τοῖσι τοιούτοισιν ἔοικε, καὶ ταῦτα κληΐζουσιν ἀεὶ καὶ οὐκέτι αὐτοῖσι μέλει ὁκοῖόν τι ἀπέβη ἀπὸ τοῦ χειρίσματος, εἴτε κακὸν εἴτε ἀγαθόν. οἱ μέντοι ἰητροὶ οἱ τὰ τοιαῦτα ἐπιτηδεύοντες σκαιοί εἰσιν οὓς ἔγωγε ἔγνων. τὸ μὲν γὰρ ἐπινόημα ἀρχαῖον, καὶ ἐπαινέω ἔγωγε σφόδρα τὸν πρῶτον ἐπινοήσαντα καὶ τοῦτο καὶ ἄλλο πᾶν ὅ τι μηχάνημα κατὰ φύσιν ἐπενοήθη. οὐδὲν γάρ μοι ἄελπτον, εἴ τις καλῶς σκευάσας (796) κατασείσειε κἂν ἐξιθῦναι ἔνια. αὐτὸς μέντοι κα-

ſueverunt. Verum de his dicetur in diuturnis pulmonis morbis, ubi pulcherrimae eventorum praenotiones de iis fiunt.

At quibus ex caſu ſpina in gibbum curvatur, iis ſane paucis in directum reducitur. Etenim quae per ſcalam fiunt diſtentiones, nihil, quod ego quidem noverim, reſtituerunt. Ea enim potiſſimum hi utuntur medici qui magnifica quadam de ſe opinione vulgo fucum facere ſtudent. Nam apud ejusmodi homines iſta in admirationem vertuntur, ſi aliquem pendere, projici, aut tale quippiam viderint, ſemperque iſta in vulgus ſpargunt, neque praeterea quicquam penſi habent, num quid ex hujusmodi manuum aggreſſione rectum aut pravum conſequatur. Medici tamen qui haec ſtudent, quos equidem novi, inepti ſunt. Nam et commentum vetus eſt, et equidem eum vehementer laudo qui primus excogitavit tum hoc tum quodvis aliud inventum ſecundum naturam excogitatum. Neque enim diffido quin, ſi quis eo probe inſtructo concuſſionem moliatur, nonnulla reduci

Ed. Chart. XII. [374. 375.] Foës. I. 808. Ed. Lind. II. (796.)

τησχύνθην πάντα τὰ τιουτότροπα ἰητρεύειν οὕτω, διὰ τοῦτο ἅτι πρὸς ἀπατεώνων μᾶλλον οἱ τοιοῦτοι τρόποι. [375] ὅσοισι μὲν οὖν ἐγγὺς τοῦ αὐχένος ἡ κύφωσις γένηται, ἧσσον εἰκὸς ὠφελέειν τὰς κατατάσιας ταύτας τὰς ἐπὶ κεφαλήν. μικρὸν γὰρ τὸ βάρος ἡ κεφαλὴ καὶ τὰ ἀκρώμια κατοῤῥέποντα. ἀλλὰ τούς γε τοιούτους εἰκὸς ἐπὶ τοὺς πόδας κατασεισθέντας μᾶλλον ἐξιθυνθῆναι. μείζων γὰρ οὕτως ἡ καταῤῥοπίη ἐπὶ τὰ τοιαῦτα. ὅσοισι δὲ κατωτέρω τὸ ὕβωμα, τούτοισιν εἰκὸς μᾶλλον ἐπὶ κεφαλὴν κατασείεσθαι. εἰ οὖν τις ἐθέλει κατασείειν, ὀρθῶς ἂν ὧδε σκευάζοι. τὴν κλίμακα χρὴ σκυτίνοισιν ἐν ὑποκεφαλαίοισιν πλαγίοισιν ἢ ἐριῃεοῖσι καταστρῶσαι εὖ προσδεδεμένοισιν ὀλίγῳ πλέον καὶ ἐπὶ μῆκος καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἢ ὅσον ἂν τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου κατάσχοι. ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὕπτιον κατακλῖναι ἐπὶ τὴν κλίμακα χρή. κἄπειτα προσδῆσαι μὲν τοὺς πόδας παρὰ τὰ σφυρὰ πρὸς τὴν κλίμακα μὴ διαβεβῶτα, ἐν δεσμῷ εὐόχῳ μὲν, μαλθακῷ δέ. προσδῆσαι δὲ κατωτέρω ἑκάτερον τῶν γουνάτων καὶ ἀνωτέρω.

queant. Ad hujusmodi tamen omnia iſtam adhibere medelam turpe exiſtimavi, quod haec curationis ratio impoſtores magis deceat. Quibus igitur ſecundum cervicem gibbus exiſtit, ii hac diſtentione in caput facta minus juvari poſſe videntur. Caput namque et ſummi humeri propendentes parvum pondus efficiunt. Sed hos, ſi in pedes demiſſi concutiantur, magis reduci conſentaneum eſt. In eam enim partem demiſſi majus habent propenſionis momentum. At quibus inferiore parte gibbus eſt, ii capite demiſſo concuti debere magis videntur. Si qui ergo concuſſione uti volet, eam recte hunc in modum inſtituet. Scalae ſcorteos pulvinos aut laneos in obliquum ſubſtratos, paulo ampliori in latitudinem et longitudinem hinc et inde ſpatio quam quantum hominis corpus occupat, probe adalligare convenit. Poſt haec homine ſuper ſcalam reſupinato, tum pedes quidem non diductos juxta malleolos, vinculo ſane bene firmo molli tamen, ad ſcalam devincire oportet. Alligare quoque ſupra et infra utrumque genu itemque circa coxas convenit

Ed. Chart. XII. [375—377.] Foef. I. 808. Ed. Lind. II. (796. 797.)
προσδῆσαι δὲ καὶ κατὰ ἰσχία. κατὰ δὲ τοὺς κενεῶνας καὶ κατὰ τὸ στῆθος χαλαρῇσι ταινίῃσι περιβαλέειν οὕτως ὅκως μὴ κωλύωσι τὴν κατάσεισιν. τὰς δὲ χεῖρας παρὰ τὰς πλευρὰς περιτείναντα προσκαταλαβεῖν πρὸς αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ μὴ πρὸς τὴν κλίμακα. [376] ὅταν δὲ ταῦτα κατασκευάσῃς οὕτως, ἀνέλκειν τὴν κλίμακα ἢ πρὸς τύρσιν τινὰ ὑψηλὴν ἢ πρὸς αἴετωμα οἴκου. τὸ δὲ χωρίον ἵνα ὅκου κατασείεις, ἀντίτυπον ἔστω. τοὺς δὲ ἀνατείνοντας εὐπαι(797)δεύτους χρὴ εἶναι, ὅκως ὁμαλῶς καὶ καλῶς καὶ ἰσοῤῥόπως καὶ ἐξαπινέως ἀφήσουσι, καὶ μήτε ἡ κλῖμαξ ἑτεροῤῥοπος εἰς γῆν ἀφίξεται μήτε αὐτοὶ προπετέες ἔσονται. ἀπὸ μέντοι τύρσιος ἄφεσις ἢ ἀπὸ ἱστοῦ καταπεπηγότος καρχήσιον ἔχοντος ἔτι κάλλιον ἄν τις σκευάσαιτο, ὥστε ἀπὸ τροχιλίης τὰ χαλώμενα εἶναι ὅπλα ἢ ἀπὸ ὄνου. ἀηδὲς μὴν καὶ μακρηγορεῖν περὶ [377] τούτων· ὅμως δὲ ἐκ τουτέων ἂν τῶν κατασκευῶν μάλιστα ἄν τις κατασεισθείη. εἰ μέν τι κάρτα ἄνω εἴη τὸ ὕβωμα, δέοι δὲ κατασείειν, πάντως ἐπὶ πόδας λυσιτελέει, ὥσπερ ἤδη εἴρηται· πλείων γὰρ οὕτω γίνεται ἡ καταῤῥοπίη ἐπὶ ταῦτα. ἑρμῆσαι μὲν οὖν κατὰ μὲν τὸ στῆθος πρὸς τὴν κλίμακα προσδήσαντα

Ad laterum autem inanitatem et pectus fasciae laxae sic circumjiciendae, ut ne concussionem prohibeant. Manus vero ad latera extentae juxta corpus ipsum, non ad scalam demittendae. Scala ita instructa ad turrim aliquam altam aut domus fastigium attrahenda. Locus autem super quem concussio fit renitens esto. Qui vero attollunt probe edocti esse debent, ut aequaliter recte et aequabili libramento repenteque demittant, quo neque scala in alteram partem propendens ad terram deveniat neque ipsi proni ferantur. Ex turri tamen aut malo defixo, in quo insint carchesia commodior demissio fiet, si ex trochlea aut axe funes laxentur. Sed fortasse molestus est longior de his sermo. Per hunc tamen apparatum maxime quis concuti possit. Quod si superiore admodum parte gibbus extiterit, omninoque concussione opus sit, eam in pedes facere, velut jam dictum est, expedit. Ita enim majus eam in partem fit propensionis momentum. Ac obfirmari quidem pectus debet valide ad scalam alligan-

ἰσχυρῶς, κατὰ δὲ τὸν αὐχένα ὡς χαλαρωτάτῃ ταινίῃ ὅσον τοῦ κατορθοῦσθαι εἵνεκα καὶ αὐτὴν τὴν κεφαλὴν κατὰ τὸ μέτωπον προσδῆσαι πρὸς τὴν κλίμακα· τὰς δὲ χεῖρας παρατανύσαντα πρὸς τὸ σῶμα προσδῆσαι, μὴ πρὸς τὴν κλίμακα. τὸ μέντοι ἄλλο σῶμα ἄδετον εἶναι || χρὴ, πλὴν ὅσον τοῦ κατορθοῦσθαι εἵνεκα, ἄλλῃ καὶ ἄλλῃ ταινίῃ χαλαρῇ περιβεβλῆσθαι. ὅκως δὲ μὴ κωλύωσιν οὗτοι οἱ δεσμοὶ τὴν κατάσεισιν, σκοπέειν. τὰ δὲ σκέλεα πρὸς μὲν τὴν κλίμακα μὴ προσδεδέσθω, πρὸς ἄλληλα δὲ ὡς κατὰ τὴν ῥάχιν ἰθύῤῥοπα ἐῃ. ταῦτα μέντοι τοιουτοτρόπως ποιητέα, εἰ πάντως δέοι ἐν κλίμακι κατασεισθῆναι. αἰσχρὸν μέντοι καὶ ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ οὐχ ἥκιστα ἐν ἰητρικῇ πολὺν ὄχλον καὶ πολλὴν ὄψιν καὶ πολὺν λόγον παρασχόντα, ἔπειτα μηδὲν ὠφελῆσαι

[378] Χρὴ δὲ πρῶτον μὲν γινώ(798)σκειν τὴν φύσιν τῆς ῥάχιος οἵη τίς ἐστιν. ἐς πολλὰ γὰρ νοσήματα προσδέοι ἂν αὐτῆς. τοῦτο μὲν γὰρ τὸ πρὸς τὴν κοιλίην ῥέπον, οἱ σπόνδυλοι ἐντὸς ἄρτιοι εἰσὶν ἀλλήλοισι, [379] καὶ δέδενται

do, cervix vero quam laxissima fascia, eatenus ut dirigi possit. Ipsumque caput juxta frontem ad scalam alligandum. Manus autem porrectae ad corpus, non ad scalam devinciendae. Reliquum tamen corpus solutum esse oportet, nisi quatenus dirigi queat, alia atque alia parte fascia laxa circumdari debet. Sed videndum est ne hujusmodi vincula concussionem prohibeant. Crura vero non ad scalam quidem, verum inter se alligentur, ut ad spinam e directo propendeant. Atque haec quidem eo modo paranda sunt, si quis omnino ea quae per scalam fit concussione opus habet. Turpe autem est cum in omni arte tum vero in arte medendi vel maxime, post multum exhibitum negotium, multum apparatum multamque de se excitare opinionem, tandemque nihil opis adferre.

Imprimis autem spinae quidem natura cognoscenda est. Ea namque ad multos morbos opus fuerit. Etenim qua parte ventrem spectat, ab interiore parte vertebrae inter se sunt aequabiles, ac mucoso et nervoso ligamento inter se devin-

Ed. Chart. XII. [379—382.] Foes. I. 809. 810. Ed. Lind. II. (798.)
πρὸς ἀλλήλους δεσμῷ μυξώδεϊ καὶ νευρώδεϊ ἀπὸ χόνδρων ἀποπεφυκότι ἄχρι πρὸς τὸν νωτιαῖον. ἄλλοι δέ τινες τόνοι νευρώδεες διανταῖοι πρόσφυτοι παρατέτανται ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτῶν. αἱ δὲ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν κοινωνίαι ἐν ἑτέρῳ λόγῳ δεδηλώσονται, ὅσαι τε καὶ οἷαι καὶ ὅθεν ὡρμημέναι καὶ ἐν οἵοισιν οἷα δύνανται. [380] αὐτὸς δὲ ὁ νωτιαῖος οἵσιν || ἐλλύτρωται ἐλλύτροισι καὶ ὅθεν ὡρμημένοισι καὶ ὅπη κραίνουσι καὶ οἷσι κοινωνέουσι καὶ οἷα δυναμένοισιν. ἐν δὲ τῷ ἐπέκεινα ἐν ἄρθροισι γεγιγγλύμωνται πρὸς ἀλλήλους οἱ σπόνδυλοι. [381] τόνοι δὲ κοινοὶ παρὰ πάντας καὶ ἐν τοῖσιν ἔξω μέρεσι καὶ ἐν τοῖσιν εἴσω παρατέτανται, ἀπόφυσίς τέ ἐστιν ὀστέου ἐς τὸ ἔξω μέρος ἀπὸ πάντων τῶν σπονδύλων μία ἀπὸ ἑνὸς ἑκάστου, ἀπό τε τῶν μειζόνων ἀπό τε τῶν ἐλασσόνων. ἐπὶ δὲ τῇσιν ἀποφύσεσιν ταύτῃσι χονδρίων ἐπιφύσιες, καὶ ἀπ᾽ ἐκείνων νεύρων ἀποβλάστησις ἠδελφισμένη τοῖσιν ἐξωτάτω τόνοισι. [382] πλευραὶ προσπεφύκασιν ἐς τὸ εἴσω μέρος τὰς κεφαλὰς ῥέπουσαι μᾶλλον ἢ ἐς τὸ ἔξω. καθ᾽ ἕνα δὲ ἕκαστον τῶν σπονδύλων προσήρθρωνται. καμπυλώτα-

ctae, quod a cartilaginibus exortum, ad medullam usque progreditur. Quidam etiam alii nervi nervosi a summo ad imum in longitudinem protensi adnascuntur, et ab utraque parte ad earum latera porriguntur. Venarum vero et arteriarum communitates, quotque et quales sint et unde initium ducant, quamque in quibus vim habeant alias declarabuntur. Tum ipsa dorsi medulla quibus involucris obvolvatur, unde ortum ducant et ubi desinant et quibuscum communionem qualemque vim habeant. Ultra autem hunc locum vertebrae inter se cardinis modo committuntur. Nervi vero communes ad omnes tum exterioribus tum interioribus partibus porriguntur. Ac ex omnibus vertebris in exteriorem partem ossis processus ex singulis unus tum majoribus tum minoribus eminet. His autem processibus adnata est cartilago, ex eaque nervi producuntur, nervis exterioribus assimiles. Costae vero interiorem partem magis quam exteriorem suis capitibus spectantes annexae sunt et cum unaquaque vertebra sigillatim committuntur. Maxime autem

Ed.Chart. XII. [382—386.] Foeſ. I. 810. Ed. Lind. II. (798. 799.)

ται δὲ πλευραὶ ἀνθρώπου εἰσὶ, ῥοβοειδέα τρόπον. [383] τὸ δὲ μεσηγὺ τῶν πλευρέων καὶ τῶν ὀστέων τῶν ἀποπεφυκότων ἀπὸ τῶν σπονδύλων ἀποπληρέουσιν ἑκατέρωθεν οἱ μύες ἀπὸ τοῦ αὐχένος ἀρξάμενοι, ἄχρι τῶν φρενῶν τῆς προσφύσιος. [384] αὕτη δὲ ἡ ῥάχις κατὰ μῆκος ἰθυσκόλιός ἐστι. ἀπὸ μὲν τοῦ ἱεροῦ ὀστέου ἄχρι τοῦ (799) μεγάλου σπονδύλου παρ᾽ ὃν προσήρτηται τῶν σκελέων ἡ πρόσφυσις, ἄχρι μὲν τούτου κυφή. κύστις τε γὰρ καὶ γοναὶ καὶ ἀρχοῦ τὸ χαλαρὸν ἐν τουτέῳ ἔκτισται. [385] ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι φρενῶν προσαρτήσιος ἰθυλόρδη καὶ παραφύσιας ἔχει μυῶν, τοῦτο μοῦνον τὸ χωρίον ἐκ τῶν εἴσωθεν, ἃς δὴ καλέουσι ψόας. ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπωμίδων ἰθυκύφη. ἔτι δὲ μᾶλλον δοκέει ἢ ἐστίν. ἡ γὰρ ἄκανθα κατὰ μέσον ὑψηλοτάτας τὰς ἐκφύσιας τῶν ὀστέων ἔχει, ἔνθεν δὲ καὶ ἔνθεν ἐλάσσους. [386] αὐτὸ δὲ τὸ ἄρθρον τοῦ αὐχένος λορδόν ἐστιν.

incurvae ſunt hominis coſtae, eorum modo quae vara ſunt. Coſtarum vero et oſſium quae ex vertebris procedunt intermedium complent utrimque muſculi, qui a cervicibus initium ducentes, ad ſepti transverſi annexionem usque tendunt. Ipſa vero ſpina in longitudinem ex recto obliquatur. Ab oſſe quidem ſacro ad magnam vertebram usque, juxta quam crurum nexus dependet, in gibbum incurvatur. Veſica namque et partes naturales rectique inteſtini laxitas eo in ſpatio ſunt conſtituta. At inde ad ſepti transverſi annexionem ex recto in interiorem partem inclinatur. Solusque hic locus ab interiore parte muſculos adnatos habet, quos quidem ψόας nominant. Ab hac autem parte ad magnam vertebram, quae eſt ſupra ſummam humerorum partem, ex recto in gibbum elevatur, imo vero hujusmodi magis apparet quam ſit. Spina namque media ſui parte eminentiſſimos, ab utraque autem parte minores oſſium proceſſus habet. Ipſe vero cervicis articulus in anteriorem partem inclinatur.

Ed. Chart. XII. [386. 387] Foës. I. 811. Ed. Lind. II. (799. 800.)

|| Ὁκόσοισι μὲν οὖν κυφώματα γίνεται κατὰ τοὺς σπονδύλους, ἔξωσις μὲν μεγάλη ἀποῤῥαγεῖσα ἀπὸ τῆς συμφύσιος ἢ ἑνὸς σπονδύλου ἢ καὶ πλειόνων, οὐ μάλα πολλοῖσι γίνεται, ἀλλ᾽ ὀλίγοισιν. οὐδὲ γὰρ τὰ τρώματα τὰ τοιαῦτα ῥηΐδιον γίνεσθαι, οὔτε γὰρ ἐς τὸ ἔξω ἐξωσθῆναι ῥηΐδιόν ἐστιν, εἰ μὴ ἐκ τοῦ ἔμπροσθεν ἰσχυρῷ τινι τρωθείη διὰ τῆς κοιλίης. οὕτω δ᾽ ἂν ἀπόλοιτο ἢ εἴτις ἀφ᾽ ὑψηλοῦ τοῦ χωρίου πεσὼν ἐρείσειε τοῖσιν ἰσχίοισιν ἢ τοῖσιν ὤμοισιν. ἀλλὰ καὶ οὗτος ἂν ἀποθάνοι, παραχρῆμα δὲ οὐκ ἂν ἀποθάνοι. ἐκ δὲ τοῦ ὄπισθεν οὐ ῥηΐδιον τοιαύτην ἔξαλσιν γενέσθαι ἐς τὸ εἴσω, εἰ μὴ ὑπέρβαρύ τι ἄχθος ἐμπέσοι. τῶν τε γὰρ ὀστέων τῶν ἐκπεφυκότων ἔξωθεν ἕκαστον τοιοῦτόν ἐστιν, ὥστε πρόσθεν ἂν αὐτὸ καταγείη πρὶν ἢ μεγάλην ῥοπὴν εἴσω ποιῆσαι, τούς τε συνδέσμους βιασάμενον [387] καὶ τὰ ἄρθρα τὰ ἐνηλλαγμέ(800)να. ὅ τε αὖ νωτιαῖος πονοίη ἂν, εἰ ἐξ ὀλίγου χωρίου τὴν περικαμπὴν ἔχοι τοιαύτην ἔξαλσιν ἐξαλλομένου σπονδύλου. ὅ τ᾽ ἐκπηδήσας σπόνδυλος πιέζοι ἂν τὸν νωτιαῖον, εἰ

Quibus igitur vertebrae in gibbum protuberant, iis abrupta compage una aut plures vertebrae magna vi foras protruduntur: quod paucis neque ita multis contingit. Neque enim hujusmodi offensiones facile contingunt, neque in exteriorem partem expelli vertebrae prompte possunt, nisi anteriore parte vehementi ictu per ventrem vulnus accipiatur, hoc vero pacto homo intereat, aut nisi quis ex superiore loco delapsus, in coxas aut humeros impingat. Sed et hic quoque licet non statim, sic tamen intereat. At vero a posteriore parte non ita facile vertebrae suo loco desilire in interiorem possunt, nisi perquam grave onus aliquod irruat. Ossium enim, quae in exteriorem partem prominent, unumquodque eam habet naturam, ipsum uti potius frangatur quam ut ligamentis et articulis mutuo inter se cedentibus vi adductis magno momento in interiorem partem inclinet. Dorsi item medulla ex parvo spatio inflexionem habens affligeretur, ubi vertebra hoc modo suo loco exilierit, tum loco mota vertebra dorsi medullam comprimeret, si non etiam disrumperet. Ea autem compressa et intercepta mul-

Ed. Chart. XII. [587.] Foës. I. 811. 812. Ed. Lind. II. (800.)

μὴ καὶ ἀποῤῥήξειε. πιεχθεὶς δ' ἂν καὶ ἀπολελαμμένος πολλῶν ἂν καὶ μεγάλων καὶ ἐπικαίρων ἀπονάρκωσιν ποιήσειεν. ὥστε οὐκ ἂν μέλοι τῷ ἰητρῷ, ὅκως χρὴ τὸν σπόνδυλον κατορθῶσαι, πολλῶν καὶ βιαίων ἄλλων κακῶν παρεόντων. ὥστε δὴ οὐδ' ἐμβαλεῖν οἷόν τε οὔτε κατασεῖσαι οὔτ' ἄλλῳ τρόπῳ τινὶ πρόδηλον τὸ τοιοῦτον, εἰ μή τις διαταμὼν τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα ἐσμασάμενος ἐς τὴν κοιλίην ἐκ τοῦ εἴσωθεν τῇ χειρὶ ἐς τὸ ἔξω ἀντωθέοι. || καὶ ταῦτα νεκρῷ μὲν οἷόν τε ποιέειν, ζῶντι δὲ οὐ πάνυ. διὰ τί οὖν ταῦτα γράφω; ὅτι οἴονταί τινες ἰητρευκέναι ἀνθρώπους, οἷσιν εἴσωθεν ἔπεσον σπόνδυλοι τελέως ὑπερβάλλοντες τὰ ἄρθρα, καίτοι γε ῥηΐστην ἐς τὸ περιγενέσθαι τῶν διαστροφέων ταύτην ἔνιοι νομίζουσι καὶ οὐδὲν δεῖσθαι ἐμβολῆς, ἀλλ' αὐτόματα ὑγιέα γίνεσθαι τὰ τοιαῦτα. ἀγνοέουσι δὲ πολλοὶ καὶ κερδαίνουσιν ὅτι ἀγνοέουσιν. πείθουσι γὰρ τοὺς πέλας. ἐξαπατῶνται δὲ διὰ τόδε. οἴονται τὴν ἄκανθαν τὴν ἐξέχουσαν κατὰ τὴν ῥάχιν ταύτην τοὺς σπονδύλους αὐτοὺς εἶναι, ὅτι στρογγύλον αὐτῶν ἕκαστον φαίνεται ψαυόμενον, ἀγνοοῦντες ὅτι τὰ ὀστέα

tis magnis praecipuisque partibus torporem induceret. Adeo ut multis aliis urgentibus malis ad dirigendam vertebram medico curam intendere non liceat. Quare istud neque concutiendo neque quapiam alia ratione reponi posse manifestum est, nisi si quis homine dissecto, deinde manu immissa in ventrem contrectando interiore parte in exteriorem protrudat. Quod mortuo quidem licet, vivente vero nequaquam fieri potest. Quorsum igitur haec scribimus? Quoniam nonnulli existimant se eos sanasse, quibus vertebrae in totum articulis excedentes interiorem in partem prolapsae sunt. Quamvis quidem ab hac perversione facillime evadere posse, nullaque opus esse repositione, sed ejusmodi sponte sanescere quidam existimant. Ignari autem multi sunt, ex eaque ignorantia id lucri faciunt, quod alios ista persuasione imbuunt. At istud eos in errorem imposuit, quod spinam quae in ea dorsi parte eminet vertebras ipsas esse existimant, propterea quod eorum unumquodque attrectanti rotundum appareat, neque intelligunt ea ossa esse,

ταῦτα ἐστὶ τὰ ἀπὸ τῶν σπονδύλων πεφυκότα, περὶ ὧν ὁ λόγος ὀλίγῳ πρόσθεν εἴρηται. οἱ δὲ σπόνδυλοι πολὺ προσωτέρω ἄπεισι. στενοτάτην γὰρ πάντων ζώων ἄνθρωπος κοιλίην ἔχει ὡς ἐπὶ μεγέ(801)θει ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἰς τὸ ἔμπροσθεν, ποτὶ καὶ κατὰ τὸ στῆθος. ὅταν οὖν τι τούτων τῶν ὀστέων τῶν ὑπερεχόντων ἰσχυρῶς καταγῇ, ἤν τε ἓν ἤν τε πλείω, ταύτῃ ταπεινότερον τὸ χωρίον γίνεται ἢ τὸ ἔνθεν καὶ ἔνθεν. διὰ τοῦτο ἐξαπατῶνται οἰόμενοι τοὺς σπονδύλους εἴσω οἴχεσθαι. προσεξαπατᾷ δὲ ἔτι αὐτοὺς καὶ τὰ σχήματα τῶν τετρωμένων. ἢν μὲν γὰρ πειρῶνται καμπύλεσθαι, ὀδυνῶνται περιτενέος γινομένου ταύτῃ τοῦ δέρματος ᾗ τέτρωνται καὶ ἅμα τὰ ὀστέα τὰ κατεηγότα ἐνθράσσει οὕτω μᾶλλον τὸν χρῶτα. ἢν δὲ λορδαίνουσι, ῥᾴους εἰσί. χαλαρώτερον γὰρ τὸ δέρμα κατὰ τὸ τρῶμα ταύτῃ γίνεται, καὶ τὰ ὀστέα ἧσσον ἐνθράσσει. ἀτὰρ καὶ ἤν τις ψαύῃ αὐτῶν, κατὰ τοῦτο ὑπείκουσι λορδοῦντες καὶ τὸ χωρίον κενεὸν καὶ μαλθακὸν ψανόμενον ταύτῃ φαίνεται. ταῦτα πάντα τὰ εἰρημένα προσεξαπατᾷ τοὺς ἰητρούς. ὑγιέες δὲ ταχέως καὶ ἀσινέες αὐτόματοι

quae a vertebris procedunt, de quibus paulo ante sermo est habitus, quodque vertebrae longe in anteriorem partem abeunt. Angustissimum si quidem inter omnia animantia homo pro magnitudine ventrem habet a posteriore parte in anteriorem, maxime etiam ad pectus. Quum igitur ex his ossibus quae supereminent aliquod valide fractum fuerit, sive unum sive plura, ea parte locus depressior quam hinc et inde redditur idque iis imponit, quod vertebras intro cessisse existiment. Praeterea quoque eos etiam in errorem inducunt, eorum qui vulnerati sunt habitus. Nam si incurvari conentur, dolore afficiuntur cum ea parte qua vulnerati sunt cutis contendatur, simulque ossa fracta hoc modo potius carnem intus pungant: sin vero in anteriorem partem nitantur, levius habent. Nam et cutis qua vulnus est laxior efficitur, ossaque intus minus pungunt. Quin et si quis eos hac parte contingat, in anteriora inclinati cedunt, isque locus inanis et mollis ad tactum apparet. Haec commemorata omnia insuper medicos fallunt. Ii autem cito et sine

Ed. Chart. XII. [387. 388.] Foes. I. 812. 813. Ed. Lind. II. (801. 802.)
οἱ τοιοῦτοι γίνονται. [388] ταχέως γὰρ πάντα τὰ τοιαῦτα ὀστέα ἐπιπωροῦται ὅσα χαῦνά ἐστι.

Σκολιαίνεται μὲν οὖν ῥάχις καὶ ὑγιαίνουσι κατὰ πολλοὺς τρόπους. καὶ γὰρ ἐν τῇ φύσει καὶ ἐν τῇ χρήσει οὕτως ἔχει, ἀτὰρ καὶ ὑπὸ γήραος καὶ ὑπὸ ὀδυνημάτων, ἐπεὶ ξυνδετική ἐστιν. αἱ δὲ δὴ κυφώσιες αἱ ἐν τοῖσι πτώμασιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ γίνονται, ἢν ἢ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἐρείσῃ ἢ ἐπὶ τοὺς ὤμους πέσῃ. ἀνάγκη γὰρ ἔξω φαίνεσθαι ἐν τῷ κυφώματι ἕνα μέν τινα ὑψηλότατον τῶν σπονδύλων. τοὺς δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ἐπὶ ἧσσον. οὔκουν ὡς ἐπὶ πολὺ ἀποπεπηδηκὼς ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐστὶν, ἀλλὰ μικρὸν ἢν ἕκαστος συνδιδοῖ ἀθρόως πολύ. διὰ οὖν τοῦτο καὶ ὁ νωτιαῖος (802) μυελὸς εὐφόρως φέρει τὰς τοιαύτας διαστροφὰς, ὅτι κυκλώδης αὐτῷ ἡ διαστροφὴ γίνεται, ἀλλ' οὐ γονιώδης. χρὴ δὲ τὴν κατασκευὴν τοῦ διαναγκασμοῦ || τοιήνδε κατασκευάσαι. ἔξεστι μὲν ξύλον ἰσχυρὸν καὶ πλατὺ ἐντομὴν παραμήκεα ἔχον κατορύξαι, ἔξεστι δὲ καὶ ἀντὶ τοῦ ξύλου ἐν τοίχῳ ἐντομὴν παραμήκεα ἐνταμεῖν ἢ πήχεϊ ἀνωτέρω τοῦ ἐδάφεος ἢ ὅκως

noxa per se convalescunt. Ejusmodi enim ossa omnia, quae laxa sunt, callo celeriter firmantur.

Spina igitur etiam in sanis multis modis distorquetur. Sic enim natura et usu rem se habere compertum est. Quin et sub senio et doloribus idem usu venit, si quidem contrahendi vim habent. Gibbi autem plerumque ex casu contingunt, ubi quis in coxas aut humeros cadendo impingit. In gibbo enim unam aliquam vertebram sublimem foras eminere necesse est, eas vero quae hinc et inde sunt minus. Neque ea tamen a reliquis multum desilit, sed paulum cum singulae in universum cedant. Eam igitur ob causam etiam dorsalis medulla ejusmodi perversiones, ubi in circulum non in angulum pervertitur, facile tolerat. Instrumenti autem quo restitutio cogitur fabricam hujusmodi instituere oportet. Lignum quidem validum oblongum in longitudinem incisum defoditur. Licet quoque hujus ligni loco in pariete oblongum aliquod cavum incidere, quod vel cubiti altitudine vel

[456] ἐνίοισι γὰρ ὁ μηρὸς ἐμπίπτει ἀπ' οὐδεμιῆς παρασκευῆς, ἀλλ' ὀλίγης μὲν κατατάσιος, ὅσον τῇσι χερσὶ καθιθῆναι, (838) βραχείης δὲ κιγκλίσιος. πολλοῖσι δὲ συγκάμψασι τὸ σκέλος κατὰ τὸ ἄρθρον ἐνέπεσεν ἤδη ἀμφίσφαλσιν ποιησάμενον. ἀλλὰ γὰρ τὰ πολὺ πλείω οὐκ ἐνακούει τῆς τυχούσης παρασκευῆς. διὰ τοῦτο ἐπίστασθαι μὲν χρὴ τὰ κράτιστα περὶ ἑκάστου ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ. χρέεσθαι δὲ οἷσιν ἂν δόξῃ ἑκάστοτε. εἴρηνται μὲν οὖν τρόποι κατατασίων καὶ ἐν τοῖσιν ἔμπροσθεν γεγραμμένοισιν, ὥστε χρέεσθαι τούτων ὅστις ἂν παρατύχῃ. δεῖ γὰρ ἀντικατατετάσθαι ἰσχυρῶς, ἐπὶ θάτερα μὲν τοῦ σκέλεος, ἐπὶ θάτερα δὲ τοῦ σώματος. ἢν γὰρ εὖ κατατάθῃ, ὑπεραιωρηθήσεται ἡ κεφαλὴ τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς ἀρχαίης ἕδρης. καὶ ἢν μὲν ὑπεραιωρηθῇ οὕτως, οὐδὲ κωλῦσαι ἔτι ῥηΐδιον ἵζεσθαι αὐτὴν ἐς τὴν ἑωυτῆς ἕδρην, ὥστε ἤδη πᾶσα ἀρκέει μόχλευσίς τε καὶ κατόρθωσις. ἀλλὰ γὰρ ἐλλείπουσιν ἐν τῇ κατατάσει. διὰ τοῦτο ὄχλον πλείω παρέχει ἡ ἐμβολή. [457] χρὴ οὖν οὐ μόνον παρὰ

remus dictum est. Nonnullis enim absque ullo apparatu, sed ex modica intensione, quae manuum directione fit, levique agitatione femur intro revertitur. Multis etiam crus, qua commissura est inflectentibus, id facta circumactione jam in suam sedem revertit. At multo saepius evenit ut non cuilibet cedat apparatui. Quocirca quae quidem in quavis arte in singulis plurimum praestant, scire convenit, in usum vero ea adhibere quae ad singula accommodari videbuntur. Extendendi ergo rationes etiam a me in superioribus dictae sunt, ut ex his quaecunque suppetet in usum adhiberi possit. Vehementem enim in diversas partes extensionem fieri oportet, ut in alteram quidem crus, in alteram vero corpus adducatur. Nam si probe extensio fiat, femoris caput supra pristinam sedem sublime efferetur, sicque in sublime evectum, non jam facile prohibeatur quominus in sua ipsius sede considat, adeo ut etiam quaevis molitio ac directio satis sit. Sed enim parcior extensio fieri consuevit, ideoque majorem molestiam repositio adfert.

τὸν πόδα τὰ δεσμὰ ἐξηρτῆσθαι, ἀλλὰ καὶ ἄνωθεν τοῦ γούνατος, ὅκως μὴ κατὰ τὸ τοῦ γούνατος ἄρθρον ἐν τῇ τανύσει ἡ ἐπίδεσις ἔῃ μᾶλλον ἢ κατὰ τὸ τοῦ ἰσχίου ἄρθρον. οὕτω μὲν οὖν χρὴ τὴν κατάτασιν τὴν πρὸς τὸ τοῦ ποδὸς μέρος ἐσκευάσθαι, ἀτὰρ καὶ τὴν ἐπὶ θάτερα κατάτασιν μὴ μόνον ἐκ τῆς περὶ τὸ στῆθος καὶ τὰς μασχάλας περιβολῆς ἀντιτείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἱμάντι μακρῷ διπτύχῳ, ἰσχυρῷ, προσηνεῖ, παρὰ τὸν περίνεον βεβλημένῳ, παρατεταμένῳ ἐπὶ μὲν τὰ ὄπισθεν παρὰ τὴν ῥάχιν, ἐπὶ δὲ τὰ ἔμπροσθεν παρὰ τὴν κληῗδα προσηρτημένῳ, πρὸς τὴν ἀρχὴν τὴν ἀντικατατείνουσαν οὕτω διαναγκάζεσθαι, τοῖσι μὲν ἔνθα διατεινομένοισι, τοῖσι δὲ ἔνθα. ὅκως δὲ ὁ ἱμὰς ὁ παρὰ τὸν περίνεον (859.) μὴ ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ μηροῦ παρατεταμένος ἔσται, ἀλλὰ μεσηγὺ τῆς κεφαλῆς ἐπὶ τοῦ περινέου. ἐν δὲ τῇ κατατάσει κατὰ μὲν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐρείσας τὴν πυγμὴν, ἐς τὸ ἔξω ὠθεέτω. ἢν δὲ μετεωρίζεται ἑλκόμενος, διέρσας τὴν χεῖρα καὶ ἐπισυνάξας τῇ ἑτέρῃ χειρὶ, ἅμα μὲν συγκατατεινέτω, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔξω συναναγκαζέτω. ἄλλος δέ

Neque ergo pedibus solum, verum etiam supra genu vincula injici necesse est, quo non magis genu quam coxendicis articulus deligatione intendatur. Atque hunc in modum ad pedes extensionem apparatam esse convenit. Sed et neque ad pectus solum et alas circumjecto vinculo in diversa contensio fieri debet, verum etiam loro longo, duplici, valido, leni, ad interfoemineum interjecto, quod posteriore quidem parte juxta spinam porrigatur, anteriore vero per jugulum ad aliud initium contra tendat, ita vis adhibenda est, his quidem una parte, aliis altera distentionem molientibus. Ita tamen ne lorum quod ad interfoemineum demittitur, supra femoris caput porrigatur, sed inter caput et interfoemineum medium deducatur. In ipsa vero extensione femoris quidem caput obnixo pugno exteriorem in partem propellendum. Quod si qui trahitur sublimis pendeat, inserta manu, eique altera conjuncta, simul quidem extendendum et in exteriorem partem impel-

Ed. Chart. XII. [457—459.] Foës. I. 833. 834. Ed. Lind. II. (839.)

τις τὸ παρὰ τὸ γόνυ τοῦ μηροῦ ἡσύχως ἐς τὸ εἴσω μέρος κατορθούτω. εἴρηται δὲ καὶ πρόσθεν ὅτι || ἐπάξιον ὅστις ἐν πόλει πολυανθρώπῳ ἰητρεύει, ξύλον κεκτῆσθαι τετράγωνον ὡς ἑξάπηχυ ἢ ὀλίγῳ μεῖζον, εὖρος δὲ ὡς δίπηχυ. πάχος δὲ ἀρκέει σπιθαμιαῖον. [458] ἔπειτα κατὰ μῆκος μὲν ἔνθεν καὶ ἔνθεν τομὴν ἔχειν χρὴ, ὡς μὴ ὑψηλοτέρη τοῦ καιροῦ ἡ μηχάνησις εἴη. ἔπειτα φλιὰς βραχείας, ἰσχυρὰς, ἐνηρμοσμένας, ὀνίσκους ἔχειν ἑκατέρωθεν. [459] ἔπειτα ἀρκέει μὲν ἐν τῷ ἡμίσει τοῦ ξύλου. οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ διὰ παντὸς ἐντετμῆσθαι ὡς καπέτους μικρὰς πέντε ἢ ἓξ, διαλειπούσας ἀπ' ἀλλήλων τέσσαρας δακτύλους. αὐτὰς δὲ ἀρκέει εὖρος τριδακτύλους εἶναι. καὶ βάθος οὕτως. ἔχειν δὲ κατὰ μέσον τὸ ξύλον καὶ καταγλυφὴν χρὴ βαθυτέρην ἐπὶ τετράγωνον ὡς τριῶν δακτύλων, καὶ ἐς μὲν τὴν καταγλυφὴν ταύτην, ὅταν δοκέῃ προσδεῖν ξύλον, ἐμπηγνύναι ἐναρμόζον τῇ καταγλυφῇ, τὸ δὲ ἄνω στρογγύλον. ἐμπηγνύναι δὲ, ἐπὴν ποτε δοκέῃ ξυμφέρειν, μεσηγὺ τοῦ περινέου καὶ τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ. τοῦτο τὸ

lendum. Alius autem femur ad genu leviter interiorem in partem dirigat. Operae pretium vero esse etiam supra dictum est, ut qui in percelebri civitate medicinam factitat, lignum sibi comparet quadrangulum sex fere cubitorum, aut paulo majus latitudine bicubitali, cujus crassitudo dodrantalis satis est. Id praeterea hinc et inde in longitudinem sectionem habeat, ne molitio convenientem altitudinem excedat. Postes insuper asellos continentes, breves, validos, utraque parte insertos habeat. Tum satis quidem est si in dimidia ligni parte, nihil tamen prohibet quo minus etiam per totum, quinque aut sex fossulae longae, quatuor inter se digitis distantes incisae sint. Quibus trium digitorum latitudo eademque altitudo sufficit. In medio vero alte exsculptum cavum in quadratam figuram ad tres fere digitos, lignum habere oportet, in quod, ubi opus esse videbitur, lignum cavo accommodatum, superiore autem parte teres defigatur. Defigendumque id, ubi conferre videbitur, medium inter femoris caput et interfoe-

ξύλον ἑστεὸς κωλ(840)ύει τὴν ἐπίδοσιν ἐπιδιδόναι τὸ σῶμα, τοῖσι πρὸς ποδῶν ἕλκουσιν. ἐνίοτε γὰρ ἀρκέει αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο ἀντὶ τῆς ἄνωθεν ἀντικατατάσιος. ἐνίοτε δὲ καὶ κατατεινομένου τοῦ σκέλεος ἔνθεν καὶ ἔνθεν αὐτὸ τὸ ξύλον τοῦτο χαλαρὸν ἐγκείμενον ἢ τῇ ἢ τῇ ἐκμοχλεύειν ἐπιτήδειον ἂν εἴη τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἐς τὸ ἔξω μέρος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἱ κάπετοι ἐντέτμηνται, ὡς καθ' ὁκοίην ἂν αὐτέων ἁρμόσῃ ἐμβαλλόμενος ξύλινος μοχλὸς μοχλεύοι ἢ παρὰ τὰς κεφαλὰς τῶν ἄρθρων ἢ κατὰ τὰς κεφαλὰς τελέως ἐρειδόμενος ἅμα τῇ κατατάσει ἤν τε ἐς τὸ ἔξω μέρος συμφέρῃ ἐκμοχλεύεσθαι ἤν τε ἐς τὸ εἴσω, [460] καὶ ἤν τε στρογγύλον τὸν μοχλὸν ξυμφέρῃ εἶναι ἤν τε πλάτος ἔχοντα. ἄλλος γὰρ ἄλλῳ τῶν ἄρθρων ἁρμόζει, εὔχρηστος δέ ἐστιν ἐπὶ πάντων τῶν ἄρθρων ἐμβολῆς τῶν κατὰ τὰ σκέλεα αὕτη ἡ μόχλευσις σὺν κατασείσει. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶ, στρογγύλος ἁρμόζει ὁ μοχλὸς εἶναι. ἀπὸ τουτέων τῶν μηχανέων καὶ ἀναγκαίων οὐδὲν ἄρθρον μοι δοκέει οἷόν τε εἶναι ἀπορη-

mineum. Quo erecto prohibetur corpus quominus concedat, cum a pedibus trahitur. Interdum namque hoc ipſum ſolum loco extenſionis quae a ſuperiore parte in diverſa adducitur abunde eſt. Interdum vero dum crus utrinque extenditur, hoc ipſum lignum in hanc vel illam partem laxius incumbens idoneum fuerit ut caput femoris exteriorem in partem molitione impellat. Ea enim de cauſa exciſae ſunt foſſulae, ut ad quam congruere videbitur, demiſſo vecte ligneo aut juxta ipſa articulorum capita, aut in ea penitus impacto una cum extenſione, vel externam vel interiorem in partem, prout conducere videbitur, molitio adhibeatur, idque ſive teretem ſive latum vectem eſſe expedit, cum alius aliis articulis magis accommodatus ſit. Haec autem per vectem molitio cum concuſſione ad omnes crurum articulos reponendos perquam eſt accommodata. In eo autem quod in quaeſtione verſatur, rotundum vectem eſſe convenit. Ubi vero exteriorem in partem prolapſus eſt articulus, latus eſt accommodatus. Atque poſt haec machinamenta ſi vis adhibeatur, non videtur

θῆναι τοῦ ἐμπεσεῖν. εὕροι δ' ἄν τις καὶ ἄλλους τρόπους τούτου τοῦ ἄρθρου ἐμβολῆς. εἰ γὰρ τὸ ξύλον τοῦτο τι μέγα ἔχει κατὰ μέσον καὶ ἐκ πλαγίων φλιὰς δύο ποδιαίας, ὕψος δὲ ὅκως δοκέει ξυμφέρειν τὴν μὲν ἔνθεν, τὴν δὲ ἔνθεν, ἔπειτα ξύλον πλάγιον ἐνείη ἐν τῇσι φλιῇσιν, ὡς κλιμακτὴρ, ἔπειτα διέρσαι τὸ ὑγιὲς σκέλος μεσηγὺ τῶν φλιέων. τὸ δὲ σιναρὸν ἄνωθεν τοῦ κλιμακτῆρος ἔχοι ἐναρμόσσον. ἀτάρ τι πρὸς τὸ ὕψος καὶ πρὸς τὸ ἄρθρον, ᾗ (841) ἐκπέπτωκε, ῥηΐδιον χρὴ ἁρμόζειν. τὸν γὰρ κλιμακτῆρα ὑψηλότερον χρὴ ποιέειν τοῦ μετρίου, καὶ ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς ἂν ἁρμόσῃ ὑποτείνειν ὑπὸ τὸ σῶμα. [461] ἔπειτα χρὴ ξύλον ἔχον τὸ πλάτος μέτριον καὶ μῆκος ἄχρι τοῦ σφυροῦ ὑποτεταμένον ὑπὸ τὸ σκέλος εἶναι ἱκνεόμενον ἐπέκεινα τῆς κεφαλῆς τοῦ μηροῦ, ὡς οἷόν τε. προσκαταδεδέσθαι δὲ χρὴ πρὸς τὸ σκέλος ὁκοσαχῶς ἂν μετρίως ἔχῃ. κἄπειτα κατατεινομένου τοῦ σκέλεος, εἴτε ξύλῳ ὑπεροειδέϊ εἴτε τουτέων τινὶ τῶν κατατασίων, ὁμοῦ χρὴ καταναγκάζεσθαι τὸ σκέλος περὶ τὸν κλιμακτῆρα ἐς τὸ κάτω μέρος ξὺν τῷ ξύλῳ τῷ προσδεδεμένῳ.

mihi ullus articulus repositione frustrari posse. Quanquam etiam alios hujus articuli recondendi modos quis inveniat. Etenim si magnum hoc lignum medium et ad latera postes duos pedales habeat ea altitudine, quae idonea esse videatur, utraque ex parte unum tum lignum transversum super postes tanquam scalae gradus imponatur, deinde integro crure inter postes transmisso, quod affectum est supra gradum adapletur. Verumtamen ad altitudinem et ad articulum qua parte prolapsus est, facile aliquid accommodari debet. Nam et gradus moderato altior constituendus et vestem multiplicem, prout congruere videbitur, corpori substernere oportet. Post haec lignum convenienti longitudine et latitudine ad malleolos usque cruri subjiciendum sic ut ultra femoris caput, quoad ejus fieri poterit, feratur, et ad crus, quoties aequum videbitur, alligandum. Deinceps dum crus extenditur, sive id per lignum fiat quod est in pistilli formam, sive per aliquod aliud, quod ad extendendum sit idoneum, una crus supra gradum cum

Ed.Chart.XII.[461.462.] Foes. I. 834—836. Ed. Lind. II. (841. 842.)

τὸν δέ τινα κατέχειν τὸν ἄνθρωπον ἀνωτέρω τοῦ ἄρθρου κατὰ τὸ ἰσχίον, καὶ γὰρ οὕτως ἅμα μὲν ἡ κατάτασις ὑπεξαίροιτο τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ὑπὲρ τῆς κοτύλης, ἅμα δὲ ἡ μόχλευσις ἀπωθέοι τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ εἰς τὴν ἀρχαίην φύσιν. αὗται πᾶσαι αἱ εἰρημέναι ἀνάγκαι ἰσχυραὶ καὶ πᾶσαι κρείσσους τῆς ξυμφορῆς, ἤν τις ὀρθῶς καὶ καλῶς σκευάζοι. || ὥσπερ δὲ καὶ πρόσθεν εἴρηται, πολύ τι ἀπὸ ἀσθενεστέρων κατατασίων καὶ φαυλοτέρης κατασκευῆς τοῖσι πλείστοισιν ἐμπίπτει.

[462] || Ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω κεφαλὴ μηροῦ ὀλισθῇ, τὰς μὲν κατατάσιας ἔνθα καὶ ἔνθα χρὴ ποιέεσθαι, ὥσπερ εἴρηται, τοιουτοτρόπως. τὴν δὲ μόχλευσιν πλάτος ἔχοντι μοχλῷ μοχλεύειν χρὴ, ἅμα τῇ κατατάσει ἐκ τοῦ ἔξω μέρεος ἐς τὸ εἴσω ἀναγκάζοντα, κατά τε αὐτὸν ἤδη τὸν γλουτὸν τιθέμενον τὸν μοχλὸν καὶ ὀλίγῳ ἀνωτέρω. ἐπὶ δὲ τὸ ὑγιὲς ἰσχίον κατὰ τὸν γλουτὸν ἀντιστηριζέτω τις τῇσι χερσὶν, ὡς μὴ ὑπείκῃ τὸ (842) σῶμα ἢ ἑτέρῳ τινὶ τοιούτῳ μοχλῷ ὑπερβάλλων καὶ ἐρείσας ἐκ τῶν καπέτων τὴν ἁρμόζουσαν ἀντι-

alligato ligno deorsum adurgendum, et ab aliquo homo supra commissuram ad coxam est continendus. Hac enim via simul quidem distensionis vi femoris caput supra cavitatem sublime attolletur, simulque molitione in pristinam sedem protrudetur. Hae omnes commemoratae cogendi rationes validae sunt, omnesque, si quis recte ac probe apparatas habeat, calamitatem superant. Ac quemadmodum ante dictum est, longe imbecilliore extensione magisque vulgari apparatu plerumque hic articulus reconditur.

At vero ubi exteriorem in partem femoris caput luxatum fuerit, eodem quo supra dictum est modo ab utraque parte extensiones faciendae. Molitio autem per latum vectem una cum extensione adhibenda, ab exteriore parte ad interiorem adurgendo, ad natem ipsam aut paulo supra vecte apposito. Ad sanam autem coxam juxta natem quis manibus obfirmatis, ut ne corpus cedat, aut alio aliquo hujusmodi vecte superjecto et ex aliqua conveniente

κατασχέτω. τοῦ δὲ μηροῦ τοῦ ἐξηρθρηκότος τὸ παρὰ τὸ γόνυ εἴσωθεν ἔξω παραγέτω ἡσύχως. ἡ δὲ κρέμασις οὐχ ἁρμόσει τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ὀλισθήσιος τοῦ ἄρθρου. ὁ γὰρ πῆχυς τοῦ ἐκκρεμαμένου ἀπωθέοι ἂν τὴν κεφαλὴν τοῦ μηροῦ ἀπὸ τῆς κοτύλης. τὴν μέντοι ξὺν τῷ ὑποκειμένῳ ξύλῳ μόχλευσιν μηχανήσαιτ' ἄν τις ὥστε ἁρμόζειν καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ τοῦ ὀλισθήματος ἔξωθεν προσαρτέον. ἀλλὰ τί καὶ δεῖ πλείω λέγειν; ἢν γὰρ ὀρθῶς μὲν καὶ εὖ κατατείνηται, ὀρθῶς δὲ μοχλεύηται, τί οὐκ ἂν ἐμπέσοι ἄρθρον οὕτως ἐκπεπτωκός; [463] ἢν δὲ ἐς τοὔπισθεν μέρος ἐκπεπτώκῃ ὁ μηρὸς, τὰς μὲν κατατάσιας καὶ ἀντιτάσιας οὕτω δεῖ ποιέεσθαι, καθάπερ εἴρηται. ἐπιστορέσαντα δὲ ἐπὶ τὸ ξύλον ἱμάτιον πολύπτυχον ὡς μαλακώτατον ἔῃ, πρηνέα κατακλίναντα τὸν ἄνθρωπον οὕτω κατατείνειν. ἅμα δὲ τῇ κατατάσει χρὴ τῇ σανίδι καταναγκάζειν τὸν αὐτὸν τρόπον, ὡς τὰ ὑβώματα κατ' ἴξιν τοῦ πυγαίου ποιησάμενον τὴν σανίδα καὶ μᾶλλον ἐς τὸ κάτω μέρος ἢ ἐς τὸ ἄνω τῶν ἰσχίων, καὶ ἡ ἐντομὴ ἐν τῷ τοίχῳ τῇ σανίδι μὴ εὐθεῖα ἔστω, ἀλλ' ὀλίγον κατα-

fossula firmato, contra obluctetur ac femoris luxati partem, quae ad genu est, ab interiore parte in exteriorem leviter deducat. Huic vero luxationis modo suspensio minime convenit. Ejus enim qui appenditur cubitus femoris caput e suo cavo protruderet. Huic tamen luxationis modo convenientem per subjectum lignum molitionem comminiscetur aliquis, si exteriore parte admoveatur. Sed quid plura? Nam si recte et probe extensio fiat, recte quoque molitio adhibeatur, quis articulus hoc modo prolapsus non restituatur? Quod si posteriorem in partem femur prolapsum sit, extendere quidem et in diversa ducere quo modo dictum est oportet, instratoque ligno multiplici stragulo, quo mollissimum sit et homine prono reclinato, hunc in modum extensio adhibenda. Una autem cum extensione, quomodo in gibbosis spinae affectibus, per asserem deorsum impellendum est, assere e natium regione magisque in inferiorem quam superiorem partem collocato. Incisura vero in pariete ad asserem directa

φερὴς πρὸς τὸ τῶν ποδῶν μέρος. αὕτη ἡ ἐμβολὴ κατὰ φύσιν μάλιστα τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματός ἐστι καὶ ἅμα ἰσχυροτάτη, ἀρκέσειε δ' ἂν ἴσως ἀντὶ τῆς σανίδος καὶ ἐφεζόμενόν τινα ἢ τῇσι χερσὶν ἐρεισάμενον ἢ ἐπιβάντα ἐξαπίνης ὁμοίως ἐπαιωρηθῆναι ἅμα τῇ κατατάσει. ἄλλη δὲ οὐδεμίη ἐμβολὴ τῶν προειρημένων κατὰ φύσιν ἐστὶ τῷ τρόπῳ τούτῳ τοῦ ὀλισθήματος.

Ἢν δὲ ἐς (843) τὸ ἔμπροσθεν ὀλισθῇ, τῶν μὲν κατατασίων ὁ αὐτὸς τρόπος ποιητέος, ἄνδρα δὲ χρὴ ὡς ἰσχυρότατον ἀπὸ χειρῶν καὶ ὡς εὐπαιδευτότατον ἐνερείσαντα τὸ θέναρ τῆς χειρὸς τῆς ἑτέρης παρὰ τὸν βουβῶνα καὶ τῇ ἑτέρῃ χειρὶ τὴν ἑωυτοῦ χεῖρα προσκαταλαβόντα ἅμα μὲν ἐς τὸ κάτω ὠθέειν τὸ ὀλίσθημα, ἅμα δὲ ἐς τὸ ἔμπροσθεν τοῦ γούνατος μέρος. οὗτος γὰρ ὁ τρόπος τῆς ἐμβολῆς μάλιστα κατὰ φύσιν τούτῳ τῷ ὀλισθήματί ἐστιν. ἀτὰρ καὶ ὁ κρεμασμὸς ἐγγύς τι τοῦ κατὰ φύσιν. δεῖ μέντοι τὸν ἐκκρεμάμενον ἔμπειρον εἶναι, ὡς μὴ ἐκμοχλεύοι τῷ πήχεϊ τὸ ἄρθρον,

non fit, fed paulum deorfum fpectans et ad pedes inclinata. Haec reponendi ratio hujusmodi luxato articulo, tum maxime fecundum naturam, tum etiam validiffima eft. Afferis autem loco abunde fortaffis fuerit aliquem infidentem, aut manibus annitentem vel derepente pedibus confiftentem, una quoque cum extenfione fublimem ferri. Ex praedictis vero alia nulla reponendi ratio hujusmodi luxato articulo fecundum naturam eft.

At fi anteriorem in partem luxatum fuerit, idem certe extendendi modus convenit. Vir autem cum manibus robuftiffimus tum etiam peritiffimus fuperiore alterius manus parte ad inguen offirmata, eandemque altera manu infuper comprehendens, una quidem luxatam articulum deorfum fimulque ad anteriorem genu partem propellat. Hic enim reponendi modus huic luxationi maxime fecundum naturam convenit. Sed et fufpendendi ratio prope fere ad naturam accedit. Eum tamen qui appenditur gnarum effe oportet, ut ne cubiti molitione articulum expellat,

Ed. Chart. XII. [463. 464.] Foes. I. 836. 837. Ed. Lind. II. (843. 844.)

ἀλλὰ περὶ μέσον τὸν περίνεον καὶ κατὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον τὴν ἐκκρέμασιν ποιέεται. [464] εὐδοκιμέει δὲ καὶ ὁ πειραθεὶς ἀσκῷ || τοῦτο τὸ ἄρθρον ἐμβαλέεσθαι, καὶ ἤδη μέν τινας εἶδον, οἵτινες ὑπὸ φαυλότητος καὶ τὰ ἔξω ἐγκεκλιμένα καὶ τὰ ὄπισθεν ἀσκῷ ἐπειρῶντο ἐμβαλεῖν, οὐ γινώσκοντες ὅτι ἐξέβαλλον αὐτὸ μᾶλλον ἢ ἐνέβαλλον. ὁ μέντοι πρῶτος ἐπινοήσας, δῆλον ὅτι πρὸς τὰ εἴσω ὠλισθηκότα ἀσκῷ ἐμβάλλειν ἐπειρήσατο. ἐπίστασθαι μὲν οὖν χρὴ ὡς χρηστέον ἀσκῷ εἰ δέοι χρέεσθαι. διαγινώσκειν δὲ χρὴ ὅτι ἕτερα πολλὰ ἀσκοῦ κρείσσω ἐστίν. χρὴ δὲ τὸν μὲν ἀσκὸν κατατιθέναι ἐς τοὺς μηροὺς ἀφύσητον ἐόντα, ὡς ἂν δύναιτο ἀνωτάτω πρὸς τὸν περίνεον ἀνάγοντα, ἀπὸ δὲ τῶν ἐπιγουνίδων ἀρξάμενον ταινίῃ πρὸς ἀλλήλους τοὺς μηροὺς καταδῆσαι, ὄχρι τοῦ ἡμίσεος τῶν μηρῶν. ἔπειτα ἐς ἕνα τῶν πολλῶν τὸν λελυμένον ἐνθέντα αὐλὸν ἐκ χαλκείου φυσᾶν καὶ ἐσαναγκάζειν ἐς τὸν ἀσκόν. τὸν δὲ ἄνθρωπον πλάγιον κατακέεσθαι τὸ σιναρὸν σκέλος ἐπιπολῆς ἔχον(844)τα. ἡ μὲν οὖν παρασκευὴ αὕτη ἐστί. σκευάζονται δὲ κάκιον οἱ πλεῖ-

sed circa medium intersoemineum et juxta os sacrum appensionem faciat. Laudandus quoque is est, qui per utrem hunc articulum recondere tentarit. Nonnullos tamen vidi, qui ob ineptiam tam ea quae extra quam quae in posteriorem partem erumperent, per utrem reponere tentarent neque adverterent hoc modo articulum potius expelli quam restitui. Constat certe eum qui primus id excogitavit, quae intro luxata fuerunt per utrem reponere tentasse. Nosse igitur convenit ubi usus expetit, utre utendum esse, scire tamen licet multa alia utre praestantiora esse. Uter autem non inflatus inter femora collocatur, sic ut, quoad ejus fieri potest maxime sublimis ad intersoemineum adducatur, tum a patellis genu initio ducto, fascia femora inter se vinciantur, quae ad eorum mediam partem tendat, deinde imposito folle fabrili in partem ex multis solutam, flatus in utrem immittitur ac distendi cogitur. Homo vero in latus decumbere debet, et crus affectum superiore parte habere. Atque hujusmodi quidem est apparatus. Plerique

στοι ἢ ὡς ἐγὼ εἴρηκα. οὐ γὰρ καταδέουσι τοὺς μηροὺς ἐπὶ συχνὸν, ἀλλὰ μοῦνον τὰ γόνατα καὶ οὐ προσκατατείνουσι. χρὴ δὲ καὶ προσκατατείνειν. ὅμως δὲ ἤδη τινὲς ἐνέβαλον, ῥηϊδίου πράγματος ἐπιτυχόντες. εὐφόρως δὲ οὐ πάνυ ἔχει διαναγκάζεσθαι οὕτως. ὅ τε γὰρ ἀσκὸς ἐμφυσώμενος οὐ τὰ ὀγκηρότατα αὐτοῦ ἔχει πρὸς τῷ ἄρθρῳ τῆς κεφαλῆς, ἣν δεῖ μάλιστα ἐκμοχλεύσασθαι. ἀλλὰ κατὰ τὸν ἑωυτὸν αὐτὸς μέσος καὶ τῶν μηρῶν ἴσως ἢ κατὰ τὸ μέσον ἢ ἔτι κατωτέρω. οἵ τε αὖ μηροὶ φύσει γαυσοὶ πεφύκασιν. ἄνωθεν γὰρ σαρκώδεές τε καὶ ξύμμηροι. ἐς δὲ τὸ κάτω ὑπόξηροι. ὥστε καὶ ἡ τῶν μηρῶν φύσις ἐπαναγκάζοι τὸν ἀσκὸν, ἀπὸ τοῦ ἐπικαιροτάτου χωρίου. εἴτε οὖν τι σμικρὸν ἐνθήσει τὸν ἀσκὸν, μικρὴ ἡ ἰσχὺς ἐοῦσα, ἀδύνατόν ἐστιν ἀναγκάζειν τὸ ἄρθρον· εἰ δὲ δεῖ ἀσκῷ χρέεσθαι, ἐπὶ πολὺ οἱ μηροὶ ξυνδετέοι πρὸς ἀλλήλους, καὶ ἅμα τῇ κατατάσει τοῦ σώματος ὁ ἀσκὸς φυσητέος. τὰ δὲ σκέλεα ἀμφότερα ὁμοῦ καταδεῖν ἐν τούτῳ τῷ τρόπῳ τῆς ἐμβολῆς ἐπὶ τὴν τελευτήν. χρὴ δὲ περὶ πλείστου

tamen deterius quam ego dixi apparant. Neque enim femorum magnam partem, sed genua tantum devinciunt, neque praeterea intensionem admovent, quae tamen necessario adhiberi debet. At nonnulli rem facilem nacti luxationem etiam restituerunt. Verum hoc pacto non admodum facilis impulsio est. Inflatus enim uter qua potissimum parte tumet articuli caput, quod molitione impelli maxime debet, non attingit, sed fere tota sui parte medius inter femora vel circa medium vel adhuc inferius collocatur. Ad haec femora etiam ipsa curva natura sunt comparata. Superiore enim parte carnosa sese contingunt, inferiore vero in angustum tenuantur. Ita ut etiam femorum natura utrem ab eo loco expellat, in quem maxime immitti oportebat. Si quis igitur parvum utrem immittat, fieri nullo modo poterit ut vis exigua articulum impellat. Quod si utre utendum sit, femora inter se magna ex parte colliganda, unaque cum corporis extensione uter inflandus. In hoc vero repositionis modo utraque crura extrema parte simul deliganda. At vero in tota arte imprimis quidem

Ed. Chart. XII. [464. 465.] Foes. I. 837. Ed. Lind. II. (844. 845.)
μὲν ποιέεσθαι ἐν πάσῃ τῇ τέχνῃ, ὅκως ὑγιὲς μὲν ποιήσῃς τὸ νοσέον. εἰ δὲ πολλοῖσι τρόποισιν οἷόν τε εἴη ὑγιέας ποιέειν, τὸν ἀοχλότατον χρὴ αἱρέεσθαι. καὶ γὰρ ἀνδραγαθικώτερον τοῦτο καὶ τεχνικώτερον, ὅστις μὴ ἐπιθυμέει δημοειδέος κιβδηλίης. περὶ οὗ νῦν ὁ λόγος ἐστὶν, τοιαίδε τ᾽ ἂν τινες κατοικίδιοι κατατάσιες εἶεν τοῦ σώματος, ὥστε ἐκ τῶν παρεόντων τὸ εὔπορον εὑρίσκειν. [465] τοῦτο μὲν ἢν τὰ δεσμὰ τὰ ἱμάντινα μὴ παρείῃ τὰ μαλθακὰ καὶ προσηνέα, ἀλλ᾽ ἢ (845) σιδήρεα ἢ ὅπλα ἢ σχοινία, ταινίῃσι χρὴ ἢ ἐῤῥήγμασι τρυχίων ἐρινεῶν περιελίσσειν ταύτῃ μάλιστα, εἰ μέλλοι τὰ δεσμὰ καθέξειν καὶ ἔτι ἐπιπλέον. ἔπειτα οὕτω δεῖν τοῖσι δεσμοῖσι. τοῦτον δὲ ἐπὶ κλίνης χρὴ, ἥτις ἰσχυροτάτη καὶ μεγίστη τῶν παρεουσέων, κατατετάσθαι καλῶς τὸν ἄνθρωπον. τῆς δὲ κλίνης τοὺς πόδας ἢ τοὺς πρὸς κεφαλῆς ἢ τοὺς πρὸς ποδῶν ἐρηρεῖσθαι πρὸς τὸν οὐδὸν, εἴτε ἔξωθεν ξυμφέρει εἴτε εἴσωθεν. παρὰ δὲ τοὺς ἑτέρους πόδας παρεμβεβλῆσθαι ξύλον τετράγωνον, πλάγιον, διῆκον ἀπὸ τοῦ ποδὸς πρὸς τὸν πόδα, καὶ ἢν μὲν λεπτὸν ἔῃ τὸ ξύλον,

tibi allaborandum est, ut quod aegrum est ad sanitatem reducas. Quod si ea multis modis restitui potest, is qui minimum habet molestiae eligendus. Istud enim ad bonum virum et artis peritum spectare magis videtur, si popularem auram non affectes. Verum, quod ad praesens institutum attinet, tam domestici sunt quidam extendendi corporis modi, ut prompte in rem praesentem expediri possint. Nempe quidem si lora mollia et lenia non adfuerint, sed vel ferreae catenae vel rudentes nautici vel funes, ea vincula qua parte injici debent, aut etiam amplius, fasciis aut laneorum panniculorum segmentis convolvenda, tum vinculis vincienda. Homine vero in lecto ex iis quorum est copia firmissimo et maximo bene extento, lecti pedes vel a capite vel qui a pedibus sunt, aut exteriore aut interiore parte, prout conferre videbitur, ad jannae limen offirmandi. Ad alios autem pedes lignum quadratum transversum, quod ab uno ad alterum pedem pertingat, objiciendum, ac si id quidem exiguum extiterit, ad lecti pedes

Ed. Chart. XII. [465. 466.] Foes. I. 837. 838. Ed. Lind. II. (845. 846.)

προσδεδέσθω πρὸς τοὺς πόδας τῆς κλίνης, ἢν δὲ παχὺ ἔῃ, μηδέν. ἔπειτα τὰς ἀρχὰς χρὴ τῶν δεσμῶν καὶ τῶν πρὸς τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν πρὸς τῶν ποδῶν || προσδῆσαι ἑκατέρας πρὸς τὸ ὕπερον ἢ πρὸς ἄλλο τι τοιοῦτον ξύλον. ὁ δὲ δεσμὸς ἐχέτω ἰθυωρίην κατὰ τὸ σῶμα ἢ καὶ ὀλίγαν ἀνωτέρω. ξυμμέτρως δὲ ἐκτετάσθω πρὸς τὰ ὕπερα, ὡς ὀρθὰ ἑστεῶτα τὸ μὲν παρὰ τὸν οὐδὸν ἐρείδηται, τὸ δὲ παρὰ τὸ ξύλον τὸ παραβεβλημένον. κἄπειτα οὕτω τὰ ὕπερα ἀνακλῶντα χρὴ τὴν κατάτασιν ποιέειν. ἀρκέει δὲ κλῖμαξ ἰσχυροὺς ἔχουσα τοὺς κλιμακτῆρας ὑποτεταμένη ὑπὸ τὴν κλίνην, ἀντὶ τοῦ οὐδοῦ τε καὶ τοῦ ξύλου τοῦ παρατεταμένου, ὡς τὰ ὕπερα πρὸς τῶν κλιμακτήρων τοὺς ἁρμόζοντας ἔνθεν καὶ ἔνθεν προσερηρεισμένα, οὕτω τὴν κατάτασιν ποιεῖσθαι τῶν δεσμῶν. ἐμβάλλεται δὲ μηροῦ ἄρθρον καὶ τόνδε τὸν τρόπον, ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ καὶ ἐς τὸ ἔμπροσθεν. κλίμακα χρὴ κατορύξαντα ἐπικαθῆσαι τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος ἡσύχως κατατείναντα προσ(846)δῆσαι ὅκου ἂν ἁρμόσῃ. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ εἰς κεράμιον ὕδωρ ἐγχέαντας ἐκκρεμάσαι ἢ ἐς [466] σφυρίδα λίθους ἐμβάλλοντας. ἕτερος τρόπος

deligandum, sin crassum, sine vinculo relinquendum. Post haec vinculorum capita tum a capite tum a pedibus utraque ad pistillum, vel ad aliquod aliud hujusmodi lignum alligentur. Vinculum vero e directo ad corpus, vel paulo etiam supra collocetur. Per pistilla vero, quae erecta existunt, conveniens extensio fiat, quorum alterum ad limen, alterum ad objectum lignum offirmatur. Tum sic retro adductis pistillis extensio facienda. Ad hoc autem satis esse poterit scala firmos gradus habens lecto supposita, ad cujus gradus liminis et ligni appositi loco, pistillis convenienter hinc et inde firmatis, eodem modo vinculorum distensio adhibeatur. Femoris item articulus, sive interiorem in partem sive in priorem luxatus fuerit, hunc etiam in modum reconditur. Scalae in terram defixae homine insidente, tum crus quidem integrum leviter extentum, qua commodum videbitur alligandum, ex affecto autem vas fictile aqua plenum appendendum, aut sporta in quam conjecti lapides fuerint. Est et alius reponendi modus, si interio-

ἐμβολῆς. ἢν ἐς τὸ εἴσω ὀλισθῇ, στρωτῆρα χρὴ διαδῆσαι μεταξὺ δύο στύλων, ὕψος ἔχοντα συμμέτρως. προσεχέτω δὲ τοῦ στρωτῆρος κατὰ τὸ ἓν μέρος ὁ νοσέων, ὁκόσον τὸ πυγαῖον. περιδήσας δὲ περὶ τὸ στῆθος τοῦ ἀνθρώπου ἱμάτιον, ἐπικαθῆσαι τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ τὸ προσεχὲς τοῦ στρωτῆρος. εἶτα προσλαβεῖν τὸ στῆθος πρὸς τὸν στύλον πλατεῖ τινί. ἔπειτα τὸ μὲν ὑγιὲς σκέλος κατεχέτω τις, ὡς μὴ περισφάλληται. ἐκ δὲ τοῦ σιναροῦ ἐκκρεμάσαι βάρος ἴσον ἁρμόζει, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. πρῶτον μὲν οὖν δεῖ εἰδέναι ὅτι πάντων τῶν ὀστέων αἱ ξυμβολαί εἰσιν ὡς ἐπιπαλὺ ἡ κεφαλὴ καὶ ἡ κοτύλη. ἐφ' ὧν δὲ καὶ ἡ χώρα κοτυλοειδὴς καὶ ἐπίμακρος. ἔνιαι δὲ τῶν χωρέων γληνοειδέες εἰσίν. ἀεὶ δὲ ἐμβάλλειν δεῖ πάντα τὰ ἐκπίπτοντα ἄρθρα, μάλιστα μὲν εὐθὺς παραχρῆμα ἔτι θερμῶν ἐόντων, εἰ δὲ μὴ, ὡς τάχιστα. καὶ γὰρ τῷ ἐμβάλλοντι ῥήϊτερον καὶ θᾶσσόν ἐστιν ἐμβαλεῖν καὶ τῷ ἀσθενέοντι πολὺ ἀπονωτέρη ἡ ἐμβολὴ ἢ πρὶν διοιδεῖν ἐστί. δεῖ δὲ ἀεὶ πάντα τὰ ἄρθρα ὁκόταν μέλλῃς ἐμβάλλειν, προσαταμαλάξαι καὶ διακιγκλίσαι. ῥᾷον γὰρ ἐθέλει ἐμβάλλε-

rem in partem luxatio contigerit. Trabes justa altitudine inter duas columnas deligatur, cui ab una parte, quae pro magnitudine natium extet, aeger se applicet, obvolutoque pectori stragulo, homo contiguae trabis parti insideat, tum pectore ad columnam lata quadam habena adducto, demum crus integrum ne circumoberret, ab aliquo quidem contineatur, laeso vero pondus quantum convenire videbitur, ut etiam supra dictum est, appendatur. Imprimis igitur nosse convenit ossium omnium juncturas ut plurimum ex capite et acetabulo constare, ac in quibusdam cavum acetabuli formam referre, in nonnullis vero sinus leviter esse depressos. Prolapsi autem omnes articuli maxime quidem protinus, dum adhuc sunt calidi, vel certe quam citissime recondendi. Nam et qui reponit facilius ac citius reponet, aegroque longe minorem molestiam affert, si priusquam locus intumuerit, articulus recondatur. Omnes item recondendi articuli ante emolliri et dimoveri debent. Sic enim facilius reverti solent. In omnibus autem articulorum re-

Ed. Chart. XII. [466.] Foës. I. 838. 839. Ed. Lind. II. (846. 847.)

σθαι. παρὰ δὲ πάσας τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς ἰσχναίνειν δεῖ τὸν ἄνθρωπον, μάλιστα μὲν περὶ τὰ μέγιστα ἄρθρα καὶ χαλεπώτατα ἐμβάλλεσθαι, ἥκιστα δὲ περὶ τὰ ἐλάχιστα καὶ ῥήϊδια.

|| Δακτύλων δὲ ἢν ἐκπέσῃ ἄρθρον, ἤν τε τὸ πρῶτον τῆς χειρὸς ἤν τε τὸ δεύτερον ἤν τε τὸ (847) τρίτον, ὁ αὐτὸς καὶ ἴσος τρόπος τῆς ἐμβολῆς. χαλεπώτερα μὲν ἀεὶ τὰ μέγιστα τῶν ἄρθρων ἐμβάλλειν, ἐκπίπτει δὲ κατὰ τέσσαρας τρόπους ἢ ἄνω ἢ κάτω ἢ ἐς τὸ πλάγιον ἑκατέρωθεν, μάλιστα μὲν ἐς τὸ ἄνω, ἥκιστα δὲ ἐς τὰ πλάγια, ἐν τῷ σφόδρα κινέεσθαι. ἑκατέρωθεν δὲ τῆς χώρης οὗ ἐκβέβηκεν ὥσπερ ἄμβη ἐστίν. ἢν μὲν οὖν ἐς τὸ ἄνω ἐκπέσῃ ἢ ἐς τὸ κάτω, διὰ τὸ λειοτέρην εἶναι ταύτην τὴν χώρην ἢ ἐκ τῶν πλαγίων καὶ ἅμα μικρῆς ἐούσης τῆς ὑπερβάσιος, ἢν μεταστῇ τὸ ἄρθρον, ῥηΐδιόν ἐστιν ἐμβάλλειν. τρόπος δὲ τῆς ἐμβολῆς ὧδε. περιελίξας τὸν δάκτυλον ἄκρον ἢ ἐπιδέσματί τινι ἢ ἄλλῳ τρόπῳ τοιούτῳ τινὶ, ὅκως ὁκόταν κατατείνῃς ἄκρου λαβόμενος μὴ ἀπολισθάνῃ. ὅταν δὲ περιελίξῃς, τὸν μέν τινα δια-

positionibus imperanda abstinentia est, praecipue quidem ubi maximi sunt et repositu difficillimi articuli, minimum vero ubi minimi et qui facile reconduntur.

At vero ubi digitorum articulus exciderit, sive primus qui ad manum est, sive secundus, sive tertius, eadem et aequalis est reponendi ratio. Maximi tamen articuli aegrius semper restitui solent. Prolabuntur autem quatuor in partes, aut sursum aut deorsum aut utrinque ad latus, sed sursum maxime, minime in latus, idque dum vehementer moventur. Ex utraque vero parte in quam excesserunt, velut superciliosa quaedam eminentia in extrema ora labro similis apparet. Si quidem igitur in superiorem aut inferiorem partem exciderit, cum hic locus levior quam qui ad latera sit, simulque prolapsus articulus parum excesserit, facilis repositio est. Reponendi autem ratio sic habet. Digito extremo vel fascia vel alia quapiam hujusmodi ratione obvoluto, ne ea parte prehensus, dum intenditur, elabatur, unus qui-

Ed. Chart. XII. [466.] Foes. I. 839. Ed. Lind. II. (847. 848.)

λαβέσθαι ἄνωθεν τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς, τὸν δὲ τοῦ κατειλημένου. ἔπειτα κατατείνειν πρὸς ἑωυτὸν ἀμφοτέρους εὖ μάλα καὶ ἅμα ἀπῶσαι τὸ ἐξεστηκὸς ἄρθρον ἐς τὴν χώρην. ἢν δὲ ἐς τὰ πλάγια ἐκπέσῃ, τῆς μὲν κατατάσιος ὁ αὐτὸς τρόπος. ὅταν δὲ δὴ δοκέῃ σοι ὑπερβεβηκέναι τὴν γραμμὴν, ἅμα χρὴ κατατείναντας ἀπῶσαι ἐς τὴν χώρην εὐθὺς, ἕτερον δέ τινα ἐκ τοῦ ἑτέρου μέρους τοῦ δακτύλου φυλάσσειν καὶ ἀντωθέειν, ὅκως μὴ πάλιν ἐκεῖθεν ἀπολισθῇ. ἐμβάλλουσι δὲ ἐπιεικέως καὶ αἱ σαῦραι αἱ ἐκ τῶν φοινίκων πλεκόμεναι, ἢν κατατείνῃς ἔνθεν καὶ ἔνθεν τὸν δάκτυλον λαβόμενος, τῇ μὲν ἑτέρῃ τῆς σαύρης, τῇ δὲ ἑτέρῃ τοῦ καρποῦ τῆς χειρός. ὁκόταν δὲ ἐμβάλλῃς, ἐπιδεῖν δεῖ (848) ὀθονίοισιν ὡς τάχιστα λεπτοτάτοισι, κεκηρωμένοισι κηρωτῇ μήτε λίην μαλακῇ μήτε λίην σκληρῇ, ἀλλὰ μετρίως ἐχούσῃ. ἡ μὲν γὰρ σκληρὴ ἀφέστηκεν ἀπὸ τοῦ δακτύλου. ἡ δὲ ἁπαλὴ καὶ ὑγρὴ διατήκεται καὶ ἀπόλλυται, θερμαινομένου τοῦ δακτύλου. λύειν δὲ ἄρθρον δακτύλου τριταῖον ἢ τεταρταῖον. τὸ δὲ ὅλον ἢν μὲν φλεγμήνῃ, πυκνότερον λύειν· ἢν δὲ μὴ, ἀραιότερον. κατὰ

dem manum supra primam juncturam, alter digiti partem obvolutam prehendat, tum ad sese probe uterque extendat, unaque prolapsum articulum in suam sedem impellat. Quod si in latus excidit, eadem quidem extendendi ratio adhibetur. Ubi namque lineam tibi excessisse videbitur, simul dum extenditur protinus in locum suum impellendus. Alius vero quidam ab altera parte digitum repellat, id observans ne rursum eam in partem elabatur. Idoneam quoque repositionem praestant lacertae vimineae ex palmis contextae, σαῦραι Graecis dictae ubi in diversa digitum contendendo, altera manu lacertam, altera primam manus juncturam prehendas. Repositus articulus linteis tenuissimis, cerato neque nimis liquido neque nimis duro, sed mediocri consistentia illitis, quam celerrime deligari debet. Quod enim durum est a digito abscedit, quod liquidum et molle, digiti calore diffluit et evanescit. Digiti autem articulus tertio aut quarto quoque die solvendus, ac, ut in totum dicam, si qui-

πάντων δὲ τῶν ἄρθρων ταῦτα λέγω. [467] καθίσταται δὲ τοῦ δακτύλου τὸ ἄρθρον τεσσαρεσκαιδεκαταῖον. ὁ αὐτὸς δέ ἐστι θεραπείης τρόπος, δακτύλων χειρός τε καὶ ποδός. παρὰ πάσας δὲ τὰς τῶν ἄρθρων ἐμβολὰς δεῖ ἰσχναίνειν καὶ λιμαγχονέειν ἄχρι ἑβδόμης, καὶ εἰ μὲν φλεγμαίνει, πυκνότερον λύειν, ἢν δὲ μή, ἀραιότερον. ἡσυχίην δὲ δεῖ ἔχειν ἀεὶ τὸ πονέον ἄρθρον καὶ ὡς κάλλιστα ἐσχηματισμένον κέεσθαι. γόνυ δὲ εὐηθέστερον ἀγκῶνος διὰ τὴν εὐσταλίην καὶ τὴν εὐφυΐην, διὸ καὶ ἐκπίπτει ῥᾷον. ἐκπίπτει δὲ πλειστάκις εἴσω, ἀτὰρ καὶ ἔξω καὶ ὄπισθεν. ἐμβολαὶ δὲ ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι ὀξέως ἢ συνελίξας ταινίης ὄγκον ἐν τῇ ἰγνύϊ καὶ θεὶς ἀμφὶ τοῦτον ἐξαίφνης, ἐς ὄκλασιν ἀφιέναι τὸ σῶμα. δύναται δὲ καὶ κατατεινόμενον μετρίως, ὥσπερ ἀγκὼν ἐμπίπτειν τὰ ὄπισθεν. τὰ δὲ ἔνθα καὶ ἔνθα ἐκ τοῦ συγκεκάμφθαι ἢ ἐκλακτίσαι, ἀτὰρ ἐκ κατατάσιος μετρίης, ἡ διόρθωσις ἅπασι κοινή. ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, τοῖσι μὲν ὄπισθεν

dem inflammatio occupavit, crebrius, sin minus, rarius. Atque haec communiter de omnibus articulis dicta sunto. Restituitur digiti articulus decimo quarto die. Ac digitorum manus et pedis eadem est curandi ratio. In omni vero articulorum repositione, victu tenui et inedia etiam ad septimum diem utendum, ac si quidem inflammatio subsit, crebrius, sin minus, rarius resolvendum. Semper autem afflictum articulum quietem agere, et quam optimo habitu collocatum esse oportet. Genu cubiti gibbo ob succinctam et commodam ejus naturam benignius est, ideoque facilius excidit. Saepius autem interiorem in partem, sed et in exteriorem et posteriorem prolabitur. Hoc autem reponit subita conflexio aut excalcitratio, aut si ad convolutum fasciae globum in poplitem immissum, ut derepente genibus flexis corpus in suras et talos subsidat, permiseris. Potest quoque moderata extensione, non secus ac cubiti gibbus, cum posteriorem in partem prolapsum est, suum in locum reverti. Ubi vero in hanc vel illam partem excidit, conflexione aut excalcitratione reconditur. At quae moderata intensione fit restitutio, omnibus communis est. Quod si non revertit,

|| ξυγκάμπτειν οὐ δύνανται, ἀτὰρ οὐδὲ τοῖσιν ἄλλοισι. πάνυ μινύ(849)θει δὲ μηροῦ καὶ κνήμης τοὔμπροσθεν. ἢν δὲ ἐς τὸ εἴσω, βλαισότεροι. μινύθει δὲ τὰ ἔξω. ἢν δὲ ἐς τὸ ἔξω, γαυσότεροι, χωλοὶ δὲ ἧσσον. κατὰ δὲ τὸ παχύτερον ὀστέον ὀχέει, μινύθει δὲ τὰ εἴσω. ἐκ γενεῆς δὲ καὶ ἐν αὐξήσει κατὰ λόγον τὸν πρόσθεν.

Τὰ δὲ κατὰ τὰ σφυρὰ κατατάσιος ἰσχυρῆς δέεται ἢ τῇσι χερσὶν ἢ ἄλλοισι τοιούτοισι. κατορθώσιος δὲ ἅμα ἀμφότερα ποιεούσης. κοινὸν δὲ τοῦτο ἅπασι. τὰ δὲ ἐν ποδὶ, ὡς καὶ τὰ ἐν τῇ χειρὶ, ὑγιέες. τὰ δὲ τῆς κνήμης ξυγκοινωνέοντα καὶ ἐκπεσόντα ἐκ γενεῆς ἢ καὶ ἐν αὐξήσει ἐξαρθρήσαντα, ταῦτα ἃ καὶ ἐν χειρί. ὁκόσοι δὲ πηδήσαντες ἄνωθεν ἐστηρίξαντο τῇ πτέρνῃ, ὥστε διαστῆναι τὰ ὀστέα καὶ φλέβας ἐκχυμωθῆναι καὶ νεῦρα ἀμφιφλασθῆναι. ὁκόταν γένηται οἷα τὰ δεινὰ, κίνδυνος μὲν σφακελίσαντα τὸν αἰῶνα πρήγματα παρασχεῖν. ῥοιώδη μὲν γὰρ τὰ ὀστέα, τὰ δὲ νεῦρα ἀλλήλοισι

neque cum posteriorem in partem, neque cum alias in partes excessit, flecti admodum queat. Femoris vero et tibiae pars anterior imminuitur. At quibus interiorem in partem excidit, ii valgi magis evadunt, exterioribus autem partibus imminuuntur. Quibus autem exteriorem in partem excidit, ii vari magis claudi vero minus efficiuntur. Crassiore autem ossis parte gestantur, et interioribus partibus imminuuntur. At quibus a primo ortu, aut dum adhuc corpus augetur, luxatio facta est, ii quomodo prius dictum est se habent.

Articuli circa malleolos luxati valida intensione, quae per manus aut per alia hujusmodi adhibetur, opus habent ac directione quae simul utrumque efficiat. Hoc vero omnibus commune est. At quae in pede contingunt velut ea quae in manu curationem recipiunt. Quae vero cum tibia consensionem habent et a primo ortu excidunt, aut etiam dum corpus adhuc augetur luxantur, eandem quam in manu repositionem habent. At quibus ex alto desilientibus et in calcem innixis ossa diffident, venae subter cutem effunduntur, ac nervi contunduntur, ubi haec gravia facta fuerint, periculum quidem est ne ex sideratione iis per totam vitam negotium exhibeatur. Fluxa si quidem iis ossa

Ed.Chart.XII.[467.468.] Foes.I.840.841. Ed.Lind.II. 849.850.)

κοινωνέοντι. ἔπειτα καὶ οἷσι μάλιστα κατεηγεῖσιν ἢ ὑπὸ τρώματος ἢ ἐν κνήμῃ ἢ ἐν μηρῷ ἢ τενόντων ἀπολυθέντων, ἃ κοινωνέει τούτων ἢ ἐκ κατακλίσιος ἀμελέος ἐμελάνθη πτέρνη, καὶ τούτοισι τὰ παλιγκοτέοντα ἐκ τῶν τοιούτων ἐστίν. ὅτε δὲ καὶ πρὸς τῷ σφακελισμῷ γίνονται πυρετοὶ ὀξέες, λοιμώδεες, γνώμης ἁπτόμενοι, ταχυθάνατοι καὶ ἔτι φλεβῶν αἱμοῤῥοιέων πελιώσιες. σημήϊα δὲ τῶν παλιγκοτησάντων, ἢν τὰ ἐκχυμώματα (850) καὶ τὰ μελάσματα καὶ τὰ περὶ ταῦτα ὑπόσκληρα καὶ ὑπέρυθρα, ἤν τε ξὺν σκληρύσματι πελιδνωθῇ, κίνδυνος μελανθῆναι, ἢν δὲ ὑποπέλια ᾖ ἢ καὶ πέλια μάλα καὶ ἐκχυμωμένα, ἢ ὑπόχλωρα καὶ μαλακὰ, ταῦτα ἐπὶ πᾶσι τοῖσι τοιούτοισιν ἀγαθά. ἡ ἴησις, ἢν μὲν ἀπύρετος ἔῃ, ἐλλέβορον, ἢν δὲ μὴ, μὴ, ἀλλὰ ποτὸν [468] ὀξύγλυκυ, εἰ δέοι. ἐπίδεσις δὲ ἄρθρων. ἐπὶ δὲ πάντα μᾶλλον τοῖσι φλάσμασιν ὀθονίοισι πλείοσι καὶ μαλθακωτέροισι. πίεξις ἧσσον. προσπεριβάλλειν δὲ || τὰ πλεῖστα τῇ πτέρνῃ. τὸ σχῆμα

evadunt. Quia vero nervi inter se consensionem habent, tum vel praecipue quibus ex fractura vel vulnere in tibia aut femore, aut ex dissolutione nervorum qui cum his communicant, aut ex negligentiore decubitu calx denigrata fuit, iis etiam ex talibus recrudescere mala consueverunt, tum vero ubi ad siderationem febres acutae, singultuosae, mentem attentantes et quae citissimam mortem afferant accesserint, idque cum venarum sanguinem fundentium livoribus. Recrudescentis morbi indicia sunt, ubi sanguis e venis in cutem effusus et quae nigrescunt, quaeque his vicina sunt, duritiem et ruborem aliquem contraxerunt. Quod si cum duritie livescunt, ut nigrescant periclitantur. Sin autem sublivida, aut etiam livida et mollia sugillata fuerint, aut aliquantulum ex virore pallida et mollia, haec in hujusmodi omnibus bono sunt. Ad horum curationem si quidem febris absit, veratrum exhibendum alioqui non dandum, sed in potu aqua mulsa acida, *ὀξύγλυκυ* dicitur, si opus est, utendum. Deligatio vero quae articulis convenit, et quae ad omnia magis adhibeatur. Ad collisa pluribus linteis et mollioribus minoreque compressione utendum, plurima

Ed. Chart. XII. [468. 536.] Foes. I. 841. Ed. Lind. II. (850.)

ὅπερ ἡ ἐπίδεσις, ὡς μὴ ἐς τὴν πτέρνην ἀποπιέζηται. νάρθηξι δὲ μὴ χρέεσθαι. οἷσι δ' ἂν ἐκβῇ ὁ ποὺς ἢ αὐτὸς ἢ ξὺν τῇ ἐπιφύσει, ἐκπίπτει μὲν μᾶλλον ἐς τὸ εἴσω· ἢν δὲ μὴ ἐμπέσῃ, λεπτύνεται ἀνὰ χρόνον τό τε ἰσχίον καὶ ὁ μηρὸς καὶ κνήμης τὸ ἀντίον τοῦ ὀλισθήματος. ἐμβολὴ δὲ καὶ ἄλλη ὥσπερ καρποῦ. κατάτασις δὲ ἰσχυρή. ἴησις δὲ νόμος ἄρθρων. παλιγκοτέει, ἧσσον δὲ καρποῦ, ἢν ἡσυχάσωσι. δίαιτα μείων ἐλινύουσι. τὰ δὲ ἐκ γενεῆς ἢ ἐν αὐξήσει, κατὰ λόγον τὸν πρότερον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΜΟΧΛΙΚΟΝ.

[536] Ὀστέων φύσις, δακτύλων μὲν ἁπλᾶ καὶ ὀστέα καὶ ἄρθρα, χειρὸς δὲ καὶ ποδὸς πουλλὰ ἄλλα, ἀλλοίως συνηρθρωμένα. μέγιστα δὲ τῷ ἀνωτάτω. πτέρνης δὲ ἓν οἷον ἔξω φαίνεται. πρὸς δὲ αὐτὴν οἱ ὀπίσθιοι τένοντες τείνουσι.

fasciae parte ad calcem circumjecta. Figuratio ea fit quae deligationi convenit, ut ne in calcem expressio fiat, neque ferulis utendum. At quibus pes ipse solus, aut cum adnato osse excessit, interiorem quidem in partem magis excidit, ac nisi recondatur et coxa et femur et tibiae pars luxationi ex adverso respondens, temporis successu extenuatur. Repositio eadem quae primae juncturae manus, contensio vero valida. Curatio autem pro lege articulorum adhibetur. Quod si quiescant, minus quam in prima manus junctura morbus recrudescit. Et quietem agentibus tenuior victus ratio imperanda. Quae vero a primo ortu, aut cum adhuc corpus augetur contingunt, eam quae supra comprehensa est tractationem habent.

HIPPOCRATIS MOCHLICVS SEV VECTIARIVS, HOC EST DE OSSIVM PER MOLITIONEM IMPELLENDORVM RATIONE.

Ossa hunc in modum a natura sunt comparata. Digitorum quidem tum ossium tum articulorum simplex est junctura. In manu vero et pede cum multa alia varie connectuntur, tum maxima sunt quae supremo loco com-

Ed. Chart. XII. [536.] Foës. I. 841. 842. Ed. Lind. II. (850.)

κνήμης δὲ δύο ἄνωθεν καὶ κάτωθεν ξυνεχόμενα, κατὰ μέσον δὲ διέχοντα. σμικρὸν τὸ ἔξωθεν, κατὰ τὸν σμικρὸν δάκτυλον λεπτότερον βραχεῖ, πλεῖστον δὲ ταύτη διεχούσῃ καὶ σμικροτέρῃ ῥοπῇ, κατὰ γόνυ, καὶ ὁ τένων ἐξ αὐτοῦ πέφυκεν, ὁ παρὰ τὴν ἰγνύην ἔξω. ἔχουσι δὲ κάτωθεν κοινὴν ἐπίφυσιν πρὸς ἣν ὁ πούς κινέεται. ἄλλην δὲ ἄνωθεν ἔχουσιν ἐπίφυσιν ἐν ᾗ τὸ τοῦ μηροῦ ἄρθρον κινέεται, ἁπλόον καὶ εὐσταλέως ἐπὶ μήκει. εἶδος κονδυλῶδες, ἔχον ἐπιμυλίδα. αὐτὸς δ᾽ ἔγκυρτος ἔξω καὶ ἔμπροσθεν. ἡ δὲ κεφαλὴ ἐπίφυσίς ἐστι || στρογγύλη, ἐξ ἧς τὸ νεῦρον τὸ ἐν τῇ κοτύλῃ τοῦ ἰσχίου πέφυκεν. ὑποπλάγιον δὲ καὶ τοῦτο προσήρτηται, ἧσσον δὲ βραχίονος. τὸ δ᾽ ἰσχίον προσίσχεται πρὸς τῷ μεγάλῳ σπονδύλῳ τὸ παρὰ τὸ ἱερὸν ὀστέον χονδρονευρώδει δεσμῷ. ῥάχις δὲ ἀπὸ μὲν τοῦ ἱεροῦ ὀστέου μέχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου, κυφή. κύστις τε καὶ γονὴ καὶ ἀρχοῦ τὸ ἐγκεκλιμένον

mittuntur. Calcis unum os est, quale foras prominet, quo etiam a posteriore parte tendines tendunt. Tibiae duo ossa sunt supra et infra cohaerentia, medio vero loco distantia. Quod exterius tendit, parvum et juxta parvum digitum paulo tenuius. Plurima vero hac parte distantia, minoreque momento ad genu inclinatio est, ex quo exterior poplitis tendo ortum habet. Inferiore autem parte communem habent ossis accretionem, qua pes movetur et superiore parte alteram, ubi femoris articulus simplex et longitudine succinctus movetur, tuberculorum speciem referens et patellam habens. Ipsum vero femur exteriore et anteriore parte incurvatur. Ejus caput ossis est accrementum, rotundum, ex quo nervus, qui in coxendicis acetabulo est, originem ducit. Cujus aliquantulum obliqua est connexio, minus tamen quam brachii. Coxendix autem magnae vertebrae, quae est ad os sacrum, ex vinculo cartilaginoso et nervoso inhaerescit. At spina a sacro quidem osse ad magnam vertebram usque in gibbum curvatur. Vesicaque et geniturae pars destinata, rectique intestini quod est inclinatum, ibi sedem habet. Inde vero ad septum transver-

Ed. Chart. XII. [536. 537.] Foes. I. 842. Ed. Lind. II. (850.)

ἐν τούτῳ. ἀπὸ δὲ τούτου ἄχρι φρενῶν ἦλθεν. ἡ ἰθυλορδος καὶ αἱ ψόαι κατὰ τοῦτο, ἐντεῦθεν δὲ ἄχρι τοῦ μεγάλου σπονδύλου τοῦ ὑπὲρ τῶν ἐπωμίδων ἰθυκυφής. ἔτι δὲ μᾶλλον δοκέει ἢ ἐστίν. αἱ γὰρ ὄπισθεν τῶν σπονδύλων ἀποφύσιες ταύτῃ ὑψηλόταται. τὸ δὲ τοῦ αὐχένος ἄρθρον λορδόν. σπόνδυλοι δὲ ἔσωθεν ἄρτιοι πρὸς ἀλλήλους, ἀπὸ δὲ τῶν ἔξωθεν χόν[537]δρων καὶ νεύρων συνεχόμενοι. ἡ δὲ ξυνάρθρωσις αὐτῶν ἐν τῷ ὄπισθεν τοῦ νωτιαίου. ὄπισθεν δὲ ἔχουσιν ἔκφυσιν ὀξείην, ἔχουσαν ἐπίφυσιν χονδρώδεα, ἔνθεν νεύρων ἀπόφυσις καταφερής. ὥσπερ καὶ οἱ μύες παραπεφύκασιν ἀπὸ αὐχένος ἐς ὀσφῦν, πληρεῦντες δὲ πλευρέων καὶ ἀκάνθης τὸ μέσον. πλευραὶ δὲ κατὰ τὰς διαφύσιας τῷ σπονδύλῳ νευρίῳ προσπεφύκασιν, ἀπ' αὐχένος ἐς ὀσφῦν ἔσωθεν. ἐπίπροσθεν δὲ κατὰ τὸ στῆθος χαῦνον καὶ μαλθακὸν τὸ ἄκρον ἔχουσαι εἶδος ῥομβοειδέστατον τῶν ζώων. στενότατος γὰρ ταύτῃ ὁ ἄνθρωπος ἐπ' ὄγκων. ᾗ δὲ μὴ πλευραί εἰσιν,

ſum, recta interiorem in partem inclinata tendit, qua parte lumborum muſculi ψόαι dicti exiſtunt. Ab ea quoque parte ad magnam vertebram, quae eſt ſupra ſummam humerorum partem, recta in gibbum elevatur, imo vero hujusmodi magis apparet quam ſit. Poſteriores enim vertebrarum proceſſus ea parte maxime eminent. Ipſe autem cervicis articulus anteriorem in partem inclinat. Vertebrae autem interiore parte inter ſe ſunt aequabiles, exteriore vero cartilaginibus et nervis continentur. Eae quoque in poſteriore medullae ſpinalis parte articulorum modo inter ſe committuntur. Parte autem poſteriore proceſſum acutum habent, cum adnata cartilagine, unde exoriuntur nervi qui proni feruntur, non ſecus ac muſculi a cervice ad lumbos adnaſcuntur, qui coſtarum et ſpinae intermedium complent. Coſtae vero ad vertebrarum interſtitia nervo annectuntur a cervice ad lumbos interiorem in partem tendentes. Anteriore autem parte ad pectus, laxum et molle extremum habentes, forma prae caeteris animantibus maxime recurva cernuntur. Hac enim parte homo mole eſt

ἔκφυσις πλαγείη βραχείη καὶ πλατείη, ἐφ' ἑκάστῳ σποδύλῳ νευρίῳ προσπεφύκασι. στῆθος δὲ ξυνεχὲς αὐτὸ ἑωυτῷ, διαφύσιας ἔχον πλαγείας ᾗ πλευραὶ προσήρτηνται, χαῦνον δὲ καὶ χονδρῶδες. κληῗδες δὲ περιφερέες ἐς τοὔμπροσθεν, ἔχουσαι πρὸς μὲν τὸ στῆθος βραχείας κινήσιας, πρὸς δὲ τὸ ἀκρώμιον συχνοτέρας. ἀκρώμιον δὲ ἐξ ὠμοπλατέων πέφυκεν, ἀνομοίως τοῖσι πλείστοισιν, ὠμοπλάτη δὲ χονδρῶδες τὸ πρὸς ῥάχιν. τῷ δ' ἄλλῳ χαύνη, τὸ ἀνώμαλον ἔξω ἔχουσα. αὐχένα δὲ καὶ κοτύλην ἔχουσαι χονδρώδεα, ἐξ ἧς αἱ πλευραὶ κίνησιν ἔχουσιν. εὐαπόλυτος ἐοῦσα ὀστέων, πλὴν βραχίονος. τούτου δὲ ἐκ τῆς κεφαλῆς νευρίῳ ἡ κεφαλὴ ἐξήρτηται, χόνδρου χαύνου περιφερῆ ἐπίφυσιν ἔχουσα. αὐτὸς δ' ἔγκυρτος ἔξω καὶ ἔμπροσθεν πλάγιος, οὐκ ὀρθὸς πρὸς κοτύλην. τὸ δὲ πρὸς ἀγκῶνα αὐτοῦ, πλατὺ καὶ κονδυλῶδες καὶ βαλβιτῶδες καὶ στερεὸν ἔγκυλον ὄπισθεν. ἐν ᾧ ἡ κορώνη ἐκ τοῦ πήχεος, ὅταν ἐκταθῇ ἡ χεὶρ, ἔνεστιν. ἐς τοῦτο καὶ τὸ ναρκῶδες νεῦ-

angustissima. Qua costae non sunt, processus obliquus brevis et latus, ad singulas vertebras nervo annexus est. At pectus sibi ipsi cohaeret, qua parte costae annectuntur obliqua interstitia habens, laxum quoque et cartilagineum. Claviculae parte anteriore rotundae, ad pectus quidem breves motus, ad summum vero humerum crebriores habent. Summus autem humerus, ἀκρώμιον dicitur, ex lato scapularum osse ortum ducit, in plurimis non aequabiliter. Latum vero scapularum os ad spinam cartilagineum, reliqua parte laxum, foris inaequabile, cervicem et cavum cartilagineum habens, ex quo costae motionem ducunt, quod facile inter ossa, si brachium demas, dissolvitur. Hujus caput ex cavitate nervulo annexum est, teneram cartilaginem et rotundam adnatam habens. Ipsum autem exteriore parte incurvum et anteriore obliquum, ad cavitatem recta non fertur. Quod vero est ad cubiti gibbum, latum, tuberculosum, oblongas cavitates habens et solidum, posteriore parte cavum est, in quod cubiti processus adnatus, qui κορώνη dicitur, ubi manus extenditur, inseritur, quo etiam tor-

ρον, ὃ ἐκ τῆς διαφύσιος τῶν τοῦ πήχεος ὀστέων ἐκ μέσων ἐκπέφυκε καὶ περαίνεται.

(851) Ῥὶς δὲ κατεαγεῖσα ἀναπλάσσεσθαι οἵη τε αὐθωρόν. ἢν μὲν οὖν ὁ χόνδρος ἐντίθεται ἄχνην ὀθονίου ἐναποθέοντα λοπῷ Καρχηδονίῳ ἢ ἐν ἄλλῳ ᾧ μὴ ἐρεθιεῖ. τῷ λοπῷ δὲ τὰς παραλλάξιας παρακολλᾷν καὶ ἀναλαμβάνειν. ταῦτα δὲ ἐπίδεσις καταποιέει. ἴησις ἄλλη. ἅμα δὲ τῷ ξυμβαλεῖν ἢ θείῳ ξὺν κηρωτῇ αὐτίκα ἀναπλάσσειν. ἔπειτα ἀνακογχίζειν τοῖσι δακτύλοισι ἐσματτευόμενον καὶ παραστρέφοντα, καὶ τὸ Καρχηδόνιον ποιοῖτο ἂν, καὶ ἢν ἕλκος ἐνῇ καὶ ἢν ὀστέα ἀπιέναι μέλλῃ. οὐ γὰρ παλιγκοτώτατα οὕτω ποιητέα.

Οὖς κατεαγὲν μὴ ἐπιδεῖν μηδὲ καταπλάσσειν. ἢν δέ τι δέῃ, ὡς κυφότατον ἢ κηρωτὴ, καὶ θείῳ παρακολλᾷν. ὧν δὲ ἔμπυα τὰ ὦτα διὰ παχέος εὑρίσκεται. πάντα δὲ τὰ ὑπόμυξα καὶ τῇ ὑγρῇ σαρκὶ πλήρεα ἐξαπαταίου μὴ βλάβη γένηται στομωθὲν τὸ τοιοῦτον. ἔστι γὰρ ἄσαρκα καὶ ὑδα-

pidus nervus, qui ex medio cubiti ossium interstitio enascitur, terminatur.

Nasus autem confractus eode momento conformari potest. Si quidem igitur cartilago desidit, derasam lintei lanuginem Carthaginiensis corii cortice, aut aliqua alia re quae non irritet, convolutam, in nares immittere oportet. Id autem deligatio praestat. Est et alia curatio, ubi simul injecto sulphure cum cerato statim nasus componitur, deinde digitis immissis explorando continetur, et in alteram partem convertitur. Carthaginiense vero corium sinendum, donec callum obduxerit, sive ulcus adfuerit, sive ossa discessionem factura sint. Neque enim committendum ut sic maxime recrudescant.

Auri fractae neque vinculum, neque cataplasma adhibendum. Quod si quo sit opus, ceratum quam maxime leve aut sulphuris agglutinatio conveniet. At quibus aures ad suppurationem tendunt, iis pus crassiore loco reperitur. Tibi autem imponent quaecunque submucosa et humida carne plena sunt, ac neque ex hujusmodi sectione detrimentum contingit. Ubi autem et quaenam mortifera exi-

Ed.Chart. XII. [537. 538.] Foes. I. 846. 847. Ed.Lind. II. (851. 852.)

τώδεα, μύξης πλέα. ὅπου δὲ καὶ οἷα ἐόντα θανατώδεά ἐστι παρεθέντα. ὤτων καῦσις πέφηνν, τάχιστα ὑγιάζει. κυλλὸν δὲ καὶ μεῖον γίνεται τὸ οὖς, ἢν πέρην καυθῇ. ἢν δὲ στομω-(852)θῇ, κούφῳ ἐναίμῳ δεήσει χρῆσθαι.

[538] || Γνάθοι δὲ κατασπῶνται μὲν πολλάκις καὶ καθίστανται, ἐκπίπτουσι δὲ ὀλιγάκις, μάλιστα μὲν χασμωμένοισιν. οὐ γὰρ ἐκπίπτει, ἢν μή τις χανὼν μέγα παραγάγοι. ἐκπίπτει δὲ μᾶλλον, ὅτι τὰ νεῦρα ἐν πλαγίῳ καὶ λελυγισμένα συνδιδοῖ. σημεῖα παρέχει ἡ κάτω γνάθος καὶ παρέστραπται τἀναντία τοῦ ἐκπτώματος, ξυμβάλλειν οὐ δύνανται. ἢν δ' ἀμφότεραι προσίσχωσι, μᾶλλον συμβάλλουσιν ἧσσον ἀστραβέες. δηλοῖ δὲ τὰ ὅρια τῶν ὀδόντων τὰ ἄνω τοῖσι κάτω κατ' ἶξιν. ἢν οὖν ἀμφότεραι ἐκπεσοῦσαι μὴ αὐτίκα ἐμπέσωσι, θνήσκουσι δεκαταῖοι οὗτοι μάλιστα πυρετῷ συνεχεῖ, νωθρῇ τε καρώσει. οἱ γὰρ μύες οὗτοι τοιοῦτοι. γαστὴρ ἐπιταράσσεται, ὀλίγα ἄκρητα, καὶ ἢν ἐμέωσι, τὰ τοιαῦτα ἐμέουσιν. ἡ δ'

ſtant, ea ſunt appoſita. Aures cito ſaneſcunt ſi in utramque partem ferramentum candens adigatur. Mutila tamen et minor candenti ferro praeter trajecta auris redditur. Quod ſi aperta fuerit, levi aliquo medicamento, quod cruentis vulneribus adhibetur, impoſito opus erit.

Maxillae autem frequenter quidem convelluntur et reſtituuntur, raro vero excidunt, maxime quidem hiantibus. Neque enim hic caſus incidit, niſi quis vehementer os aperiendo in alteram partem torqueat. Idque magis incidit, quod nervi in obliquum etiam ubi contorquentur concedunt. Cujus rei hae notae ſunt, maxilla inferior in anteriorem partem prominet et in alteram luxationis partem pervertitur, aegri maxillas committere nequeunt. Quod ſi utraque parte maxilla prolabatur, prominet magis, os minus committunt, minime diſtorquentur, quod dentium fines indicant, cum inferiores ſuperioribus ex adverſo reſpondeant. Utraque igitur maxillae parte prolapſa, niſi ſtatim repoſita fuerit, hi intra decimum diem fere ex febre aſſidua et ſegni ſopore moriuntur. Hi enim muſculi hujusmodi ſoporem invehunt, alvus paucis et ſinceris exturbatur, et ſi vomitus

Ed. Chart. XII. [538.] Foës. I. 847. 848. Ed. Lind. II. (852. 853.)

ἑτέρη ἀσινεστέρη. ἐμβολὴ δὲ ἡ αὐτὴ ἀμφοτέρων. κατακειμένου ἢ καθημένου τοῦ ἀνθρώπου τῆς κεφαλῆς ἐχόμενον περιλαβόντα τὰς γνάθους ἀμφοτέρας ἀμφοτέρῃσι χερσὶν ἔσωθεν καὶ ἔξωθεν, τρίαμμα ποιῆσαι. ὅσαι δὲ ἐς ὀρθὸν καὶ ἐς τοὐπίσω καὶ συσχεῖν τὸ σῶμα. ἴησις, μαλάγμασι καὶ σχήμασι καὶ ἀναλήψει γενείου. ποιοῦσι ταῦτα τῇ ἐμβολῇ.

|| Ὦμος δὲ ἐκπίπτει κάτω, ἄλλῃ δὲ οὔπω ἤκουσα. δοκέει μὲν γὰρ ἐς τοὔμ(853)προσθεν ἐκπίπτειν, ὧν αἱ σάρκες αἱ περὶ τὸ ἄρθρον μεμινυθήκασι διὰ τὴν φύσιν. οἷον καὶ τοῖσι βουσὶ χειμῶνος φαίνεται διὰ λεπτότητα καὶ ἐκπίπτει μᾶλλον. τοῖσι δὲ λεπτοῖσιν ἢ ἰσχναῖσιν ἢ ξηροῖσι καὶ τοῖσιν ὑγράσματα περὶ τὰ ἄρθρα ἔχουσιν ἄνευ φλεγμονῆς. αὐτὴ γὰρ συνδίοι δέ. καὶ βουσὶν ἐμβάλλοντες καὶ ἀποπερονῶντες ἐξαμαρτάνουσι, καὶ ὅτι διὰ τὴν χρῆσιν ὡς χρῆται βοῦς σκέλει λήθει, καὶ ὅτι κοινὸν καὶ ἀνθρώπῳ οὕτως ἔχοντι. τὸ σχῆμα τοῦτο.

adfuerit, ejusmodi vomitione refundunt. At si altera parte maxilla excidat, minor est noxa, eadem tamen utrorumque est repositio. Homine decumbente aut in sedili collocato, capite prehenso utramque maxillae partem ambabus manibus, tum interiore tum exteriore parte apprehendere, ac tria simul facere oportet, in directum ac in posteriorem partem propellere et corpus commovere. Curatio per malagmata, figurationes et menti exceptionem perficitur., Ista enim ad repositionem faciunt.

At vero humerus inferiorem in partem excidit, aliam in partem excidere non audivi. Videtur si quidem in anteriorem partem excidere, quibus carnes quae circa articulum sunt natura extenuatae fuerint, quale quid etiam in bobus per hiemem ob macilentiam cernitur et magis excidit ac extenuatis aut gracilibus aut siccis, iisque quibus humiditates circa articulos citra inflammationem continentur. Ipsa enim colligaret quidem. Ex quo qui boves curant ac stimulant, in iisque repositionem tentant, errant, tum quia eos lateat quemadmodum bos crus ad usum jactet, tum quia etiam homini ita constituto hic habitus communis est.

Ed. Chart. XII. [538. 539.] Foef. I. 848. Ed. Lind. II. (853. 854.)

τέταρτος οὗτος τρόπος. καὶ ἕδρη δὲ τοῦ βέλεος γίνεται ἐν τῷ ὀστέῳ. ἕδρη δὲ καλέεται, ὅταν μένον τὸ ὀστέον ἐν τῇ ἑωυτοῦ φύσει τὸ βέλος στηρίξαν ἐς τὸ ὀστέον δῆλον ποιήσῃ ὅπῃ ἐστήριξεν. ἐν δὲ τῷ τρόπῳ (693) ἑκάστῳ πλέονες ἰδέαι γίνονται. καὶ περὶ μὲν φλάσιος καὶ ῥωγμῆς, ἢν ἄμφω ταῦτα προσγίνηται τῇ ἕδρῃ καὶ ἢν φλάσις μόνη γένηται, ἤδη πέφρασται ὅτι πολλαὶ ἰδέαι γίνονται καὶ τῆς φλάσιος καὶ τῆς ῥωγμῆς. ἡ δὲ ἕδρη αὕτη ἐφ᾽ ἑωυτῆς γίνεται μακροτέρη καὶ βραχυτέρη ἐοῦσα καὶ καμπυλωτέρη καὶ ἰθυτέρη καὶ κυκλοτερής, καὶ πολλαὶ ἄλλαι ἰδέαι τοῦ τοιούτου τρόπου ὁποῖον ἄν τι καὶ τὸ σχῆμα τοῦ βέλεος ῇ. καὶ δ᾽ αὗται καὶ βαθύτεραί τε κάτω καὶ μᾶλλον καὶ ἧσσον, καὶ στενότεραι, καὶ εὐρύτεραι καὶ πάνυ εὐρέαι, ἢ διακεκόφαται. διακοπὴ δ᾽ ὁπόση τις οὖν γινομένη μήκεός τε καὶ εὐρύτητος ἐν τῷ ὀστέῳ ἕδρη ἐστὶν, ἢν τἄλλ᾽ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν διακοπὴν μένει ἐν τῇ φύσει τῇ ἑωυτῶν καὶ μὴ συνεσφλᾶται τῇ διακοπῇ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν. οὕτω δ᾽ ἔσφλασις ἂν εἴη καὶ οὐκ ἔτι ἕδρη.

teli vestigium in osse remanet. Teli autem sedes dicitur, cum os suo statu permanens manifestum fecerit qua telum insederit. In unoquoque vero genere plures sunt formae. Quodque ad collisum et rimam attinet, sive haec utraque ad teli vestigium accedant sive collisum duntaxat fiat, varias esse tum collisi tum fissi species jam dictum est. At ipsum teli vestigium per se fit longius et brevius magis curvum, aut rectum aut rotundum, suntque pro teli figura multae aliae hujuscemodi species. Nam et ipsum alte magis aut minus descendit angustiusque est aut latius aut amplissimum, si praecisio adjuncta sit. Praecisio autem quantamcunque longitudinem et latitudinem ossis occupet, ad teli vestigium refertur, dummodo alia ossa quae praecisionem continent, in suo statu maneant neque una cum praecisione a suo statu recedant et media desidant. Sic enim os medium desideret neque amplius teli vestigium esset.

Ὀστέον τιτρώσκεται ἄλλῃ τῆς κεφαλῆς ἢ τὸ ἕλκος ἔχει ἄνθρωπος καὶ τὸ ὀστέον ἐψιλώθη τῆς σαρκός. πέμπτος οὗτος τρόπος, καὶ ταύτην τὴν ξυμφορὴν, ὅταν γένηται, οὐκ ἂν ἔχοις ὠφελῆσαι οὐδέν. οὐδὲ γὰρ εἰ πέπονθε τὸ κακὸν τοῦτο, οὐκ ἔστιν ὅπως χρὴ αὐτὸν ἐξελέγξαντα εἰδέναι εἰ πέπονθεν τὸ κακὸν τοῦτο ἄνθρωπος, οὐδ᾽ ὅπῃ τῆς κεφαλῆς.

Τούτων τῶν τρόπων τῆς κατήξιος ἐς πρίσιν ἀφήκει ἥ τε φλάσις ἤ ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἢν πως τύχῃ φανερὴ γενομένη, καὶ ῥωγμὴ ἢν ἀφανὴς ἰδεῖν καὶ ἢν φανερὴ ᾖ, καὶ ἢν ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ προσγένηται ῥωγμὴ καὶ φλάσις τῇ ἕδρῃ, καὶ ἢν φλάσις μοῦνον προσγένηται ἄνευ ῥωγμῆς τῇ ἕδρῃ, καὶ αὕτη ἐς πρίσιν ἀφήκει. τὸ δ᾽ ἔσω ἐσφλώμενον ὀστέον ἐκ τῆς φύσιος τῆς (694) ἑωυτοῦ ὀλίγα τῶν πολλῶν πρίσιος προσδεῖται, [120] || καὶ τὰ μάλιστα ἐσφλασθέντα καὶ μάλιστα καταῤῥαγέντα, ταῦτα πρίσιος ἥκιστα κέχρηται. οὐδὲ ἕδρη αὐτὴ ἐφ᾽ ἑωυτῆς γενομένη ἄτερ ῥωγμῆς καὶ φλάσιος, οὐδὲ αὐτὴ πρίσιος δεῖται. οὐδ᾽ ἡ διακοπὴ, ἢν μεγάλη καὶ εὐρέη, οὐδ᾽ αὕτη. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωὐτό ἐστιν.

Os sub vulnere frangitur alia capitis parte quam qua ulcus est et os nudatum est. Quintus hic modus est. Huicque calamitati nullis remediis subvenias. Neque enim ubi illud contingit quanam ratione illud homo patiatur aut quanam capitis parte ex ejus percunctatione deprehendas.

Ex his fracturae modis ad sectionem veniendum suadet tum ossis collisio, quae et oculis non patet et aliquo modo manifesta est, tum rima sive oculos lateat, sive sit conspicua. Quin et ubi teli vestigium in osse remanet, sive ad id praeterea rima et collisio accesserit, sive collisio sola absque rima, tunc etiam ad sectionem veniendum. Os autem medium ex naturali statu delidens parum sectione indiget, tum quae maxime deorsum insederunt, maximeque perfracta sunt, minime sectione utendum suadent. Neque ubi teli vestigium per se remanet citra rimam et collisionem, sectione opus est, neque si praecisio magna lataque fuerit. Praecisio enim et teli vestigium ad idem referuntur.

Ed. Chart. XII. [120.] Foes. I. 901. 902. Ed. Lind. II. (694.)

Πρῶτον καὶ χρὴ τὸν τρωματίην σκοπεῖσθαι ὅπη ἔχῃ τὸ τρῶμα τῆς κεφαλῆς εἴτ' ἐν τοῖσιν ἀσθενεστέροισιν, καὶ τὰς τρίχας καταμανθάνειν τὰς περὶ τὸ ἕλκος, εἰ διακεκόφαται ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ εἰ ἔσω εἴησαν ἐς τὸ τρῶμα, κινδυνεύειν τὸ ὀστέον ψιλὸν εἶναι τῆς σαρκός. καὶ ἢν τοῦτο ᾖ, φάναι ἔχειν τι σίνος τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος. ταῦτα μὲν οὖν χρὴ ἀπόπροσθεν σκεψάμενον λέξαι, μὴ ἁπτόμενον τοῦ ἀνθρώπου. ἁπτόμενον δ' ἤδη πειρᾶσθαι εἰδέναι σάφα, εἰ ἔστι ψιλὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ἢ οὔ. καὶ ἢν μὲν καταφανὲς ᾖ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι τὸ ὀστέον ψιλόν· εἰ δὲ μή, τῇ μήλῃ σκέπτεσθαι. καὶ ἢν μὲν εὕρῃς ψιλὸν ἐὸν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς καὶ μὴ ὑγιὲς ἀπὸ τοῦ τρώματος, χρὴ τοῦ ἐν τῷ ὀστέῳ ἐόντος τὴν διάγνωσιν πρῶτα ποιέεσθαι, ὁρῶντα ὅσον τέ ἐστι τὸ κακὸν καὶ τίνος δεῖται ἔργον. χρὴ δὲ καὶ ἐρωτᾷν || τὸν τετρωμένον ὅπως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον. ἢν δὲ μὴ καταφανὲς ᾖ τὸ ὀστέον, εἰ ἔχει τι κακὸν ἢ μὴ ἔχει, πολλῷ ἔτι χρὴ μᾶλλον τὴν ἐρώτησιν ποιέεσθαι, ψιλοῦ τε ἐόντος τοῦ ὀστέου τὸ τρῶμα ὅπως ἐγένετο καὶ ὅντινα τρόπον. τὰς

Imprimis autem ad vulneratum attendere oportet, quanam capitis parte numne imbecilliore vulnus acceperit, et capillos circa vulnus animadvertere, qui si telo praecisi et in vulnus impacti sint, os carne nudatum esse vero est simile. Quod si sic os a telo noxiam accepisse afferendum. Haec quidem certe longe ante quam homini manus admoveas consideranda ac dicenda sunt. Ubi vero jam admoveris, os carne nudatum sit necne, conandum ut aperte intelligas, idque sub conspectum veniat. Quod si oculis non pateat, specillo considerandum. Ac ubi quidem os carne nudatum, neque a vulnere integrum deprehenderis, primum inspecto malo quantum sit quamque operam requirat, ejus quod in osse subest dignotionem facere oportet. Interrogandus quoque vulneratus, qualiter et quonam modo vulnus acceptum sit. Sin vero minime conspicuum est os necne vitium aliquod habuerit, multo adhuc magis interrogatione utendum nudato etiam osse, qualiter et quonam modo

γὰρ φλάσιας καὶ τὰς ῥωγμὰς τὰς οὐ φαινομένας ἐν τῷ ὀστέῳ, ἐνεούσας δὲ, ἐκ τῆς ὑποκρίσιος τοῦ τετρωμένου πρῶτον διαγινώσκειν πειρῆσθαι εἴ τι πέπονθε τοῦτο τὸ ὀστέον (695) ἢ οὐ πέπονθεν. ἔπειτα δὲ καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξελέγχοντα πλὴν μηλώσιος. μήλωσις γὰρ οὐκ ἐξελέγχει εἰ πέπονθε τοῦτο τὸ κακὸν τὸ ὀστέον καὶ εἴτε ἔχει ἐν αὐτῷ ἢ οὐ πέπονθεν, ἀλλ' ἕδρην τε τοῦ βέλεος ἐξελέγχει μήλωσις, καὶ ἢν ἐμφλασθῇ τὸ ὀστέον ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ, καὶ ἢν ἰσχυρῶς ῥαγῇ τὸ ὀστέον, ἅπερ καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἐστὶν ὁρῶντα γινώσκειν.

Ῥήγνυται δὲ τὸ ὀστέον τάς τε ἀφανέας ῥωγμὰς καὶ τὰς φανερὰς καὶ φλᾶται τὰς ἀφανέας φλάσιας καὶ ἐσφλᾶται ἔσω ἐκ τῆς φύσεως τῆς ἑωυτοῦ μάλιστα ὅταν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τιτρωσκόμενος ἐπίτηδες τρῶσαι βουλόμενος ἢ ὅταν ἐξ ὑψηλοτέρης γίνηται ἡ βολὴ ἢ ἡ πληγὴ, ὁπότερ' ἂν ᾖ μᾶλλον, ἢ ὅταν ἐξ ἰσοπέδου τοῦ χωρίου, καὶ ἢν ἐπικρατέῃ τῇ χειρὶ τὸ βέλος, ἤν τε βάλλῃ ἤν τε τύπτῃ, καὶ ἰσχυρότερος ἐὼν ἀσθενεστέρους τιτρώσκει. [121] ὅσοι δὲ πίπτοντες τιτρώ-

vulnus illatum sit. Ubi enim ossa collisa aut fissa non apparent, esse tamen solent, primum ex sauciati responsione enitendum ut cognoscamus os necne aliquam noxiam senserit, deinde vero ratione et opere citra specillum res est exploranda. Neque enim specillo hoc ossis vitium deprehenditur, neque si quam in se noxiam senserit necne. Sed ubi teli vestigium remanet, aut os a naturali statu recedens medium desidit, aut vehementer perfractum est, id specillo arguitur, quod et oculis intuenti manifesto notum est.

Frangitur autem os rimis obscuris et conspicuis, et colliditur collisionibus minime patentibus, et a naturali suo statu recedens medium desidit, tum praecipue cum alter alterum de industria sauciare cupiens vulnerat, aut cum ex superiore loco telum emittitur, aut ictus infligitur, utrolibet modo contingat potius quam si ex complanato loco, et si quis manu telum continens vel jaciat vel feriat, vel cum robustior imbecilliores vulnerat. Ex iis quibus ex casu par-

σκονται, πρός τε τὸ ὀστέον καὶ αὐτὸ τὸ ὀστέον. ὁ ἀπὸ ὑψηλοτάτου πίπτων καὶ ἐπὶ σκληρότατον καὶ ἀμβλύτατον, τούτῳ κίνδυνος τὸ ὀστέον ῥαγῆναί τε καὶ φλασθῆναι καὶ ἔσω ἐσφλασθῆναι ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. τῷ δ' ἐξ ἰσοπέδου μᾶλλον χωρίου πίπτοντι καὶ ἐπὶ μαλθακώτερον, ἧσσον ταῦτα πάσχει τὸ ὀστέον ἢ οὐκ ἂν πάθοι. ὅσα δὲ ἐσπίπτοντα ἐς τὴν κεφαλὴν βέλεα τιτρώσκει πρὸς τὸ ὀστέον, τὸ ἀπὸ ὑψηλοτάτου ἐμπεσὸν καὶ ἥκιστα ἐξ ἰσοπέδου, καὶ σκληρότατόν τε καὶ ἀμβλύτατον καὶ βαρύτατον καὶ ἥκιστα κοῦφον, καὶ ἥκιστά τε καὶ ὀξὺ καὶ μαλθακόν. τοῦτο ἂν ῥήξειε τὸ ὀστέον καὶ φλάσειε, καὶ μάλιστά γε ταῦτα πάσχειν τὸ ὀστέον κίνδυνος, ὅταν ταῦτά τε γένηται καὶ ἐς ἰθὺ τρωθῆναι κατ' (696) ἀντίον γένηται τὸ ὀστέον τοῦ βέλεος. ἤν τε πληγῇ ἐκ χειρὸς, ἤν τε βληθῇ, ἤν τέ τι ἐμπέσῃ αὐτέῳ καὶ ἢν αὐτὸς καταπεσὼν τρωθῇ, καὶ ὁπωσοῦν τρωθεὶς κατ' ἀντίον γένοιτο τοῦ ὀστέου τῷ βέλει. τὰ δὲ πλάγιον τοῦ ὀστέου παρασύροντα βέλεα ἧσσον καὶ ῥήγνυσι τὸ ὀστέον καὶ φλάσει εἴσω ἐς κεφαλὴν, κἂν ψιλωθῇ τὸ ὀστέον τῆς σαρκός. ἔνια γὰρ τῶν

tes quae circa os ſunt, aut os ipſum vulneratur, qui ex maxime ſublimi loco in duriſſimum et obtuſiſſimum quid cadit, is periclitatur ne os perrumpatur aut collidatur, aut a naturali ſuo ſtatu intro medium deſidat. At qui ex complanato loco potius et in mollius quiddam cadit, ei minus iſtas offenſiones, aut nullo modo os ſentiet. Ex telis autem quae in caput illabuntur, et quae juxta os ſunt vulnerant, quod ex maxime ſublimi et minime complanato loco incidit, quodque duriſſimum, maxime obtuſum et grave, minimeque leve aut minime acutum et molle fuerit, id os rumpere ac collidere poterit. Ac praecipue ſane periculum eſt ne ea os ſentiat, ubi talia contigerint ſicque vulnerari os contingat, ut e directo telo occurrat, ſive manu ſive jactu vulnus nſligatur, ſive quid in ipſum illabatur ſive corruens vulneretur, ſeu quomodolibet vulnerati os telo obviam eat. At tela quae in obliquum diſtrahunt, ſub his os minus rumpitur et intro ad caput contunditur, licet os carne nudatum

Ed. Chart. XII. [121.] Foes. I. 902. 903. Ed. Lind. II. (696.)
τρωμάτων τῶν οὕτω τρωθέντων οὐδὲ ψιλοῦται τὸ ὀστέον τῆς σαρκός.

Τῶν δὴ βελέων ῥήγνυσι μάλιστα τὸ ὀστέον τάς τε φανερὰς ῥωγμὰς καὶ τὰς ἀφανέας καὶ φλᾶται καὶ ἐσφλᾶ ἔσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ τὸ ὀστέον, τὰ στρογγύλα τε καὶ περιφερέα καὶ ἀρτίστομα, ἀμβλέα τε ὄντα καὶ βαρέα καὶ σκληρά, καὶ τὴν σάρκα ταῦτα φλᾶται καὶ πέπειρον ποιέει καὶ κόπτει, καὶ τὰ ἕλκεα γίνεται ὑπὸ τῶν τοιούτων βελέων ἐς τὸ πλάγιον, καὶ ἐν κύκλῳ ὑπόκοιλα καὶ διάπυά τε μᾶλλον γίνεται καὶ ὑγρά ἐστι καὶ ἐπὶ πλέονα χρόνον καθαίρεται. ἀνάγκη γὰρ τὰς σάρκας τὰς φλασθείσας καὶ κοπείσας πύον γενομένας ἐκτακῆναι. τὰ δὲ βέλεα καὶ προμήκεα ἐπιπολὺ λεπτὰ ἐόντα καὶ ὀξέα καὶ κοῦφα τήν τε σάρκα διατάμνει μᾶλλον ἢ φλᾶ καὶ ὀστέον ὡσαύτως, καὶ ἕδρην μὲν ἐμποιέει αὐτὸ καὶ διακοπήν. διακοπὴ γὰρ καὶ ἕδρη τωυτόν ἐστι. φλᾶ δὲ οὐ μάλα τὸ ὀστέον τὰ τοιαῦτα βέλεα οὐδὲ ῥήγνυσιν, οὐδ' ἐκ τῆς φύσιος ἔσω ἐσφλᾶ.

fit. Quaedam enim fic illata vulnera neque os carne detegunt.

Sub telis fane quae rotunda funt, orbiculata, omni ex parte plana, retufa, gravia et dura os maxime finditur tum rimis confpicuis tum obfcuris et colliditur et a naturali ftatu recedens medium defidit. Eadem quoque carnem contundunt, maturant et lacerant. At fub hujusmodi telis vulnera ad latera et in orbem aliquantulum cava purulentaque magis redduntur atque humida, longioreque tempore repurgantur. Carnes enim collifas et laceratas in pus verfas neceffe eft tabefcere. Tela vero oblonga magna ex parte tenuia, acuta et levia carnem magis incidunt osque fimiliter, quam collidant. Idque etiam quod incidit teli veftigium inducit. Praecifio enim et teli veftigium ad idem referuntur. Ac tela hujusmodi neque magnopere os collidunt, neque findunt neque a naturali ftatu recedens medium defidere faciunt.

Ed. Chart. XII. [121. 122.] Foes. I. 903. Ed. Lind. II. (696. 697.)

Ἀλλὰ χρὴ πρὸς τῇ ὄψει τῇ ἑωυτοῦ ὅ τι ἄν σοι φαίνηται ἐν τῷ ὀστέῳ καὶ ἐρώτησιν ποιέεσθαι πάντων τούτων· τοῦ γὰρ μᾶλλόν τε καὶ ἧσσον τρωθέντος ταῦτ᾽ ἐστὶ σημεῖα, καὶ ἢν ὁ τρωθεὶς καρωθῇ, καὶ σκότος περιχυθῇ καὶ δῖνος, ἢ καὶ πέσῃ.

[122] Ὅταν (697) δὲ τύχῃ ψιλωθὲν τὸ ὀστέον τῆς σαρκὸς ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ τύχῃ κατ᾽ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς γενόμενον τὸ ἕλκος, χαλεπὸν γίνεται καὶ τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος φράσασθαι τὴν ἐν τῷ ἄλλῳ ὀστέῳ φανερὴν γινομένην, εἴτ᾽ ἔνεστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, εἴτε μὴ ἔνεστιν, ἤν τε τύχῃ γινομένη ἡ ἕδρη ἐν αὐτῇσι τῇσι ῥαφῇσι. συμβλέπει γὰρ αὐτὴ ἡ ῥαφὴ τρηχυτέρη ἐοῦσα τοῦ ἄλλου ὀστέου, καὶ οὐ διάδηλον ὅτι τε αὐτοῦ ῥαφή ἐστι καὶ ὅτι τοῦ βέλεος ἕδρη, ἢν μὴ κάρτα μεγάλη γένηται ἡ ἕδρη. προσγίνεται δὲ καὶ ῥῆξις τῇ ἕδρῃ ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ αὕτη ἐν τῇσι ῥαφῇσι γινομένη, καὶ γίνεται καὶ αὐτῇ ἡ ῥῆξις χαλεπωτέρη φράσασθαι ἐῤῥωγότος τοῦ ὀστέου, διὰ τοῦτο ὅτι κατ᾽ αὐτὴν τὴν ῥαφὴν ἡ ῥῆξις γίνεται, ἢν ῥηγνύηται ὡς ἐπὶ τὸ πολύ. ἕτοιμον γὰρ ταύτῃ ῥήγνυσθαι τὸ ὀστέον καὶ διαχαλᾶν διὰ τὴν ἀσθένειαν τῆς φύσιος τοῦ ὀστέου ταύτῃ καὶ ἀραιότητα καὶ διά τε τῆς ῥα-

Caeterum praeter id quod oculis tuis subjicitur, quicquid in osse tibi apparere videbitur, etiam ex aegro requirendum: etenim magis aut minus vulnerati haec sunt indicia. Tum si aeger alto sopore detentus fuerit, aut tenebrae oculis offusae, aut si vertigo prehenderit, aut ipse conciderit.

At ubi osse a telo nudato vulnus ad ipsas suturas fieri contigerit, teli vestigium, quod in alio osse relictum necne fuerit conspicuum est, si in suturis ipsis extiterit, asserere est difficile. Fallit enim sutura ipsa reliquo osse asperior, neque constat sitne illic sutura, an teli vestigium, nisi admodum magnum teli vestigium relictum sit. Accedit quoque ad teli vestigium plerumque rima ipsa in suturis existens, fractoque osse rimam asserere ideo difficilius est, quod ubi plurimum frangi contingit, ad suturam ipsam rima existat. Prompte enim os hac parte, ob eam quam a natura habet imbecillitatem, frangitur et elaxatur, aut quia sutura prompte

φῆς ἑτοίμης ἐούσης ῥήγνυσθαι καὶ διαχαλᾶν. τ' ἄλλα τὰ ὀστέα τὰ περιέχοντα τὴν ῥαφὴν μένει ἀῤῥαγέα, ὅτι ἰσχυρότερά ἐστι τῆς ῥαφῆς. ἡ δὲ ῥῆξις ἡ κατὰ τὴν ῥαφὴν γινομένη καὶ διαχάλασίς ἐστι τῆς ῥαφῆς καὶ φράσασθαι οὐκ εὐμαρής ᾖ, οὔτε ὑπὸ ἕδρης τοῦ βέλεος γενομένης ἐν τῇ ῥαφῇ, ἐπειδὰν ῥαγῇ καὶ διαχαλάσῃ, ἀλλ' ἐστι χαλεπώτερον φράσασθαι τὴν ἀπὸ τῆς φλάσιος ῥωγμήν. συγκλέπτουσι γὰρ τὴν γνώμην καὶ τὴν ὄψιν τοῦ ἰητροῦ αὗται αἱ ῥαφαὶ ῥωγμοειδέες φαινόμεναι καὶ τρηχύτεραι ἐοῦσαι τοῦ ἄλλου ὀστέου, ὅτι μὴ ἰσχυρῶς διεκόπη καὶ διέχαλασε || διακοπὴ δὲ καὶ ἕδρη τωὐτόν ἐστιν. ἀλλὰ χρὴ εἰ κατὰ τὰς ῥαφὰς τὸ τρῶμα γένοιτο καὶ πρός γε τὸ ὀστέον στηρίξειε τὸ βέλος, προσέχοντα τὸν νόον ἀνευ(698)ρίσκειν ὅ τι πέπονθε τὸ ὀστέον. ἀπὸ γὰρ ἴσων βελέων τὸ μέγεθος καὶ ὁμοίων καὶ πολλόν τε ἐλασσόνων καὶ ὁμοίως τρωθεὶς καὶ πολὺ ἧσσον, πολλῷ μεῖζον ἐκτήσατο τὸ κακὸν ἐν τῷ ὀστέῳ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος τὸ βέλος ἢ ὁ μὴ ἐς τὰς ῥαφὰς δεξάμενος καὶ τούτων τὰ πολλὰ πρίεσθαι δεῖ. ἀλλ' οὐ χρὴ αὐτὰς τὰς ῥαφὰς πρίειν, ἀλλ' ἀποχωρήσαντα ἐν τῷ πλησίον ὀστέῳ τὴν πρίσιν ποιέεσθαι,

frangi ac elaxari solet. Reliqua vero ossa suturam ambientia, quod sutura sint robustiora, citra fracturam permanent. At fractura ad suturam existens suturae etiam laxatio est, quam ubi fracta fuerit et elaxata, num id a teli vestigio in sutura existente contingat, asserere non est facile. Verum rimam ubi ex colliso contigerit, difficilius est asserere. Suturae enim rimae speciem referentes et reliquo osse asperiores, medici judicium et visum fallunt, nisi os vehementer dissectum sit et elaxatum. Praecisio autem et teli sedes eodem referuntur. Sed ubi suturas vulnus affigerit et in osse telum insederit, mentem adhibere oportet, ut qua noxa os afficiatur inveniamus. Ab aequalibus enim magnitudine telis aut similibus, aut longe etiam minoribus, similiter ac multo levius vulneratus, longe gravius offenditur qui osse ad suturas telum excepit quam qui alia parte ex iisque plerumque sectione indigent. Ad ipsas tamen suturas non est sectio adhibenda, verum ubi ab his recesseris, si sectio-

ἢν πρίῃς. περὶ δὲ ἰήσιος τρώσιος τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ καὶ ὡς χρὴ ἐξελέγχειν τὰς πάθας τὰς ἐν τῷ ὀστέῳ γινομένας τὰς μὴ φανερὰς, ὧδέ μοι δοκέει.

Ἕλκος ἐν τῇ κεφαλῇ οὐ χρὴ τέγγειν οὐδενὶ, οὐδὲ οἴνῳ ἄλλως ἥκιστα, οὐδὲ καταπλάσσειν, οὐδὲ μοτῷ τὴν ἴησιν ποιέεσθαι. οὐδὲ πιέζειν χρὴ ἕλκος ἐν κεφαλῇ, ἢν μὴ ἐν τῷ μετώπῳ ᾖ τὸ ἕλκος ἢ ἐν τῷ ψιλῷ τῶν τριχῶν ἢ περὶ τὴν ὀφρὺν καὶ τὸν ὀφθαλμόν. ἐνταῦθα δὲ γινόμενα τὰ ἕλκεα καταπλάσιος καὶ ἐπιδέσιος μᾶλλον κέχρηται ἢ που ἄλλοθι τῆς [123] κεφαλῆς τῆς ἄλλης. περιέχει γὰρ ἡ κεφαλὴ ἡ ἄλλη τὸ μέτωπον πᾶν. ἐκ δὲ τῶν περιεχόντων τὰ ἕλκεα καὶ ἐν ὅτῳ ἂν ᾖ τὰ ἕλκεα φλεγμαίνει καὶ ἐπανοιδίσκεται δι᾽ αἵματος ἐπιῤῥοήν. χρὴ δὲ οὐδὲ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ διὰ παντὸς τοῦ χρόνου καταπλάσσειν καὶ ἐπιδεῖν, ἀλλ᾽ ἐπειδὰν παύσηται φλεγμαίνοντα καὶ τὸ οἴδημα καταστῇ, παύσασθαι καταπλάσσοντα καὶ ἐπιδέοντα. ἐν δὲ τῇ ἄλλῃ κεφαλῇ ἕλκος οὔτε μοτοῦν χρὴ οὔτε καταπλάσσειν οὔτ᾽ ἐπιδεῖν, εἰ μὴ καὶ τομῆς δέοιτο.

nem adhibes, in osse proximo facienda. De capitis autem vulneribus eorumque curatione, quaque ratione latentes ossis affectiones deprehendi debeant, sic censeo.

Capitis ulcus nulla re madefaciendum, ac ne vino quidem, aut quam minimum. Neque vero cataplasmata, neque per linamenta curationem postulat. At neque comprimendum capitis ulcus est, nisi in fronte sit aut in parte pilis nudata, aut circa supercilium et oculum. Harum enim partium ulcera cataplasmatis et deligationis usum magis requirunt, quam quae alia reliqui capitis parte fiunt, cum a reliquo capite frons universa contineatur, ulcera vero quacunque in parte fiant ob sanguinis fluxum, ab iis quibus continentur ad inflammationem et tumorem adducantur. At neque in his quae in fronte sunt toto tempore cataplasmate et deligatione utendum, sed ubi inflammatio cessarit et tumor conquieverit, ab his desistendum. In reliquis autem capitis ulceribus, neque linamentis neque cataplasmate neque deligatione utendum, nisi sectione opus sit.

Ed. Chart. XII. [123.] Foes. I. 906. Ed. Baid. IV. (698. 699.)

Τάμνειν δὲ χρὴ τῶν ἑλκέων τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ γινο-(699)μένων καὶ ἐν μετώπῳ, ὅπῃ ἂν τὸ μὲν ὀστέον ψιλὸν ᾖ τῆς σαρκὸς καὶ δοκέῃ τι σίνος ἔχειν ὑπὸ τοῦ βέλεος· τὰ δὲ ἕλκεα μὴ ἱκανὰ τὸ μέγεθος τοῦ μήκεος καὶ τῆς εὐρύτητος, ἐς τὴν σκέψιν τοῦ ὀστέου εἴ τι πέπονθεν ὑπὸ τοῦ βέλεος κακὸν καὶ ὁποῖόν τι πέπονθε· καὶ ὅσον ἥ μὲν σὰρξ πέφλασται, καὶ τὸ ὀστέον ἔχει τὸ σίνος, καὶ δ᾽ αὖ εἰ ἀσινές τί ἐστι τὸ ὀστέον ὑπὸ τοῦ βέλεος καὶ μηδὲν πέπονθε κακὸν, καὶ ἐς τὴν ἴησιν, ὁποίης δεῖταί τινος τό τε ἕλκος ἥ τε σὰρξ, καὶ ἡ πάθη τοῦ ὀστέου. τὰ δὴ τοιαῦτα τῶν ἑλκέων τομῆς δεῖται. ἂν καὶ μὲν ὀστέον ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς, ὑπόκοιλα δὲ ᾖ ἐς πλάγιον ἐπὶ πολὺ ἐπανατέμνειν τὸ κοῖλον, ὅκου μὴ εὐχερές τῷ φαρμάκῳ ἀφικέσθαι, ὁκοίῳ ἄν τινι χρῇ, καὶ τὰ κυκλότερα τῶν ἑλκέων, καὶ ὑπόκοιλα ἐπὶ πολὺ καὶ τὰ τοιαῦτα ἐπανατέμνων τὸν κύκλον διχῇ κατὰ μῆκος, ὡς πέφυκεν ἄνθρωπος, μακρὸν ποιέειν τὸ ἕλκος.

Τάμνοντι δὲ κεφαλὴν τὰ μὲν ἄλλα τῆς κεφαλῆς ἀσφα-

Sectionem autem postulant capitis et frontis ulcera, ubi os quidem carne nudatum fuerit, aut sub telo noxam aliquam sensisse videatur. Ipsa vero ulcera non satis idoneam habent longitudinem et latitudinem qua perspici possit numquid os sub telo male affectum sit, aut qualemnam noxam senserit, aut quantum quidem caro collisum sit et quantum offensionis os senserit, contraque num os a telo inviolatum manserit, nihilque mali senserit, et quanam curatione tum ulcus tum caro, tum ossis offensio opus habeat. Ejusmodi sane ulcera sectionem postulant. Atque etiam ubi os quidem carne nudatum fuerit, ulcera autem obliquam quandam cavitatem habeant, abunde cavum incidere oportet, ubi medicamentum, quodcunque opus fuerit, non facile pervenire potest. Sed et ulcera orbiculata et admodum cava ejusmodi quoque incidere oportet, ut orbe in longitudinem bifariam diviso, prout est hominis natura, ulcus longum efficiatur.

At in capitis sectione caeterae quidem capitis partes

Ed. Chart. XII. [123. 124.] Foës. I. 906. 907. Ed. Lind. II. (699. 700.)

λείην ἔχει τεμνόμενα, ὁ δὲ κρόταφος καὶ ἄνωθεν ἐπὶ τοῦ κροτάφου, κατὰ τὴν φλέβα τὴν διὰ τοῦ κροτάφου φερομένην, τοῦτο δὲ τὸ χωρίον μὴ τάμνειν. σπασμὸς γὰρ ἐπιλαμβάνει τὸν τμηθέντα. καὶ ἢν μὲν ἐπ᾽ ἀριστερὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπιδέξια ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει· ἢν δ᾽ ἐπὶ τὰ δεξιὰ τμηθῇ κροτάφου, τὰ ἐπ᾽ ἀριστερὰ ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει.

Ὅταν οὖν τάμνῃς ἕλκος ἐν κεφαλῇ ὀστέων εἵνεκα τῆς σαρκὸς ἐψιλωμένων, θέλων εἰδέναι εἴ τι ἔχει τὸ ὀστέον [124] κακὸν ὑπὸ τοῦ βέλεος ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τάμνειν χρὴ τὸ μέγεθος τὴν ὠτειλὴν, ὅση ἂν δοκέῃ ἄνω χρῆναι. τάμνοντα δὲ χρὴ ἀναστεῖλαι τὴν σάρκα ἀπὸ τοῦ ὀστέου, ᾗ πρὸς (700) τῇ μήνιγγι καὶ πρὸς τῷ ὀστέῳ πέφυκεν. ἔπειτα διαμοτῶσαι τὸ ἕλκος πᾶν μοτῷ, ὅστις ἂν εὐρύτατον τὸ ἕλκος παρέξει ἐς τὴν ὑστεραίην ξὺν ἐλαχίστῳ πόνῳ. μοτώσαντα δὲ καταπλάσματι χρῆσθαι ὅσον ἂν χρόνον καὶ τῷ μοτῷ, μάζην ἐκ λεπτῶν ἀλφίτων, ἐν ὄξει διαμάσσειν ἢ ἕψειν καὶ γλίσχρην ποιέειν ὡς μάλιστα.

-tuto secari possunt, tempus vero et quod adhuc supra est, juxta venam quae per tempora fertur, haec inquam regio secari non debet. Nervorum enim distentione prehenditur qui sectus est. At si sinistra tempora secta fuerint, dextra convulsio prehendit, sin ad dextra sectio fuerit, sinistra convelluntur.

Ubi igitur ossium carne nudatorum causa, ulcus in capite secatur, ut cognoscas sub telo os aliquod vitium senserit necne, vulnus ea magnitudine superiore parte, quanta opus esse videbitur, secari debet. Cum autem inciditur, carnem quae ossi et membranae adhaeret, ab osse diducere oportet. Tum linamentis ulcus implendum, quae in posterum diem quam minimo labore ulcus amplissimum exhibeant. Admotis linamentis, cataplasmate quamdiu linamenta adhibentur utendum, maza ex tenuissima polenta ex aceto subacta et incocta, ut quam maxime glutinosa reddatur.

Τῇ δ᾽ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ ἐπειδὰν ἐξέλῃς τὸν μοτὸν, κατιδὼν τὸ ὀστέον ὅ τι πέπονθεν, ἐὰν μή σοι καταφανὴς ᾖ ἡ τρῶσις ὁποίη τίς ἐστιν ἐν τῷ ὀστέῳ, μηδὲ διαγινώσκῃς εἴτε τι ἔχει τὸ ὀστέον κακὸν ἐν ἑωυτῷ ἢ καὶ οὐκ ἔχει, τὸ δὲ βέλος δοκέῃ ἀφικέσθαι ἐς τὸ ὀστέον καὶ σινάσθαι, ἐπιξύειν χρὴ τῷ ξυστῆρι κατὰ βάθος καὶ κατὰ μῆκος τοῦ ἀνθρώπου ὡς πέφυκεν καὶ αὖθις εἰ ᾖ κάρσιον τὸ ὀστέον τῶν ῥήξιων εἵνεκα τῶν ἀφανέων ἰδεῖν καὶ τῆς φλάσιος εἵνεκα τῆς ἀφανέος τῆς οὐκ ἐσφλωμένης εἴσω ἐκ τῆς φύσιος τῆς κεφαλῆς τοῦ ἄλλου ὀστέου. ἐξελέγχει γὰρ ἡ ξύσις μᾶλλον, ἢν μὴ καὶ ἄλλως καταφανέες ἔωσιν αὗται αἱ πάθαι οὖσαι ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, καὶ ἢν ἕδρην ἴδῃς ἐν τῷ ὀστέῳ τοῦ βέλεος, ἐπιξύειν χρὴ αὐτήν τε τὴν ἕδρην τοῦ βέλεος καὶ τὰ περιέχοντα αὐτὴν ὀστέα, μὴ πολλάκις τῇ ἕδρῃ προσγένηται ῥῆξις καὶ φλάσις ἢ μούνη φλάσις, ἔπειτα λανθάνῃ οὐ καταφανέα ἐόντα.

Ἐπειδὰν δὲ ξύσῃς τὸ ὀστέον τῷ ξυστῆρι, ἢν μὲν δοκέῃ ἐς πρίσιν ἀφίκειν ἡ τρῶσις τοῦ ὀστέου, πρίειν χρὴ καὶ τὰς

Poſtridie exemptis linamentis ubi os affectum conſpexeris, ſi cujusmodi plaga in oſſe fuerit non ſit tibi conſpicua, neque dijudices os mali aliquid in ſe receperit necne, telum autem ad os perveniſſe ipſumque offendiſſe videatur, id ſcalpro raſorio in altitudinem et longitudinem, prout eſt hominis natura radendum eſt, atque etiam ſi transverſum os fuerit, ob rimas quae in conſpectum non veniunt, aut colliſionem non apparentem, ubi os medium non deſederit, neque ſua natura ab altero capitis oſſe intro receſſerit. Ubi namque os deraſeris, magis deprehendes oſſis ex telo affectiones, ſi alioqui in conſpectum non venerint. Ac ſi teli veſtigium in oſſe conſpiciatur, ipſum quoque eradendum eſt, tum circum ambientia oſſa, ne cum ſaepe ad teli veſtigium fiſſum et colliſum, aut colliſum tantum accedat, ea poſtea lateant neque in conſpectum veniant.

Poſtquam autem os ſcalpro eraſeris, ſi quidem oſſis vulnus ad ſectionem tendere videatur, intra triduum ad

Ed. Chart. XII. [124. 125.] Foes. I. 907. 908. Ed. Lind. II. (700. 701.)

τρεῖς ἡμέρας μὴ ὑπερβάλλειν ἀπρίωτον, ἀλλ' ἐν ταύτῃσι πρίειν ἄλλως τε καὶ τῆς θερμῆς ὥρης, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς || τὸ ἴημα. ἢν δὲ ὑποπτεύσῃς μὲν τὸ ὀστέον ἐῤῥωγέναι ἢ πε(701)φλάσθαι, ἢ ἀμφότερα ταῦτα, τεκμαιρόμενος ὅτι ἰσχυρῶς τέτρωται ἐκ τῶν λόγων τοῦ τρωματίου, καὶ ὅτι ὑπὸ ἰσχυροῦ τοῦ τρώσαντος, ἢν ἕτερος ὑφ' ἑτέρου τρωθῇ, καὶ τὸ βέλος ὅτῳ ἐτρώθη ὅτι τῶν κακούργων βελέων ἦν. ἔπειτα τὸν ἄνθρωπον ὅτι δῖνός τε ἔλαβε καὶ σκότος καὶ ἐκαρώθη καὶ κατέπεσε. τούτων δὲ οὕτω γι[125]νομένων, ἢν μὴ διαγινώσκῃς εἰ ἔῤῥωγε τὸ ὀστέον ἢ πέφλασται ἢ καὶ ἀμφότερα ταῦτα. μήτε ἄλλως ὁρῶν, δεῖ δὴ ἐπὶ τὸ ὀστέον τήκειν τὸ μελάντατον δεύσαντα τῷ μέλανι φαρμάκῳ τῷ τηκομένῳ. τό τε ἕλκος ὑποτείνας ὀθόνιον ἐλαίῳ τέγξαι, εἶτα καταπλάσας τῇ μάζῃ ἐπιδῆσαι. τῇ δ' ὑστεραίῃ ἀπολύσας καὶ ἐκκαθήρας τὸ ἕλκος ἐπιξύσαι, καὶ ἢν μὴ ᾖ ὑγιὲς, ἀλλ' ἐῤῥώγῃ καὶ πεφλασμένον ᾖ, τὸ μὲν ἄλλο ἔσται ὀστέον λευκὸν ξυόμενον. ἡ δὲ ῥαγμὴ καὶ ἡ φλάσις κατακέντος τοῦ φαρμά-

sectionem veniendum, neque id spatium citra sectionem superandum, idque praecipue si calida anni tempestate ab initio curationem susceperis. At si os quidem fissum suspiceris aut collisum, aut utrumque, ex vulnerati sermonibus de vulneris magnitudine conjecturam faciens, quod a robusto vulnus illatum sit, si alter ab altero vulneratus fuerit, quodque telum quo vulnus est inflictum ex eorum est genere quae noxam inferunt, tum quia aeger vertigine correptus fuerit, aut tenebrae oculis offusae, aut alto sopore detentus conciderit. Quae quidem ubi inciderint, nisi dignoscas osne fissum sit aut collisum, aut utroque modo vitiatum neque alia ratione conspicere liceat: super os atramentum scriptorium medicamento aliquo nigro liquato maceratum inducendum, ulcusque subjecto linteo oleo madefacto, deinde cataplasmate ex maza imposito deligandum, postridie vero ulcere resoluto ac repurgato os deradendum. Et si integrum non fuerit, sed fissum et collisum, reliquum quidem os erasum album erit. At fissum et collisum, in se medi-

κου δεξαμένη τὸ φάρμακον ἐς ἑωυτὴν μέλαν ἐὸν, ἔσται μέλαινα ἐν λευκῷ τῷ ὀστέῳ τῷ ἄλλῳ. ἀλλὰ χρὴ αὖθις τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν ἐπιξέειν κατὰ βάθος, καὶ ἢν μὲν ἐπιξύων τὴν ῥωγμὴν ταύτην φανεῖσαν μέλαιναν ἐξέλῃς καὶ ἀφανέα ποιήσῃς, φλάσις μὲν γεγένηται τοῦ ὀστέου ἢ μᾶλλον ἢ ἧσσον, ἥτις περ ἔῤῥηξε καὶ τὴν ῥωγμὴν τὴν ἀφανισθεῖσαν ὑπὸ τοῦ ξυστῆρος. ἧσσον δὲ φοβερὸν καὶ ἧσσον ἂν πρῆγμα ἀπ' αὐτῆς γένοιτο ἀφανισθείσης τῆς ῥωγμῆς. ἢν δὲ κατὰ βάθος ᾖ καὶ μὴ ἐθέλῃ ἐξιέναι ἐπιξυομένη, ἀφίκει ἐς πρίσιν ἡ τοιαύτη ξυμφορή. ἀλλὰ χρὴ πρίσαντα τὰ λοιπὰ ἰητρεύειν τὸ ἕλκος. φυλάσσεσθαι δὲ χρὴ ὅπως μή τι κακὸν (702) ἀπολαύσῃ τὸ ὀστέον ἀπὸ τῆς σαρκὸς, ἢν κακῶς ἰητρεύηται. ὀστέῳ γὰρ καὶ πεπρισμένῳ καὶ ἄλλως ἐψιλωμένῳ, ὑγιεῖ δὲ ἐόντι καὶ ἔχοντί τι σῖνος ὑπὸ τοῦ βέλεος, δοκέοντι δὲ ὑγιεῖ εἶναι, κίνδυνός ἐστι μᾶλλον ὑπόπυον γενέσθαι, ἢν καὶ ἄλλως μὴ μέλλῃ, ἢν καὶ ἡ σὰρξ ἡ περιέχουσα τὸ ὀστέον κακῶς θεραπεύηται καὶ φλεγμαίνηται καὶ περισφίγγηται. πυρετῶδες γὰρ γίνεται καὶ πολλοῦ φλογμοῦ πλέον, καὶ δὴ τὸ ὀστέον

camentum nigrum dilutum recipiens, reliquo osse albo existente nigrum conspicietur. Verum iterum rimam ipsam in conspectum venientem alte radere oportet. Ac si quidem radendo rimam ejusmodi nigram visam exemeris et deleveris, collisum quidem os plus aut minus fuit, ex quo rimam accepit, quam scalper rasorius delevit. At rima deleta res minus terret minusque negotii exhibet. Ubi vero altius descendit, neque radendo eximi potest, in hoc casu ad sectionem deveniendum est. Caeterum sectione utendum in reliquo ad ulceris curationem intentum esse oportet, cavendumque est ne os a male curata carne aliquid vitii contrahat. Os enim sectionem expertum et alioqui nudatum, integrum tamen aut quod a telo offensionem accepit, sed integrum videtur, magis periclitatur ne purulentum evadat, quamvis id alias futurum non sit, tum si caro os ambiens male curetur tum inflammationem concipiat, et constricta sit. Igneum enim evadit multoque ardore redundat, sane-

ἐκ τῶν περιεχουσῶν σαρκέων ἐς ἑωυτὸ θέρμην τε καὶ φλογμὸν καὶ ἄραδον ἐμποιέει καὶ σφυγμὸν, καὶ ὅσα περ ἡ σὰρξ ἔχει κακὰ ἐν ἑωυτῇ, καὶ ἐκ τουτέων ὧδε ὑπόπυον γίνεται.

|| Κακὸν δὲ καὶ ὑγρήν τε εἶναι τὴν σάρκα ἐν τῷ ἕλκει καὶ μυδῶσαν καὶ ἐπὶ πολλὸν χρόνον καθαίρεσθαι. ἀλλὰ χρὴ διάπυον μὲν ποιῆσαι τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα. οὕτω γὰρ ἂν ἥκιστα φλεγμαίνοι τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος καὶ τάχιστα καθαρὸν εἴη. ἀνάγκη γὰρ ἔχει τὰς σάρκας τὰς κοπείσας [126] καὶ φλασθείσας ὑπὸ τοῦ βέλεος ὑποπύους γενομένας ἐκτακῆναι. ἐπειδὰν δὲ καθαρθῇ, ξηρότερον χρὴ γίγνεσθαι τὸ ἕλκος. οὕτω γὰρ ἂν τάχιστα ὑγιὲς γένοιτο ξηρῆς σαρκὸς βλαστούσης καὶ μὴ ὑγρῆς, καὶ οὕτως οὐκ ἂν ὑπερσαρκίσῃ τὸ ἕλκος. ὁ δ' αὐτὸς λόγος καὶ ὑπὲρ τῆς μήνιγγος τῆς περὶ τὸν ἐγκέφαλον. ἣν γὰρ αὐτίκα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον καὶ ἀφελὼν ἀπὸ τῆς μήνιγγος ψιλώσας, αὐτὴν καθαρὴν χρὴ ποιῆσαι ὡς τάχιστα καὶ ξηρὴν, ὡς μὴ ἐπὶ πουλὺν χρόνον ἐοῦσα μυδήῃ τε καὶ ἐξαίρηται. τούτων γὰρ οὕτω γινομένων σαπῆναι αὐτὴν κίνδυνος.

que os ipsum ex superjectis carnibus calorem, incendium, perturbationem, pulsum, caeteraque vitia quibus caro vexatur in se inducit, ex hisque hoc modo purulentum evadit.

Vitiosa autem est ulceris caro humida et nimia uligine marcescens, idque longo tempore repurgari. Sed quam celerrime quidem ulcus ad suppurationem adducere oportet. Hac enim ratione ulcus ambientes partes minime inflammatione vexabuntur, ipsumque purum citissime evadet. A telo namque tum concisas tum collisas carnes in pus verti ac tabescere necesse est. At ubi repurgatum ulcus fuerit, siccius evadat oportet. Sic enim citissime sanescet et caro sicca minimeque humida succrescet, neque hoc pacto in ulcere caro modum excedet. Eadem quoque est ratio membranae cerebrum ambientis. Ea enim protinus osse secto et exempto denudata quam citissime purgari et siccari debet, ne si diutius madescat tum nimia uligine marcescat, tum in tumorem assurgat. His enim ita se habentibus periculum est ne ipsa putrescat.

Ed. Chart. XII. [126.] Foes. I. 909. 910. Ed. Lind. II. (702. 703.)

Ὀστέον δὲ ἅ τι δὴ ἀποστῆναι δεῖ, ὅτου ἄλλου ὀστέου ἕλκεος ἐν κεφαλῇ (703) γενομένου, ἕδρης τε ἐρύσης τοῦ βέλεος ἐν τῷ ὀστέῳ ἢ ἄλλως ἐπὶ πουλὺ ψιλωθέντος τοῦ ὀστέου, ἀφίσταται ἐπὶ πουλὺ ἔξαιμον γινόμενον. ἀναξηραίνεται γὰρ τὸ αἷμα ἐκ τοῦ ὀστέου ὑπό τε τοῦ χρόνου καὶ ὑπὸ φαρμάκων τῶν || πλείστων. τάχιστα δ' ἂν ἀποσταίη, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα καθήρας ξηραίνοιτο λοιπὸν τό τε ἕλκος καὶ τὸ ὀστέον, καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἧσσον. τὸ γὰρ τάχιστα ἀποξηρανθὲν καὶ ὀστρακῶδες ἐν τούτῳ μάλιστα ἀφίεται ἀπὸ τοῦ ἄλλου ὀστέου τοῦ ἐναίμου τε καὶ ζῶντος αὐτέου, ἔξαιμόν τε γενόμενον καὶ ξηρὸν τῷ ἐναίμῳ καὶ ζῶντι μάλα ἀφίσταται.

Ὅσα δὲ τῶν ὀστέων ἐσφλᾶται ἔσω, ἐκ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτῶν καταρραγέντα ἢ καὶ διακοπέντα πάνυ εὐρέα, ἀκινδυνότερα τὰ τοιαῦτα γίνεται. ἐπὴν ἡ μῆνιγξ ὑγιὴς ᾖ, καὶ τὰ πλέοσι ῥωγμῇσιν ἐγκαταρραγέντα καὶ εὐρυτέρῃσιν, ἔτι ἀκινδυνότερα καὶ εὐμαρέστερα ἐς τὴν ἀφαίρεσιν γίνεται, καὶ οὐ χρὴ πρίειν τῶν τοιούτων οὐδέν, οὐδὲ κινδυνεύειν τὰ

At vero in capitis vulnere os quod ab alio quovis osse abscessurum est, sive teli vestigium in osse relictum sit, sive alioqui os plurimum nudatum sit, plerumque abscedit ubi exangue redditum fuerit. Resiccatur enim sanguis in osse tempore, et sub plurimis medicamentis. Abscedet autem celerrime, si quis quam citissime repurgato ulcere in reliquo tum ulcus tum os siccet, idque plus aut minus. Quod enim citissime resiccatum est et in testulam abiit, ideo ab alio osse vitam et sanguinem habente potissimum absolvitur, et cum exangue et siccum reddatur, ab eo quod vitam in sanguinem habet valde abscedit.

Ossa quae a suo naturali statu recedunt et media desidunt, fracta aut late admodum praecisa, haec minus habent periculi ubi membrana integra fuerit, quaeque rimis pluribus et latioribus intus fracta sunt, minus etiam periculo sunt obnoxia et facilius eximuntur, neque horum quicquam sectione indiget, neque cum periculo ossa auferre tentan-

Ed. Chart. XII. [126. 127.] Foes. I. 910. Ed. Lind. II. (703. 704.)

ἰστέα πειρώμενον ἀφαιρέειν πρὶν ἢ αὐτόματα ἐπανίῃ, εἰκὸς πρῶτον χαλάσαντος. ἐπανέρχεται δὲ τῆς σαρκὸς ὑποφυομένης, ὑποφύεται δὲ ἐκ τῆς διπλόης τοῦ ὀστέου καὶ ἐκ τοῦ ὑγιέος, ἢν ἡ ἄνωθεν μοίρη τοῦ ὀστέου μούνη σφακελίσῃ. οὕτω δ᾽ ἂν τάχιστα ἥ τε σὰρξ ὑποφύοιτο καὶ βλαστάνοι καὶ τὰ ὀστέα ἐπανίοι, εἴ τις τὸ ἕλκος ὡς τάχιστα διάπυον ποιήσας καθαρὸν ποιήσηται, καὶ ἢν διὰ παντὸς τοῦ ὀστέου ἄμφω αἱ μοῖραι ἐσφλασθῶσιν ἔσω ἐς τὴν μήνιγγα, ἥ τε ἄνω μοίρη τοῦ ὀστέου καὶ ἡ κάτω, ἰητρεύοντι ὡσαύτως τὸ ἕλκος ὑγιὲς τάχιστα ἔσται, καὶ τὰ ὀστέα τάχιστα ἐπάνεισιν τὰ ἐσφλασθέντα ἔσω.

[127] (704) Τῶν δὲ παιδίων τὰ ὀστέα καὶ λεπτότερά ἐστι καὶ μαλθακώτερα διὰ τοῦτο, ὅτι ἐναιμότερά ἐστι καὶ κοῖλα, καὶ οὔτε σηραγγώδεα καὶ οὔτε πυκνὰ οὔτε στερεά, καὶ ὑπὸ τῶν βελέων ἴσων τε ἐόντων καὶ ἀσθενεστέρων καὶ τρωθέντων ὁμοίως τε καὶ ἧσσον, τὸ τοῦ νεωτέρου παιδίου καὶ μᾶλλον καὶ θᾶσσον ὑποπυΐσκεται ἢ τὸ τοῦ πρεσβυτέρου καὶ ἐν ἐλάσσονι χρόνῳ καὶ ὅσα ἂν ἄλλως μέλλῃ ἀποθανέ-

dum prius quam ſponte ſurſum cedant. Surſum autem os educi priore laxato et carne ſubnaſcente eſt conſentaneum, quae ex oſſis meditullio, ubi oſſa inter ſe connectuntur, et ab eo quod ſanum eſt ſuccreſcit, ſi ſuperior tantum oſſis pars corrupta ſit. Hac vero ratione tum caro celerrime ſuccreſcet et pullulabit, tum oſſa ſurſum educentur, ſi quis ulcus quam citiſſime in pus mutatum repurget. Quod ſi os totum utraque ex parte, tam ſuperiore quam inferiore, deorſum ad membranam inſederit, ſub eadem curatione et ulcus citiſſime ſaneſcet, et oſſa deorſum inſidentia celerrime ſurſum educentur.

At puerorum oſſa et tenuiora ſunt et ob eam cauſam molliora, quod ſanguine magis redundant et cava ſunt, non dura, non denſa, non ſolida, et ſi ſub telis aequalibus et imbecillioribus aequale aut etiam levius vulnus acceptum ſit, junioris pueri os magis et citius minorique ſpatio puru-

σθαι ἐκ τοῦ τρώματος, ὁ νεώτερος τοῦ πρεσβυτέρου θᾶσσον ἀπόλλυται.

|| Ἀλλὰ χρὴ, ἢν ψιλωθῇ τῆς σαρκὸς τὸ ὀστέον, προσέχοντα τὸν νόον πειρῆσθαι διαγινώσκειν ὅτι μὴ ἔστι τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἰδεῖν καὶ γνῶναι εἰ ἔῤῥωγε τὸ ὀστέον καὶ εἰ πέφλασται ἢ μοῦνον πέφλασται, καὶ εἰ ἕδρης γενομένης τοῦ βέλεος πρόσεστι φλάσις ἢ ῥωγμὴ ἢ ἄμφω ταῦτα, καὶ ἤν τι τούτων πεπόνθῃ τὸ ὀστέον, ἀφεῖναι τοῦ αἵματος τρυπῶντα τὸ ὀστέον σμικρῷ τρυπάνῳ φυλασσόμενον ἐπ' ὀλίγον. λεπτότερον γὰρ τὸ ὀστέον καὶ ἐπιπολαιότερον τῶν νέων ἢ τῶν πρεσβυτέρων.

Ὅστις δὲ μέλλει ἐκ τρωμάτων ἐν κεφαλῇ ἀποθνήσκειν καὶ μὴ δυνατὸν αὐτὸν ὑγιᾶ γενέσθαι μηδὲ σωθῆναι, ἐκ τῶνδε τῶν σημείων χρὴ τὴν διάγνωσιν ποιέεσθαι τοῦ μέλλοντος ἀποθνήσκειν καὶ προλέγειν τὸ μέλλον ἔσεσθαι. πάσχει γὰρ τάδε. ὁκόταν τις ὀστέον κατεηγὸς ἢ ἐῤῥωγὸς ἢ πεφλασμένον ἢ ὅτῳ γοῦν τρόπῳ κατεηγὸς ἐννοήσας ἁμάρτῃ καὶ μήτε ξύσῃ μήτε πρίσῃ μήτε δεόμενον, μήτε δὲ ὡς ὑγιέος

lentum evadit quam senioris, ac si alioqui ex vulnere moriundum sit, junior seniore citius perit.

Verum ubi os carne nudatum fuerit, animi intentione adhibita conandum est ut dignoscas, si minus id licet oculis videre et cognoscere, num os fissum sit et collisum, an collisum tantum, vel num ad teli vestigium collisio vel rima vel utrumque accesserit. Ac si quid horum senserit, per exiguam terebram perforato osse sanguis detrahendus, subinde adhibita cautione, quod os juvenum quam senum tenuius sit et per summa magis feratur.

At ubi quis ex capitis vulneribus periturus est, neque ulla ratione sanitatem recipere neque servari potest, hunc ex his notis moriturum dignoscere licet et ex his quae ei contingunt quod eventurum est praedicere. Ubi os fractum aut fissum aut collisum, aut quocunque modo fractum esse quis intellexerit, neque per errorem raserit aut secuerit, tanquam sectionem non postulet aut os integrum existat

Ed. Chart. XII. [127. 128.] Foes. I. 911. Ed. Lind. II. (704. 705.)

ὄντος τοῦ ὀστέου, πρὸ τῶν τεσσαρεσκαίδεκα ἡμερέων πυρετὸς ἐπιλήψεται ὡς ἐπιπολὺ ἐν χειμῶνι. ἐν δὲ τῷ θέρει μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας ὁ πυρετὸς ἐπιλαμβάνει, καὶ ἐπειδὰν τοῦτο γένηται, τὸ (705) ἕλκος ἄχροον γίνεται, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἰχὼρ ῥέει σμικρὸς, καὶ φλεγμαῖνον ἐκτέθνηκεν ἐξ αὐτοῦ καὶ γλισχρῶδες γίνεται καὶ φαίνεται ὥσπερ τάριχος χροιὴν πυῤῥὸν, ὑποπέλιον, καὶ τὸ ὀστέον σφακελίζειν τηνικαῦτα ἄρχεται, καὶ γίνεται πελιδνὸν, λεῖον ὂν, τελευταῖον ἔπωχρον γενόμενον ἢ ἔκλευκον. ὅταν δ' ἤδη ὑπόπυον ᾖ, ἐπὶ τῇ γλώσσῃ φλυκταῖναι γίνονται καὶ παραφρονέων τελευτᾷ, καὶ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει τοὺς πλείστους τὰ ἐπὶ θάτερα τοῦ σώματος. ἢν μὲν ἐν τῷ ἐπ' ἀριστερὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπὶ δεξιὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς λαμβάνει· ἢν δ' ἐν τῷ ἐπὶ δεξιὰ τῆς κεφαλῆς ἔχῃ τὸ ἕλκος, τὰ ἐπ' ἀριστερὰ τοῦ σώματος ὁ σπασμὸς ἐπιλαμβάνει. εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἀπόπληκτοι γίνονται, καὶ οὕτως [128] ἀπόλλυνται πρὸ ἑπτὰ ἡμερέων ἐν θέρει ἢ τεσσάρων καὶ δέκα ἐν χειμῶνι. ὁμοίως δὲ καὶ σημεῖα ταῦτα σημαίνει καὶ ἐν πρεσβυτέρῳ ἐόντι τῷ τρώματι ἢ καὶ ἐν νεωτέρῳ. ἀλλὰ χρὴ εἰ ἐννοίῃς τὸν πυρετὸν ἐπιλαμβάνοντα καὶ

ante decimum quartum diem hieme plerumque febris invadet, aestate vero post septimum. Quod ubi contigerit, ulcus coloris expers evadit ex eoque sanies parva effluit, et quod in eo inflammatum est emoritur glutinosumque fit, ac salsamentum refert colore fulvum et aliquantulum lividum, tuncque os corruptione vitiari incipit et nigrescit, laeve existens, ad extremum autem subpallidum et exalbicans evadit. Cum vero jam purulentum extiterit, pustulae in lingua exoriuntur et cum delirio mors contingit, plerosque etiam altera corporis parte nervorum distentio invadit. Si quidem sinistra capitis parte ulcus fuerit, dextram corporis partem convulsio prehendit. Sin vero dextra capitis parte ulcus fuerit, sinistra corporis pars convulsione corripitur. Quidam etiam attoniti fiunt, eoque modo aestate ante septimum diem, aut decimum quartum hieme pereunt. Idem quoque haec indicia significant, tum in senioris vulnere tum junioris. Caeterum ubi febrem occupasse, vel aliquod aliud

Ed. Chart. XII. [128.] Foes. I. 911. 912. Ed. Lind. II. (705. 706.)
τῶν ἄλλων τι σημεῖον τούτῳ προσγενόμενον μὴ διατρίβειν, ἀλλὰ πρίσαντα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα, ἢ καταξύσαντα τῷ ξυστῆρι. εὔπριστον δὲ γίνεται καὶ εὔξυστον. ἔπειτα τὰ λοιπὰ οὕτως ἰητρεύειν ὅπως ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν πρὸς τὸ γινόμενον ὁρῶν.

|| Ὅταν δ' ἐπὶ τρώματι ἐν κεφαλῇ ἀνθρώπου ἢ πεπρισμένου ἢ ἀπρίστου, ἐψιλωμένου δὲ τοῦ ὀστέου οἴδημα ἐπιγένηται ἐρυθρὸν καὶ ἐρυσιπελατῶδες ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ἐν τοῖσιν ὀφθαλμοῖσιν ἀμφοτέροισιν ἢ τῷ ἑτέρῳ, καὶ εἴ τις ἅπτοιτο τοῦ οἰδήματος ὀδυνῷτο, καὶ πυρετὸς ἐπιλαμβάνοι καὶ ῥῖγος, τὸ δὲ ἕλκος αὐτὸ τό ἀπὸ τῆς σαρκὸς κα(706)λῶς ἔχοι ἰδέσθαι καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ὀστέου καὶ τὰ περιέχοντα τὸ ἕλκος ἔχῃ καλῶς, πλὴν τοῦ οἰδήματος τοῦ ἐν τῷ προσώπῳ, καὶ ἄλλην ἁμαρτάδα μηδεμίαν ἔχοι τὸ οἴδημα τῆς ἄλλης διαίτης, τούτου χρὴ τὴν κάτω κοιλίην ὑποκαθῆραι φαρμάκῳ ὅ τι χολὴν ἄγει. καὶ οὕτω καθαρθέντος ὅ τε πυρετὸς ἀφίησιν καὶ τὸ οἴδημα καθίσταται καὶ ὑγιὴς γίνεται. τὸ δὲ φάρμακον χρὴ διδόναι πρὸς τὴν δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου ὁρῶν, ὡς ἂν ἔχῃ ἰσχύος.

signum huic adesse cognoveris, minime differendum est, sed, os ad membranam usque secandum aut scalpro eradendum, facile autem secatur et eraditur. Tum in reliquis ea curatio adhibenda quae commoda videbitur, ad id quod fit oculos intendendo.

At ubi in capitis vulnere, sive serra fuerit adhibita sive non, nudato tamen osse, tumor rubicundus ad erysipelatis naturam accedens, in facie et oculis utrisque vel altero subortus fuerit, quique ad contactum doleat ac febris et rigor corripiat, ulcus vero ipsum quod ad carnem osque attinet, ad aspectum recte habeat, quaeque ulcus ambiunt bene habeant excepto faciei tumore, eique nullum aliud peccatum in reliqua victus ratione accesserit, medicamento quod bilem moveat homini alvus purganda est. Quo sic purgato tum febris remittit tum tumor subsidit, sanusque evadit. Medicamentum autem exhibendum pro hominis robore virium illius habita ratione.

Περὶ δὲ πρίσιος, ὅταν καταλάβῃ ἀνάγκη πρῖσαι ἄνθρωπον, ὧδε γινώσκειν. ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ ἴημα πρίῃς, οὐ χρὴ ἐκπρίειν τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα αὐτίκα. οὐ γὰρ συμφέρει τὴν μήνιγγα ψιλὴν εἶναι τοῦ ὀστέου ἐπὶ πολὺν χρόνον κακοπαθοῦσαν, ἀλλὰ τελευταῖον σάπῃ καὶ διεμύδησεν. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος κίνδυνος, ἢν αὐτίκα ἀφαιρέῃς πρὸς τὴν μήνιγγα ἐκπρίσας τὸ ὀστέον, τρῶσαι ἐν τῷ ἔργῳ τῷ πρίονι τὴν μήνιγγα. ἀλλὰ χρὴ πρίοντα, ἐπειδὰν ὀλίγου πάνυ δέῃ διαπεπρίσθαι καὶ ἤδη κινέηται τὸ ὀστέον, παύσασθαι πρίοντα καὶ ἐᾷν ἐπὶ τὸ αὐτόματον ἀποστῆναι τὸ ὀστέον. ἐν γὰρ τῷ διαπριωτῷ ὀστέῳ καὶ ἐπιλελειμμένῳ τῆς πρίσιος οὐκ ἂν ἐπιγένοιτο κακὸν οὐδέν. λεπτὸν γὰρ τὸ λειπόμενον ἤδη γίνεται. τὰ δὲ λοιπὰ ἰῆσθαι χρὴ ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκει.

[129] || *Πρίοντα δὲ χρὴ πυκινὰ ἐξαιρέειν τὸν πρίονα τῆς θερμασίης εἵνεκα τοῦ ὀστέου καὶ ὕδατι ψυχρῷ ἐναποβάπτειν. θερμαινόμενος γὰρ ὑπὸ* (707) *τῆς περιόδου πρίων καὶ τὸ ὀστέον ἐκθερμαίνων καὶ αναξηραίνων κατακαίει, καὶ*

At vero de ſectione, ubi eam in homine uſurpare neceſſe fuerit, ſic ſtatuendum. Si per exordia ſuſcepta curatione ad ſectionem venias, non protinus os ad membranam usque ſecari debet. Neque enim expedit membranam diutius eſſe nudatam male affici, verum demum putreſcit et nimio humore marceſcit. Aliud quoque periculum ſubeſt, ſi os ad membranam ſectum protinus auferatur, ne in ipſo opere terebra membranam vulneret. Verum inter ſecandum, ubi parum admodum abeſt ut os ipſum totum ſectum ſit, jamque os labat, ab ipſa ſectione deſiſtendum, permittendumque uti os ſponte ſua diſcedat. Secto enim oſſi et inter ſecandum relicto mali nihil contingere poteſt. Tenue namque jam fit quod relictum eſt. In reliquo ea curatio inſtituenda, quae ulceri conferre videatur.

Inter ſecandum autem terebra ſaepius, ne os incaleſcat, auferenda et in aquam frigidam demergenda. Terebra enim dum circumagitur incaleſcens, os calefaciendo et reſiccando incendit, efficitque ut plus ejus oſſis quod ſectionem ambit

μεῖζον ποιέει ἀφίστασθαι τὸ ὀστέον τὸ περιέχον τὴν πρίσιν ἢ ὅσον μέλλει ἀφίστασθαι. καὶ ἢν αὐτίκα βούλῃ ἐκπρῖσαι τὰ πρὸς τὴν μήνιγγα, ἔπειτα ἀφελέειν τὸ ὀστέον, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε ἐξαιρέειν τὸν πρίονα καὶ ἐναποβάπτειν τῷ ὕδατι τῷ ψυχρῷ. ἢν δὲ μὴ ἐξ ἀρχῆς λαμβάνῃς τὸ ἴημα, ἀλλὰ παρ᾽ ἄλλου παραδέχῃ ὑστερίζειν τῆς ἰήσιος, πρίονι χρὴ χαρακτῷ ἐμπρίειν μὲν αὐτίκα τὸ ὀστέον πρὸς τὴν μήνιγγα. θαμινὰ δὲ ἐξαιρεῦντα τὸν πρίονα σκοπεῖσθαι καὶ ἄλλως καὶ τῇ μήλῃ πέριξ κατὰ τὴν ὁδὸν τοῦ πρίονος, καὶ γὰρ πολὺ θᾶσσον διαπρίεται τὸ ὀστέον, ἢν ὑπόπυόν τε ἐὸν ἤδη καὶ διάπυον πρίῃς, καὶ πολλάκις τυγχάνει ἐπιπόλαιον ἐὸν τὸ ὀστέον. ἄλλως τε καὶ ἢν ταύτῃ τῆς κεφαλῆς ᾖ τὸ τρῶμα, ᾗ τυγχάνει λεπτότερον ἐὸν τὸ ὀστέον ἢ παχύτερον. ἀλλὰ φυλάσσεσθαι χρὴ ὡς μὴ λάθῃς προσβαλὼν τὸν πρίονα, ἀλλ᾽ ὅπῃ δοκέῃ παχύτατον εἶναι τὸ ὀστέον, ἐς τοῦτο αἰεὶ ἐνστηρίζειν τὸν πρίονα, θαμινὰ σκοπούμενος καὶ πειρᾶσθαι ἀνακινέων τὸ ὀστέον ἀναβάλλειν. ἀφελὼν δὲ τὰ λοιπὰ, ἰητρεύειν ὡς ἂν δοκέῃ ξυμφέρειν τῷ ἕλκεϊ. καὶ ἢν ἐξ ἀρχῆς λαβὼν τὸ

abſcedat quam quod abſcedere debuerat. Quod ſi protinus os ad membranam ſecare velis, ipſumque poſtea eximere, eodem modo ſaepius terebra extrahenda eſt et in aquam frigidam immergenda. At ſi per initia curationem non aggreſſus fueris, ſed eam ab altero tibi traditam tardius ſuſceperis, terebra cava et ſerrata ſtatim os ad membranam excidendum, eaque ſaepius exempta cum alias tum ſpecillo per ambitum demiſſo terebrae via exploranda. Nam et longe citius os ſecatur, ſi ubi ſuppuratum exiſtit et pure manat ſectio adhibeatur, ſaepiusque in ſummo fluitans apparet, idque vel maxime ſi ea capitis parte vulnus inflictum ſit, qua os tenue potius quam craſſum exiſtit. Quare adhibenda cautio eſt, ne te in admovenda terebra iſta lateant, ſed qua parte os craſſiſſimum eſſe videbitur, in eam ſemper adigenda terebra eſt ſaepius conſiderando, osque dimovendo educere tentandum. Quo educto reliqua curatio prout ulceri conferr e videbitur adhibenda. At ſi per initia ſuſcepta

Ed.Chart.XII.[129.550.] Foës.I.913.914. Ed.Lind.II.(707.708.662.)

ἔημα αὐτίκα βούλῃ ἐκπρίσας τὸ ὀστέον ἀφελεῖν ἀπὸ τῆς μήνιγγος, ὡσαύτως χρὴ πυκινά τε σκοπεῖσθαι τῇ μήλῃ καὶ περίοδον τοῦ πρίονος, καὶ ἐς τὸ παχύτατον ἀεὶ τοῦ ὀστέου τὸν πρίονα ἐνστηρίζειν καὶ ἀνακινέων βούλεσθαι ἀφελέειν τὸ ὀστέον. ἢν δὲ τρυ(708)πάνῳ χρῇ, πρὸς δὲ τὴν μήνιγγα μὴ ἀφικνέεσθαι, ἢν ἐξ ἀρχῆς λαμβάνων τὸ ἔημα τρυπαῖς. ἀλλ' ἐπιλιπεῖν τοῦ ὀστέου λεπτὸν, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ πρίσει γέγραπται.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΕΓΚΑΤΑΤΟΜΗΣ ΕΜΒΡΥΟΥ.

[550] || (662) Περὶ δὲ τῶν μὴ κατὰ τρόπον κυϊσκομένων, ἀλλ' ἐγκατατεμνομένων οὕτως, πρῶτον μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλὼν, κατάζωσον ἀνωτέρω τῶν μαζῶν, καὶ τὴν κεφαλὴν κατακαλύψαι χρὴ τῇ σινδόνι, ὅκως μὴ ὁρῶσα φοβῆται ὅ τι ἂν ποιήσῃς. ἢν οὖν ἐξίσχῃ τὴν χεῖρα τὸ ἔμβρυον, παραπλάγιον παραπέσον καὶ τῆς χειρὸς ἐπιλαβόμενος προάγειν ἔξω ἐπιχείρει ὡς μάλιστα. παραδεῖραι δὲ καὶ τὸν βραχίονα καὶ ἀποψιλώσας αὐτοῦ τὸ ὀστέον, ἰχθύην

curatione protinus os excisum a membrana auferre velis, eodem modo per specillum terebrae circuitus subinde considerandus et in ossis partem crassissimam terebra semper adigenda, esque dimovendo educere tentandum. Ubi terebrae usus inciderit, si ab initio suscepta curatione os perforandum est, non est ad membranam perveniendum, sed tenuis ossis pars velut in sectione scriptum est, relinquenda.

HIPPOCRATIS LIBER DE FOETVS IN VTERO MORTVI EXECTIONE.

De foetibus qui non convenienter in utero gestantur, sed intro excisi educuntur, sic statuo. Imprimis injecto in mulierem tenui linteo et supra mammas praecincto, caput etiam linteo velandum est, ne, si quod facturus es videat, perterreatur. Si foetus igitur in obliquum prolapsus manum eduxerit, eam apprehensam ut quam maxime foras educas conandum. Brachio vero excoriato ejusque osse de-

περίδησον περὶ τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς τοὺς δύο, ὅκως μὴ ὑπολισθάνοι ἡ σάρξ. μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ὦμον περισάρκισον καὶ ἄφελε κατὰ τὸ ἄρθρον. ἔπειτα τὴν κεφαλὴν κατὰ φύσιν παρώσας, ὑπάγειν ἔξω τὴν κεφαλὴν τοῦ ἐμβρύου. τῷ δὲ δακτύλῳ τὸ ἔμβρυον εἴσω ἀπῶσαι ἢ μαχαιρίῳ διὰ τῶν πλευρέων ἢ διὰ τῆς κληΐδος, ὅκως τὴν φῦσαν ἀφῇ καὶ ξυμπέσῃ τὸ ἔμβρυον καὶ ἡ ἔξοδος αὐτέῳ εὐπετεστέρη ᾖ. τὴν δὲ κεφαλὴν, ἣν μὲν δύνασαι κατὰ φύσιν ἔξω ὦσαι. ἢν δὲ μὴ, ξυμφλάσαι, καὶ οὕτως ὑπεξαγαγεῖν ἔξω τὸ ἔμβρυον. ἔπειτα τὸ θερμῷ πολλῷ καταχέας καὶ ἀλείψας ἐλαίῳ, κατακεῖσθαι κελεύειν ἐπαλλάξασαν τὼ πόδε, καὶ μεταπῖσαι οἶνον γλυκὺν κεράσας, εὐζωρότερον καὶ λευκόν. (663) ἀλλὰ μὴν καὶ ῥητίνην, μέλιτι διατρίψας, μίξας τῷ οἴνῳ διδόναι πιεῖν. τὰ δ' ἄλλα θεραπεύειν ὥσπερ λέγω, κατὰ τὰ εἰρημένα. ὅταν δὲ τῇ τικτούσῃ γυναικὶ πλάγιον παραπέσῃ τὸ ἔμβρυον, γίνεται δὲ ὁκόταν στρέφηται τὸ τοιόνδε, καὶ ὁ ὀμφαλὸς περὶ τὸν τράχηλον περιελίσσηται καὶ ἐπίσχῃ τὴν ἔξοδον τοῦ ἐμβρύου καὶ ἐς τὸ ἰσχίον ἐπεμβάλλῃ τὴν κεφαλὴν καὶ ἡ χεὶρ ὡς ἐπιτοπολὺ

nudato, squatinae marinae pellem aridam circum duos manus digitos obligato, ut ne caro sua lubricitate elabatur. Post haec autem detracta circa humerum carne, ipsum juxta articulum eximito. Deinde foetus caput naturaliter protrusum foras educito. Foetum vero intro digito retrudito, vel scalpello per costas vel jugulum adacto, quo flatu emisso et concidat foetus et facilior ei exitus pateat. Caput, si quidem fieri possit secundum naturam extra protrudito, sin minus, in partes comminuito sicque foetum foras subducito. Deinde calida multa affusa oleo illitam decumbere jubeto pedibus alternatis. Postea vinum album dulce bene meracius infusum propinato. Quin etiam resinam cum melle tritam, vino ammixtam, in potu exhibeto. In reliquis vero curatio, velut dico, juxta ea quae relata sunt procedat. Cum vero parturienti mulieri transversus foetus ceciderit, quod fit ubi ipse vertitur et umbilicus circa collum obvolvitur, foetusque exitum cohibet et caput in coxendioem inserit,

Ed. Chart. XII. [550. 551.] Foes. I. 914. 915. Ed. Lind. II. (663.)

ἔξω γίνεται. ἢν μὲν οὖν ἤδη τεθνηκὸς ἔξω γένηται, τοῦτο προσημαίνει. ἦσι δὲ μὴ ἔξω ἡ χεὶρ τοῦ ἐμβρύου, ὡς ἐπιτοπολὺ ζῇ τὸ ἔμβρυον. κίνδυνος δὲ καὶ οὕτως. ἔνιαι δὲ καὶ τὰ λόχια πρὸ τοῦ ἐμβρύου ἀφιᾶσιν. ἀναγκαῖον δὲ γινώσκειν εἶναι τὴν ὠδῖνα ξηρὰν καὶ ἐπίπονον. ὅσαι δὲ τὰ λόχια μὴ προ[551]καθαίρονται, ῥᾷον ἀπαλλάττουσιν ἐν τῷ τόκῳ. ἀνασείειν δὲ δεῖ ὧδε σινδόνα ὑποστορέσασαν, ἀνακλῖναι τὴν γυναῖκα, καὶ ἑτέρην ἐπιβαλεῖν ὅκως ἂν αὐτῆς τὸ αἰδοῖον κεκρυμμένον ᾖ, καὶ περικαλύψαι περὶ ἑκάτερον τὸ σκέλος τὴν σινδόνα καὶ περὶ ἑκάτερον τὸ γυῖον. || γυναῖκας δὲ δύο λαβέσθαι τοῦ σκέλεος ἑκατέρου καὶ τῆς χειρὸς ἑκατέρης, ἑτέρας γυναῖκας δύο. ἔπειτα διασείειν λαβούσας ἐγκρατῶς, μὴ ἔλασσον ἢ δεκάκις. ἔπειτα δὲ ἐς κλίνην ἀνακλῖναι τὴν γυναῖκα ἐπὶ κεφαλήν. τὰ δὲ σκέλεα ἄνω ἔχειν, καὶ τὰς γυναῖκας πάσας λαβέσθαι τοῖν σκελέοιν, ἀφείσας τὰς χεῖρας. ἔπειτα σείειν πολλάκις ποιεῖν τὰς γυναῖκας ἐπὶ τοὺς ὤμους καὶ ποιεῖν ἀναβολὰς ἐπὶ τὴν κλίνην, ὅκως ἐς τὴν εὐρυχωρίην ἐπανασεισθὲν τὸ ἔμβρυον στραφῇ καὶ δύνηται ἐπὶ φύσιν ἰέ-

manusque ut plurimum foras eminet, quod quidem jam mortui foetus significationem praebet. At quibus manus extra non apparet, his ut plurimum foetus vitalis est. Periculum autem etiam hoc modo imminet. Quaedam enim partus purgamenta ante foetum emittunt, ex quo partionem siccam et laboriosam fore necessario cognoscas. Quibus autem puerperii purgamenta non ante repurgantur, eae faciliore partu defunguntur. Concutere autem hoc modo oportet. Super tenui linteo substrato mulier reclinanda, alio superinjecto, quo ejus pudendum obveletur et utrumque crus tenui linteo circumtegendum, et utraque manus. Duae autem mulieres utrumque crus apprehendant, et aliae duae utramque manum, deinde eam ipsam non minus quam decies valide concutiant. Postea vero mulier in lectum reclinetur, ita ut caput deorsum, crura autem sursum habeat, et mulieres omnes dimissis manibus crura apprehendant, eamque crebro in lecto concutiant, facta in humeros rejectione, uti in ampliorem locum concussus foetus convertatur et

Ed. Chart. XII. [551. 552.] Foes. I. 915. Ed. Lind. II. (663. 664. 287.)

ται. καὶ ἢν ἔχῃς δίκταμνον Κρητι(764)κὸν, μεταπῖσαι δός. εἰ δὲ μὴ, κάστορας ἐνεψῆσαι τῷ οἴνῳ Χίῳ. ἢν δὲ αἱ ὑστέραι ἔξω χωρέωσι, ἐάν τε ἐκ πόνου ἐάν τε ἐκ τόκου, ἢν μὲν οὖν παραλάβῃς νέας, ἄξιον ἐπιχειρεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἐᾷν. ἐπιχειρεῖν δὲ χρὴ ὧδε. ἐπιταμὼν τὸν ὑμένα τῆς ὑστέρης κατὰ φύσιν καὶ κατὰ πλάγιον, τρῖψαι ὀθονίῳ ὡς φλεγμαίνῃ καὶ καταλείψας φώκης ἐλαίῳ ἢ πίσσης καταπλάσας ἢ κυτίνοισι καὶ μαλθακοὺς σπόγγους ἐν οἴνῳ ῥήνας προσθεὶς ἀναδῆσαι ἐκ τῶν ὤμων καὶ ἀνακείσθω ὡς ἀνωτάτω τὸ σκέλεα ἔχουσα. ἐσθιέτω δὲ σιτία μέτρια.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΑΝΑΤΟΜΗΣ.

[552] (287) Ἀρτηρίη ἐξ ἑκατέρου φαρυγγέθρου τὴν ἔκφυσιν ποιευμένη ἐς ἄκρον πνεύμονος τελευτᾷ, κρίκοισ ξυγκειμένη ὁμορυσμοῖς, τῶν περιηγέων ἁπτομένη κατ᾽ ἐπίπεδον ἀλλήλων. αὐτὸς δὲ ὁ πνεύμων συνεξαναπληροῖ τὴν χέλυν,

naturaliter prodire possit. Quod si dictamnum Creticum ad manum habeas, ipsum propinato, sin minus, castoreum vino Chio incoctum. Si vero uteri sive ex labore sive ex partu foras prodierint, si quidem juvenculae tibi in manus venerint, aggressionem facere aequum est, alioqui sinere oportet. Hunc autem in modum aggressio facienda. Uteri tunica naturali modo et oblique incisa, linteo confricanda, ut inflammationem concipiat, et illito phocae oleo aut pice aut mali punici floribus, in cataplasmate adhibitis mollibusque spongiis vino respersis, in subdititio appositis et ex humero deligatis, mulier quam maxime excitatis cruribus decumbat, et moderatis cibis vescatur.

HIPPOCRATIS LIBER DE CORPORVM RESECTIONE.

Arteria ab utraque faucium parte ortum ducens in summum pulmonem desinit annulis inter se similibus constans rotundis, in superficie mutuo connexis. Ipse autem pulmo ad sinistram conversus pectus implet quinque ha-

τετραμμένος ἐς τὰ ἀριστερὰ πέντε ὑπερκορυφώσιας ἔχων, ἅς δὴ καλέουσι λοβοὺς, τεφρίνης χροιῆς τυχὼν, || στίγμασιν ὀφρονανέσι κεκεντημένος, φύσει ἐὼν τεθρηνιώδης. μέσῳ δ' αὐτέῳ ἡ καρδίη ἐγκαθίδρυται, στρογγυλωτέρη καθεστεῶσα πάντων ζώων. ἀπὸ δὲ καρδίης ἐς ἧπαρ βρογχίη πολλὴ καθήκει, καὶ μετὰ βρογχίης φλὲψ μεγάλη καλευμένη, δι' ἧς οὖλον τὸ σκῆνος τρέφεται. (288) τὸ δὲ ἧπαρ ὁμορυσμίην μὲν ἔχει τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, αἱμοῤῥωδέστερον δέ ἐστι τῶν ἄλλων, ὑπερκορυφώσιας ἔχον δύο, ὃς καλέουσι πύλας ἐν δεξιοῖς τόποις κειμένας. ἀπὸ δὲ τουτέου σκαλήνη φλὲψ ἐπὶ τὰ κάτω νεφρῶν ἀποτείνουσα. νεφροὶ δὲ ὁμοιορυσμοὶ, τὴν χροιὴν δὲ ἐναλίγκιοι μήλοισιν. ἀπὸ δὲ τουτέων ὀχετοὶ σκαληνοειδέες ἄκρην κορυφὴν κύστιος κεῖνται. κύστις δὲ νευρώδης οὔλη καὶ μεγάλη. ἑκάσταθε κύστιος μετοχὴ εἴσω πέφυκε, καὶ τὰ μὲν ἓξ ἀνὰ μέσον ἐντὸς φύσις ἐκοσμήθη. οἰσοφάγος δὲ ἀπὸ γλώσσης τὴν ἀρχὴν ποιεύμενος ἐς κοιλίην τελευτᾷ, ὃν δὴ καὶ ἐπὶ σηπτικῆς κοιλίης στόμαχον καλέουσιν. πρὸς δὲ ἀκάνθης ὄπισθεν ἥπατος φρένες πεφύκασιν. ἐκ δὲ πλευρῆς

bens summitates, quas lobos vel fibras vocant, cinericium nactus colorem, notis cavernosis compunctus et natura perforatus. In cujus medio cor intrositum est, rotundius constitutum, quam in omnibus animantibus. Ex corde vero ad jecur multa cartilaginosa arteria pervenit, et cum ipsa vena magna appellata, per quam corpus totum nutritur. Jecur autem cum aliis quidem cognationem habet, sed caeteris sanguine magis fluit, duos habens vertices, portas vocant, dextra parte locatas. Ab eo vena oblique deorsum ad renes portenditur. Renes vero inter se colore similes malorum speciem prae se ferunt. Ab his ductus oblique tendentes in summum vesicae verticem siti sunt. Vesica autem tota nervosa et ampla ubique intra se perceptionis compos a natura est condita. Et his quidem sex partibus in medio intus natura exornata est. Gula vero a lingua initium sumens, in ventriculum desinit, quam sane etiam in concoquente ventriculo *στόμαχον*, hoc est os angustum, nominant. Ad spinam autem retro hepar, septum trans-

νόθης, λέγω δὲ ἀριστερῆς, σπλὴν ἀρξάμενος ἐκτέταται ὁμοιορυσμὸς ἴχνει ποδός. κοιλίη δὲ ἥπατι παρακειμένη κατ᾽ εὐώνυμον μέρος οὐλομένη ἐστὶ νευρώδης. ἀπὸ δὲ κοιλίης πέφυκεν ἔντερον, ὁμοιορυσμὸν μικρὸν πηχέων οὐκ ἔλασσον δώδεκα ἑλικηδὸν ἐν κόλποις ἐνειλούμενον, ὃ καλέουσιν ἔνιοι κῶλον, δι᾽ οὗ ἡ παραφορὰ τῆς τροφῆς γίνεται. ἀπὸ δὲ κώλου πέφυκεν ἀρχὸς λοίσθιος, σάρκα περιπληθέα ἔχων ἐς ἄκρον δακτυλίου τελευτῶν. τὰ δὲ ἄλλα ἡ φύσις διετάξατο.

verſum ſitum habet. Ex coſta vero notha, ſiniſtram intelligo, lien initium ſumens ad humani veſtigii ſimilitudinem extenditur. Ventriculus jecori ad ſiniſtram adjacens totus nervoſus eſt. Ex ventriculo vero procedit inteſtinum ſibi ſimile, parvum, cubitorum non minus duodecim, in orbem per ſinus convolutum, quod nonnulli colon vocant, per quod alimentum defertur. Colo annexum eſt princeps inteſtinum poſtremum, multam carnem habens, in ſummum podicem deſinens. Reliqua natura ipſa ordine diſpoſuit.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΠΡΩΤΟΝ.

Ed. Chart. IX. [6.] Foes. I. 958. Ed. Lind. I. (653.)

[Κατάστασις πρώτη.] Ἐν Θάσῳ φθινοπώρου περὶ ἰσημερίην καὶ ὑπὸ πληϊάδα ὕδατα πουλλὰ, ξυνεχέα, μαλθακῶς ὡς ἐν νοτίοισι, χειμὼν νότιος, σμικρὰ πνεύματα βόρεια, αὐχμοί· τὸ σύνολον ἐς γε χειμῶνα ὁκοῖον ἦρ γίνεται. ἦρ δὲ νότιον ψυχεινόν. μικρὰ ὕσματα. θέρος ὡς τὸ πολὺ ἐπινέφελον. ἀνυδρίαι, ἐτησίαι, ὀλίγα, σμικρὰ, διεσπασμένως ἔπνευσαν.

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBVS LIBER PRIMVS.

[*Status Primus.*] In Thaſo ad autumnum circiter aequinoctium et ſub vergiliarum occaſum pluviae multae, continentes et leves fuerunt, non ſecus ac ſpirantibus auſtris. Hiems auſtrina quae flatus aquilonares parvos et juſto majores ſiccitates habuit, atque etiam in totum veri ſimilis fuit. Ver autem auſtrinum, frigidum, parvas habens pluvias. Aeſtas ut plurimum nubila, in qua ab imbribus ceſſatio fuit. Anniverſarii venti, qui eteſiae dicuntur, parum tenuiter, disjunctim ſegregatimque ſpiravere. Exiſtente igitur toto nos ambientis aëris ſtatu auſtrino et ad magnas

Ed. Chart. IX. [6. 19.] Foes. I. 938. 939. Ed. Lind. I. (653. 654.)
γενομένης δὲ τῆς ἀγωγῆς ὅλης ἐπὶ τὰ νότια καὶ μετὰ αὐχμῶν, πρωῒ μὲν τοῦ ἦρος ἐκ τῆς πρόσθεν καταστάσιος ὑπεναντίης καὶ βορείου γενομένης, ὀλίγοισιν ἐγένοντο καῦσοι, καὶ τουτέοισιν πάνυ εὐσταθέες, καὶ ὀλίγοισιν ἡμοῤῥάγεε, οὐδ' ἀπέθνησκον ἐκ τουτέων. ἐπάρματα δὲ κατὰ τὰ ὦτα πολλοῖσιν ἑτεῤῥόπα, καὶ ἐξ ἀμφοτέρων τοῖσι πλείστοισιν ἀπύροισιν ὀρθοστάδην. ἔστι δὲ οἷς καὶ μικρὰ (654) ἐπεθερμαίνοντο. κατέσβη πᾶσιν ἀσινέως. οὐδ' ἐξεπύησεν οὐδενὶ ὥσπερ τὰ ἐξ ἄλλων προφασίων.

[19] || Ἦν δὲ ὁ τρόπος αὐτέων, χαῦνα, μεγάλα, κεχυμένα, οὐ μετὰ φλεγμονῆς, ἀνώδυνα, πᾶσιν ἀσήμως ἠφανίσθη. ἐγένετο δὲ ταῦτα μειρακίοισιν, νέοισιν, ἀκμάζουσι, καὶ τούτων τοῖσι περὶ παλαίστρην καὶ γυμνάσια πλείστοισιν. γυναιξὶ δὲ ὀλίγῃσιν ἐγένετο. πλείστοισι δὲ βῆχες ξηραί· βήσσουσι καὶ οὐδὲν ἀνάγουσι, καὶ φωναὶ βραγχώδεες, οὐ μετὰ πολύ. τοῖσι δὲ καὶ μετὰ χρόνον. φλεγμοναὶ μετ' ὀδύνης ἐς

ficcitates vergente, ante ver quidem, quod fuperior ftatus fubcontrarius et aquilonius factus fuerit, paucis febres ardentes contigerunt, eaeque valde mites et facillime confiftentes, quae neque fanguinis ex naribus profufionem nifi paucis, neque mortem attulerunt. Multis vero aurium tumores fubnafcebantur, qui in alteram partem vergebant, plerisque etiam in utramque, iisque febre vacuis et in erectum ftantibus nec decumbentibus, etfi nonnullis paulifper incalefcerent. Omnibus absque noxa extincti funt neque cuiquam, velut ii qui alias fui ortus caufas habent, fuppurationem fecerunt.

Horum autem ea fuit natura ut molles et laxi effent, magni, diffufi aut fparfi, fine inflammatione et dolore, omnibusque fenfim et fine ulla fignificatione evanefcerent. Fiebant ifta quidem adolefcentibus, juvenibus, aetate florentibus, atque horum plurimis qui in palaeftra et gymnafiis exercebantur, mulieribus vero paucis contingebant. Multis tuffes aridae et inanes, quibus cum tuffi nihil educebatur, nec ita multo poft voces raucefcebant. Quibusdam vero ex temporis intervallo inflammationes cum do-

Ed. Chart. IX. [19. 25.] Foes. I. 939. 940. Ed. Lind. I. (654. 655.)

ὄρχιν ἐτερόῤῥοπου· τοῖσι δὲ ἐπ' ἀμφοτέρους· πυρετοὶ, τοῖσι μὲν, τοῖσι δ' οὔ. ἐπιπόνως ταῦτα τοῖσι πλείστοισι. τὰ δ' ἄλλα ὁκόσα κατ' ἰητρεῖον ἀνόσως διῆγον. πρωΐ δὲ τοῦ θέρεος ἀρξαμένου καὶ διὰ θέρεος καὶ κατὰ χειμῶνα πολλοὶ τῶν ἤδη πουλὺν χρόνον ὑποφθειρομένων φθινώδεες κατεκλίθησαν, ἐπεὶ καὶ τοῖσιν ἐνδοιαστῶς ἔχουσι πολλοῖσιν ἐβεβαίωσε τότε. ἔστι δ' οἷσιν ἤρξατο πρῶτον, τουτέοισιν ἔῤῥεπεν ἡ φύσις ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἀπέθανον δὲ πολλοὶ καὶ πλεῖστοι τουτέων, καὶ τῶν κατακλιθέντων οὐκ οἶδ' εἴ τις καὶ μέτριον χρόνον διεγένετο. ἀπέθνησκον δὲ ὀξυτέρως ἢ ὡς εἴθισται διάγειν τὰ τοιαῦτα. ὡς τά γε ἄλλα καὶ μακρότερα ἐν τοῖσι πυρετοῖσιν ἐόντα εὐφόρως ἤνεγκαν καὶ οὐκ ἀπέθνησκον. περὶ ὧν γεγρά(655)ψεται. μοῦνον γὰρ καὶ μέγιστον τῶν τότε γενομένων νουσημάτων τοὺς πολλοὺς τὸ φθινῶδες ἔκτεινεν.

[25] || Ἦν δὲ τοῖσι πλείστοισιν αὐτέων τὰ παθήματα

lore in alterum testem erumpebant, quibusdam etiam in utrosque. Alii quidem febribus corripiebantur, nonnulli vero sine febre perlitebant. Atque adeo haec ipsa plurimis gravia et molesta fuere. De reliquo autem quod ad ea attinet, quae ad chirurgiam spectant, in his inculpate habebant. Ante vero aestatis initium et per ipsam aestatem, atque etiam ad hiemem, eorum multi, qui jam longo intervallo consumpti erant, tabefacti decubuerunt, si quidem et multis de tabe in dubium venientibus ipsa tunc est confirmata. Est ubi etiam eos, qui natura erant ad tabem prompte comparata, tum primum occupavit. Ex his multi atque etiam plurimi interierunt. Atque haud scio si quis ex decumbentibus etiam modico tempore superfuit. Celerius vero interierunt quam talia transigi soleant, praesertim cum alios et diuturniores et cum febribus conjunctos pertulerunt, nec interierunt, de quibus paulo post scribetur. Solus namque et eorum qui tunc viguerunt maximus multos tabes ipsa peremit.

Eorum autem plurimis hujusmodi affectus aderant,

Ed. Chart. IX. [25.] Foës. II. 940. 941. Ed. Lind. I. (655.)

τοιάδε. φρικώδεες πυρετοὶ, ξυνεχέες, ὀξέες, τὸ μὲν ὅλον οὐ διαλείποντες. ὁ δὲ τρόπος ἡμιτριταῖος· τὴν μὲν κουφοτέρην, τῇ δ' ἑτέρῃ ἐπιπαροξυνόμενοι, καὶ τὸ ὅλον ἐπὶ τὸ ὀξύτερον ἐπιδιδόντες. ἱδρῶτες δὲ αἰεὶ, οὐ δι' ὅλου ψύξις ἀκρέων πολλὴ καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. κοιλίαι ταραχώδεες, χολώδεσιν, ὀλίγοισιν, ἀκρήτοισι, λεπτοῖσι, δακνώδεσι. πυκνὰ ἀνίσταντο. οὖρα δ' ἦν λεπτὰ καὶ ἄχροα καὶ ἄπεπτα καὶ ὀλίγα ἢ πάχος ἔχοντα καὶ μικρὴν ὑπόστασιν, οὐ καλῶς καθιστάμενα, ἀλλ' ὠμῇ τινι καὶ ἀκαίρῳ ὑποστάσει. ἔβησσον δὲ μικρὰ καὶ πυκνὰ, πέπονα κατ' ὀλίγον μόλις ἀνάγοντες. οἷσι δὲ τὰ βιαιότατα ξυμπίπτοι, οὐδ' ἐς ὀλίγον πεπασμὸς ἦν, ἀλλὰ διετέλεον ὠμὰ πτύοντες. φάρυγγες δὲ πλείστοισι τούτων ἐξ ἀρχῆς καὶ διὰ τέλεος ἐπώδυνον εἶχον, ἔχοντες ἔρευθος μετὰ φλεγμονῆς, ῥεύματα σμικρὰ, λεπτὰ, δριμέα, ταχὺ τηκόμενοι καὶ κακούμενοι, ἀπόσιτοι πάντων γευμάτων διὰ τέλεος, ἄδιψοι καὶ παράληροι || πουλλοὶ περὶ θάνατον.

febres horroris sensu insignes, assiduae et acutae, in totum quidem non desinentes, sed quae erant ex semitertianarum genere uno die leviores, altero vero insuper ingravescentes, omninoque vehementius increscentes. Sudores autem perpetui, non tamen per totum corpus, diffusi extremorum refrigeratio multa, quae vix quidem incalescebant. Alvi conturbatae biliosa, pauca, sincera, tenuia, mordacia egesserunt crebroque assurrexerunt. Urinae tenues, crudae, decolores atque paucae aut crassitudinem et paucum quod desideret habentes, neque probe consistentes, sed in quibus ea quae subsidebant cruda et intempestiva erant. Tussiendo vero pauca, densa, concocta rejiciebant et quae paulatim ac non nisi aegre educerentur. Qui autem violentissime conflictabantur, iis ne parva quidem concoctio adfuit, sed perpetuo cruda expuebant. Horum etiam plurimis fauces statim et ad extremum usque rubore et inflammatione affectae doluerunt, fluxionibusque parvis, tenuibus et acribus tentati, cito consumpti maleque vexati sunt, perpetuo cibos omnes aversabantur, neque siti capiebantur multique circa mortem delirabant. Atque ista quidem tabidis contigerunt.

Ed. Chart. IX. [25. 29.] Foes. II. 941. Ed. Lind. I. (655. 656.)

περὶ μὲν τὰ φθινώδεα ταῦτα. [29] κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ φθινόπωρον πυρετοὶ πολλοὶ καὶ ξυνεχέες, οὐ βίαιοι. μακρὰ δὲ νοσέουσιν, οὐδὲ περὶ τὰ ἄλλα δυσφόρως διάγουσιν ἐγένοντο. κοιλίαι ταραχώδεες τοῖσι πλείστοισι πάνυ εὐφόρως καὶ οὐδὲν ἄξιον λόγου προσέβλα(656)πτον. οὖρά τε τοῖσι πλείστοισιν εὔχροα μὲν καὶ καθαρὰ, λεπτὰ δὲ καὶ μετὰ χρόνον περὶ κρίσιν πεπαινόμενα. βηχώδεες οὐ λίην, οὐδὲ τὰ βησσόμενα δυσκόλως, οὐδ᾽ απόσιτοι. ἀλλὰ καὶ διδόναι πάνυ ἐνεδέχετο. τὸ μὲν οὖν ὅλον ὑπενόσεον οἱ φθινώδεες οὐ τὸν φθινώδεα τρόπον. πυρετοῖσι φρικώδεσι σμικρὰ ἐφιδροῦντες, ἄλλοτε ἄλλοι ὡς παροξυνόμενοι πεπλανημένως. τὸ μὲν ὅλον οὐκ ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ τριταιοφυέα τρόπον. ἐκρίνετο δὲ τουτέων, οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο, περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην, τοῖσι δὲ πλείστοισι περὶ τεσσαρακοστήν. πολλοῖσι δὲ περὶ ὀγδοηκοστήν. ἔστι δὲ οἷσιν οὐδ᾽ οὕτως, ἀλλὰ πεπλανημένως τε καὶ ἀκρίτως ἐξέλιπον. τουτέων δὲ τοῖς

Jam vero ad aestatem et autumnum febres multae, assiduae, neque violentae prehendebant, istaque diu laborantibus, non his qui caetera moleste habebant, contigerunt. Alvi plurimis valde placide conturbatae sunt, nihilque effatu dignae noxae attulerunt, urinaeque plurimis boni quidem coloris et purae aderant, sed tenues et quae tandem judicationis tempore concoquebantur. Hi non admodum tussiculosi erant, neque ea quae tussi rejiciuntur negotium exhibebant, neque cibum non aversabantur modo, verum etiam exhibendi illius facilem faciebant copiam. In summa igitur, afficiebantur qui tabescebant, non quomodo caeteri tabidi solent, sed febribus cum horroris sensu correpti parum insudabant, interdum alii vagas quodammodo et errabundas accessiones habebant, neque in totum febres desinebant, sed quae in speciem tertianarum insultus facerent. Inter eos autem quibus erant brevissimi morbi, ii ad vigesimum diem judicatione solvebantur, plerisque vero ad quadragesimum, nonnullis etiam ad octogesimum. Est ubi ne sic quidem, sed errabunde et nulla observata judica-

Ed. Chart. IX. [29. 32.] Foes. II. 941. 942. Ed. Lind. I. (656. 657.)

πλείστοισιν οὐ πολὺν διαλείποντες χρόνον ὑπέστρεψαν οἱ πυρετοὶ πάλιν. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἐν τῇσι αὐτῇσι περιόδοισιν ἐκρίνοντο. πολλοὶ δὲ αὐτέων ἀνήγαγον, ὥστε καὶ ὑπὸ χειμῶνα νοσέειν. ἐκ πάντων δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ μούνοισι τοῖσι φθινώδεσι θανατώδεα ξυνέπεσεν. ἐπὶ τοῖσί γε ἄλλοισιν εὐφόρως πᾶσι καὶ θανατώδεες ἐν τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οὐκ ἐγένοντο.

[32] || ΤΜΗΜΑ ΔΕΥΤΕΡΟΝ. [Κατάστασις δευτέρα.] Ἐν Θάσῳ πρωῒ τοῦ φθινοπώρου χειμῶνες οὐ κατὰ καιρὸν, ἀλλ' ἐξαίφνης ἐν βορείοισι καὶ νοτίοισι πολλοῖς, ὑγροὶ καὶ προεκρηγνύμενοι. ταῦτα δὴ ἐγένετο τοιαῦτα μέχρι πληϊάδος δύσιος καὶ ὑπὸ πληϊάδα. χειμὼν δὲ βόρειος. ὕδατα πολλὰ, λαῦρα, μεγάλα, χιόνες. μιξαίθρια τὰ πλεῖστα. ταῦτα (657) δὲ ἐγένοντο μὲν πάντα, οὐ λίην δὲ ἀκαίρως τὰ τῶν ψυχέων. ἤδη δὲ μεθ' ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ ἡνίκα Ζέφυρος πνέειν ἄρχεται, ὀπισθοχειμῶνες μεγάλοι, βόρεια πουλλὰ,

tione quibusdam desinerent. Horum quoque plurimis quae non longo post intervallo remiserant febres reversiones fecerunt, iisdemque dierum ambitibus post ipsas reversiones judicabantur, earumque nonnullae aegros ita produxerunt, ut sub hiemem affligerentur. Ex his autem omnibus qui in hac status conditione descripti sunt, solis tabidis lethalia contigerunt, in aliis vero febribus nequaquam obvenere.

SECTIO SECVNDA. [*Status secundus.*] Ante autumnum in Thaso tempestates non tempestivae, sed cum multis austris et aquilonibus repentinae et humidae prorupere. Taliaque ad vergiliarum occasum usque et sub vergilias ipsas extitere. Hiems autem aquilonea aquae multae, vehementes, magnae, nives, hisque intermixta ut plurimum aëris serenitas. Atque ista omnia contingebant, nec certe admodum inopportuna erant frigora. Jam vero post brumale solstitium eoque tempore quo spirare incipit favonius, extremae hiemis frigora magna fuere, aquilones multi, nives et pluviae continenter multae, coelumque cum ventorum turbine nimbosum et nubilum, eaque ipsa non

χιὼν καὶ ὕδατα ξυνεχῶς πουλλὰ, καὶ οὐρανὸς λαιλαπώδης καὶ ἐπινέφελος. ταῦτα δὲ ξυνέτεινε καὶ οὐκ ἀνίει μέχρις ἰσημερίης. ἦρ δὲ ψυχρὸν, βόρειον, ὑδατῶδες, ἐπινέφελον, θέρος οὐ λίην καυματῶδες ἐγένετο. ἐτησίαι ξυνεχῶς ἔπνευσαν. ταχὺ δὲ περὶ ἀρκτοῦρον. ἐν βορείοισι πολλὰ πάλιν ὕδατα. γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ βορείου, κατὰ χειμῶνα μὲν ὑγιηρῶς εἶχον τὰ πλεῖστα. πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος πολλοί τινες καὶ οἱ πλεῖστοι διῆγον ἐπινόσως.

[36] || Ἤρξαντο μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὀφθαλμίαι ῥοώδεες, ὀδυνώδεες, ὑγραὶ, ἄπεπτοι, σμικραὶ λημίαι πολλοῖσι δυσκόλως ἐῤῥηγνύμεναι, τοῖσι πλείστοισιν ὑπέστρεφον, ἀπέλιπον ὀψὲ πρὸς τὸ φθινόπωρον. κατὰ δὲ θέρος ἤδη καὶ τὸ φθινόπωρον δυσεντεριώδεες καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντεριώδεες, καὶ διάῤῥοιαι χολώδεες, λεπτοῖσι, πολλοῖσιν, ὠμοῖσι καὶ δακνώδεσιν. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὑδατώδεες. πολλοῖσι δὲ καὶ περίῤῥοιαι μετὰ πόνου χολώδεες, ὑδατώδεες, ξυσματώδεες,

remiserunt, sed se ad aequinoctium extenderunt. Ver autem frigidum, aquilonium, pluviosum nubilumque neque admodum aestuans aestas fuit. Venti anniversarii continenter spiravere, statimque ad arcturum perslantibus aquilonibus aquae admodum multae. Existente igitur anno toto humido, frigido et aquilonio ad hiemem quidem ut plurimum bene valuerunt, ante ver autem plerique omnes moleste et graviter vitam traduxerunt.

Primum itaque lippitudines fluentes cum dolore, humentes et crudae obortae sunt, sordes in oculis concretae, quas lemias vocant, parvae, nec sine difficultate multis erumpebant, quae cum plurimis revertissent, tandem ad autumnum reliquerunt. Jam vero per aestatem et autumnum, ex intestinorum laevitate et torminibus, continuaque et inani egerendi cupiditate laborarunt alvique fluidae, biliosa, tenuia multa, cruda et mordacia, nonnunquam etiam aquosa defecerunt. Plerisque etiam circumflui non sine dolore humorum affluxus contigere, biliosi, aquosi, strigmentosi, purulenti et qui urinae difficultatem facerent, non

πνώδεες, στραγγουριώδεες, οὐ νεφριτικὰ, ἀλλὰ τουτέοισιν ἀντ' ἄλλων ἄλλα. ἔμετοι χολώδεες, φλεγματώδεες, καὶ σιτίων ἀπέπτων ἀναγωγαί. ἱδρῶτες πᾶσι πάντοθεν πουλὺς ὁ πλάδος. ἐγένετο δὲ ταῦτα πουλλοῖσιν, ὀρθοστάδην ἀπύροισιν. πολλοῖσι δὲ πυρέττουσι περὶ ὧν γεγράψεται, ἐνίοισί τε ἐπεφαίνοντο πάντα τὰ ὑπογεγραμμένα. μετὰ πόνου (658) φθινώδεες. ἤδη δὲ φθινοπώρου καὶ ὑπὸ χειμῶνα πυρετοὶ ξυνεχέες, καὶ τοῖσι αὐτέων ὀλίγοισι καυσώδεες, ἡμερινοὶ, νυκτερινοὶ, ἡμιτριταῖοι, ἀκριβέες, τεταρταῖοι, πλάνητες.

[42] || Ἕκαστοι δὲ τῶν ὑπογεγραμμένων πυρετῶν πολλοῖσιν ἐγένοντο. οἱ μὲν οὖν καῦσοι ἐλαχίστοισί τε ἐγίνοντο καὶ ἥκιστα τῶν καμνόντων οὗτοι ἐπόνησαν. οὔτε γὰρ αἱμοῤῥαγέει, εἰ μὴ πάνυ σμικρὰ καὶ ὀλίγοισιν, οὔτε οἱ παράληροι. τά τε ἄλλα πάντα εὐφόρως. ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν πάνυ εὐτάκτως. τοῖσι πλείστοισι ξὺν τῇσι διαλειπούσῃσιν ἐν ἑπτακαίδεκα ἡμέρῃσιν. οὐδὲ ἀποθανόντα οὐδένα οἶδα τότε ἐν

ex proprio aliquo renum vitio, sed quod istis alia in aliorum vicem succederent. Vomitiones pituitosae, biliosae et crudorum ciborum eductiones ac sudores aderant, atque omnibus undiquaque diffluebat humiditas multa. Multis autem haec fiebant, qui erecti et stantes a febribus erant vacui, plerisque etiam febre correptis, de quibus mox scribetur. In quibus vero descripta omnia deprehendebantur, ii jam quidem ad autumnum et sub hiemem non sine labore tabidi evadebant. Febres erant assiduae, atque eorum paucis quibusdam ardentes, diurnae, nocturnae, semitertianae, tertianae exquisitae, quartanae, erraticae.

Atque enumeratarum febrium singulae multis oboriebantur, ardentes vero omnino paucis, iisque ex aegrotantibus minimum laborarunt. Nam neque sanguis ex naribus nisi paucus admodum, iisque paucis profluxit, neque delirarunt, caeteraque omnia placide tulere. Horum plurimis bene admodum constituto et composito judicationis ordine, febris ardens cum intermissione in septendecim diebus solvebatur, atque haud scio an quisquam tunc ex

Ed. Chart. IX. [42. 46.] Foes. II. 944. 945. Ed. Lind. I. (658. 659.)
καύσῳ, οὐδὲ φρενιτικὰ τότε γινόμενα. οἱ δὲ τριταῖοι πλείους μὲν τῶν καύσων καὶ ἐπιπονώτεροι. εὐτάκτως δὲ τουτοισι πᾶσιν ἀπὸ τῆς πρώτης λήψιος τέσσαρας περιόδους. ἐν ἑπτὰ δὲ τελέως ἔκριναν, οὐδ᾽ ὑπέστρεψεν οὐδενὶ τούτων. οἱ δὲ τεταρταῖοι πολλοῖσι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἐν τάξει τεταρταίου ἤρξαντο, ἔστι δ᾽ οἷς οὐκ ὀλίγοισιν ἐξ ἄλλων πυρετῶν καὶ νουσημάτων ἀποστάσιες ἐς τεταρταίους ἐγένοντο. μακρὰ δὲ καὶ, ὡς εἴθισται τουτέοισι, καὶ ἔτι μακρότερα ξυνέπιπτεν. ἀμφημερινοὶ δὲ καὶ νυκτερινοὶ καὶ πλάνητες πολλοῖσι πολλοὶ, καὶ πουλὺν χρόνον παρέμενον, ὀρθοστάδην τε καὶ κατακειμένοισι. τοῖσι πλείστοισι τουτέων ὑπὸ πληϊάδα καὶ μέχρι χειμῶνος οἱ πυρετοὶ παρείποντο. σπασμοὶ δὲ πουλλοῖσι, μᾶλλον δὲ παιδίοισιν ἐξ ἀρχῆς καὶ ἐπύρεσσον, καὶ ἐπὶ πυρετοῖσιν ἐγίνοντο σπασμοὶ, χρόνια μὲν τοῖσι πλείστοισι τουτέων. ἀβλαβέα (659) δὲ, εἰ μὴ τοῖσι καὶ ἐκ τῶν ἄλλων πάντων ὀλεθρίως ἔχουσιν.

[46] || Οἱ δὲ ξυνεχέες μὲν τὸ ὅλον καὶ οὐδὲν ἐκλείποντες, παροξυνόμενοι δὲ πᾶσι τριταιοφυέα τρόπον. μίαν ὑπο-

hac ipſa interierit, aut ad phrenitim devenerit. At vero tertianae plures quidem quam ardentes et laborioſiores fuerunt, atque in his omnibus rite et ordine a primo inſultu ad quaternos circuitus proceſſere, in ſeptem vero abſolute judicabantur, neque horum cuiquam reverterunt. Quartanae autem multis per initia certo et rato quartanae tenore coeperunt, quibusdam vero non paucis ex aliis febribus et morbis ſeceſſus in quartanas fiebant, longaeque his pro conſuetudine, atque etiam interdum longiores contingebant. Sed et quotidianae nocturnaeque et errantes multae diuque plerisque perſeveravere tum erectis tum decumbentibus, horumque plurimos febres ſub vergilias et in hiemem usque comitabantur. Multos autem ſtatim ab initio praecipueque pueros convulſiones cum febre tentabant, quae etiam febribus ſuccedebant, erantque haec plurimis diuturna, quidem innoxia tamen, niſi ſi quibus caetera omnia perniciem adſerrent.

At vero continue quidem omnino febres erant nihilque intermittebant, ſed omnes invadebant earum febrium

κουφίζοντες καὶ μίαν παροξυνόμενοι, πάντων βιαιότατοι τῶν τότε γενομένων, καὶ μακρότατοι καὶ μετὰ πόνων μεγίστων γενόμενοι, πρηέως ἀρχόμενοι τὸ ὅλον ἐπιδιδόντες αἰεὶ καὶ παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισι, καὶ ἀνάγοντες ἐπὶ τὸ κάκιον σμικρὰ διακουφίζοντες, καὶ ταχὺ πάλιν ἐξ ἐπισχέσιος, βιαιοτέρως παροξυνόμενοι ἐν κρισίμοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πουλὺ κακούμενοι. ῥίγεα δὲ πᾶσι μὲν ἀτάκτως καὶ πεπλανημένως ἐγίνετο, ἐλάχιστα δὲ καὶ ἥκιστα τουτέοισιν. ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἄλλων πυρετῶν μείζω, ἱδρῶτες πολλοὶ, τουτέοισι δὲ ἐλάχιστοι. κουφίζοντες οὐδὲν, ἀλλ' ὑπεναντίον βλάβας φέροντες. ψύξις πολλὴ τουτέοισιν ἀκρέων καὶ μόλις ἀναθερμαινόμενα. οὐδὲ ἄγρυπνοι τὸ σύνολον μάλιστα οὗτοι, καὶ πάλιν κωματώδεες. κοιλίαι πᾶσι μὲν ταραχώδεες καὶ κακαὶ, πολὺ δὲ τουτέοισι κάκισται. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι τουτέων ἢ λεπτὰ καὶ ὠμὰ καὶ ἄχροα καὶ μετὰ χρόνον σμικρὰ πεπαινόμενα κρισίμως ἢ πάχος μὴ ἔχοντα. θολερὰ δὲ καὶ οὐδὲν καθιστάμενα,

more quae ad tertianarum naturam propius accederent, uno quidem die leviores, altero vero vehementiores, omnium quae tunc contingerent violentiſſimae, longiſſimae et laborioſiſſimae, per initia leves et in totum perpetuo increſcentes diebus judicatoriis inſultus habebant et in deterius procedebant. Quae etiam cum parvam allevaſſent, celeriter rurſus ex intermiſſione vehementius invadebant, et diebus judicatoriis magna ex parte deterius affligebant. In his omnibus rigores incompoſite et errabunde contingebant, pauciſſimique et minimi, verum in caeteris febribus majores, ut et ſudores multi, his vero perpauci nihilque allevantes, ſed contra noxiam afferentes. His magna extremorum perfrictio, quae vix etiam recaleſcerent. Neque penitus pervigiles erant, maxime vero hi etiam viciſſim ſopore gravabantur. Alvi omnibus quidem conturbatae erant maleque affectae, iſtis vero multo peſſime. Horum autem plurimis urinae aut tenues erant crudaeque et decolores, aliquantoque poſt intervallo nonnihil concoctae, non ſine judicatoriis ſignis aut craſſitudine quidem praeditae, verum turbidae, nihil conſiſtentes aut ſubſidentes,

Ed.Chart. IX. [46. 50.] Foes. II. 945. 946. Ed. Lind. I. (659. 660.)
οὐδ᾽ ὑφιστάμενα, οὐδὲ πεπαινόμενα, ἢ σμικρὰ καὶ κακὰ καὶ ὠμὰ τὰ ὑφιστάμενα· κάκιστα δὲ ταῦτα πάντα. βῆχες μὲν παρείποντο τοῖσι πυρετοῖσι. γράψαι δὲ οὐκ ἔχω βλάβην οὐδ᾽ ὠφελείην γενομένην διὰ βηχὸς τότε. χρόνια μὲν οὖν καὶ δυσχερέα καὶ πάνυ ἀτάκτως καὶ πε(660)πλανημένως καὶ ἀκρίτως τὰ πλεῖστα τουτέων διετέλει γινόμενα καὶ τοῖσι πάνυ ὀλεθρίως ἔχουσι καὶ τοῖσι μή. εἰ γάρ τινας αὐτέων διαλίποιεν σμικρὸν, ταχὺ πάλιν ὑπέστρεφον. ἔστι δὲ οἷσιν ἔκρινεν αὐτέων ὀλίγοισιν οἷσι τὰ βραχύτατα γένοιτο περὶ ὀγδοηκοστὴν ἐοῦσι καὶ τουτέων ἐνίοις ὑπέστρεφεν, ὥστε κατὰ χειμῶνα τοὺς πλείους αὐτέων ἔτι νοσέειν. τοῖσι δὲ πλείστοισιν ἀκρίτως ἐξέλιπον. ὁμοίως δὲ ταῦτα συνέπιπτε τοῖσι περιγινομένοισι καὶ τοῖσιν οὔ.

[50] || Πολλῆς δέ τινος γενομένης ἀκρισίης καὶ ποικίλης ἐκ τῶν νουσημάτων καὶ μεγίστου μὲν σημείου καὶ κακίστου διὰ τέλεος παρεπομένου, τοῖσι πλείστοισιν ἀποσίτους εἶναι πάντων γευμάτων, μάλιστα δὲ τουτέων οἷσι καὶ τἄλλα

neque concoctae aut paucae, vitiosae, crudae, subsidentes et in summa pessimae omnes. Tusses quidem febres comitabantur, sed neque quam utilitatem aut noxam tunc tussis attulerit licet scribere. Diuturna itaque et difficilia haec erant, valdeque incomposite et errabunde atque citra solutionem horum plurima tum his qui exitialiter valde, tum his qui nequaquam ita se haberent permanebant. Si quibus enim aliquantulum intermitterent, in iis celeriter reversiones faciebant. Est ubi quibusdam iisque paucis, ad octogesimum diem cum brevissime judicatione solverentur, nonnullis repeterent, ut etiam in hiemem eorum plurimi aegrotarent. Plerosque vero omnes absque judicatione deserebant. Haec autem tum his qui superstites erant, tum iis qui moriebantur ex aequo contigerunt.

Cumque multa eaque varia esset in morbis judicationis cessatio, maximum sane et pessimum signum plerosque omnes ad extremum usque prosecutum est, quod cibos omnes aversarentur, iique maxime qui caetera quoque ex-

ὀλεθρίως ἔχοι, διψώδεες οὐ λίην ἀκαίρως ἦσαν ἐπὶ πυρετοῖσι τουτοισι. γενομένων δὲ χρόνων μακρῶν καὶ πόνων πολλῶν καὶ κακῆς ξυντήξιος, ἐπὶ τουτέοισιν ἀποστάσιες ἐγένοντο ἢ μείζους ὥστε ὑποφέρειν μὴ δύνασθαι ἢ μείους ὥστε μηδὲν ὠφελέειν, ἀλλὰ ταχὺ παλινδρομέειν καὶ ξυνεπείγειν ἐπὶ τὸ κάκιον. ἦν δὲ τουτέοισι τὰ γινόμενα δυσεντεριώδεα καὶ τεινεσμοὶ καὶ λειεντερίαι καὶ ῥοώδεες. ἔστι δ' οἷσι καὶ ὕδρωπες. μετὰ τούτων καὶ ἄνευ τούτων ἄσαι. ὅ τι δὲ παραγένοιτο τούτων βιαίως, ταχὺ ξυνήρει ἢ πάλιν ἐπὶ τὸ μηδὲν ὠφελέειν. ἐξανθήματα μικρὰ καὶ οὐκ ἀξίως τῆς περιβολῆς τῶν νοσημάτων καὶ ταχὺ πάλιν ἀφανιζόμενα, ἢ παρὰ τὰ ὦτα οἰδήματα μὴ λυόμενα καὶ (661) οὐδὲν ἀποσημαίνοντα. ἔστι δ' οἷσι ἐς ἄρθρα, μάλιστα δὲ κατὰ τὸ ἰσχίον, ὀλίγοισι κρισίμως ἀπολιπόντα, καὶ ταχὺ πάλιν ἐπικρατευόμενα ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς ἕξιν.

[53] || Ἔθνησκον δὲ ἐκ πάντων μὲν, πλεῖστοι δὲ ἐκ του-

itialiter haberent. In his vero febribus non admodum inopportune siticulosi erant. Longo autem progressu temporis, cum et labores multi malaque corporis extenuatio fieret, his humorum secessus aut viribus superiores, aut minores quam ut prodessent quicquam succedebant, sed qui confestim intro recurrerent et in deterius contenderent. Atque his aderant intestinorum tormina, crebrae et inanes egerendi cupidines, intestinorum laevores et alvi fluentes, nonnullis etiam aqua inter cutem cum hujusmodi enumeratis casibus, aut sine his contingebat. Ex his vero quicquid violenter urgebat, aut statim e medio tollebat, aut prorsus nihil conferebat. Papulae parvae, quae nec satis pro dignitate morborum excretioni respondebant, sed contra celeriter disparebant, aut aurium tumores oboriebantur, qui sensim et sine ulla significatione evanescebant. Nonnullis ad articulos praecipueque ad coxendicem decumbebant, paucis decretorie desinebant, sed celeriter rursus pristinum habitum assequebantur.

Ex quovis autem hominum genere interibant qui-

τέων παιδία, ὅσα ἀπὸ γάλακτος ἤδη, καὶ πρεσβύτερα ὀκταετέα καὶ δεκαετέα, καὶ ὅσα πρὸ ἥβης. ἐγίνετο δὲ τούτοισι ταῦτα οὐκ ἄνευ τῶν πρώτων γεγραμμένων. τὰ δὲ πρῶτα πολλοῖσιν ἄνευ τουτέων. μοῦνον δὲ χρηστὸν καὶ μέγιστον τῶν γινομένων σημείων, καὶ πλείστους ἐῤῥύσατο τῶν ὄντων ἐπὶ τοῖσι μεγίστοισι κινδύνοισιν, οἷσιν ἐπὶ τὸ στραγγουριῶδες ἐτράπετο, καὶ ἐς τοῦτο ἀποστάσιες ἐγίνοντο. ξυνέπιπτε δὲ καὶ ἐν τοῖσι πλείστοισι τὸ στραγγουριῶδες. τῇσιν ἡλικίῃσι ταύτῃσι γίνεσθαι μάλιστα. || ἐγίνετο δὲ καὶ τῶν ἄλλων πολλοῖσιν ὀρθοστάδην καὶ ἐπὶ τῶν νοσημάτων. ταχὺ δὲ καὶ μεγάλη τις ἡ μεταβολὴ τούτοισι πάντων ἐγίνετο. κοιλίαι τε γὰρ εἰ καὶ τύχοιεν ἐφυγραινόμεναι, κακοήθεα τρόπον ταχὺ ξυνίσταντο γεύμασί τε πᾶσιν ἡδέως εἶχον, οἵ τε πυρετοὶ πρηέες μετὰ ταῦτα. χρόνια δὲ τουτέοισι τὰ περὶ τὴν στραγγουρίην καὶ ἐπίπονα ἦν. οὖρα δὲ τουτέοισιν εἴη πουλλὰ, παχέα καὶ ποικίλα καὶ ἐρυθρὰ, μιξόπυα μετ' ὀδύνης. περιεγένοντο δὲ πάντες οὗτοι, καὶ οὐδένα τουτέων οἶδα ἀποθανόντα.

dem, atque ex his plurimi pueri jam a lacte depulsi, iique quibus aetas paulum processerat, octennes aut decennes nec dum etiam puberes. Atque ista quidem his non sine superius descriptis, multis vero superiora absque his contingebant. Quibus autem ad urinae difficultatem res tota se converterat, in eamque humorum secessus fierent, iis hoc unum utile omniumque efficacissimum signum fuit, quod etiam plerosque omnes ab imminenti maximo discrimine vindicavit. Accidit vero plurimis urinae difficultatem potissimumque his aetatibus fieri, itemque aliis multis qui etiam in morbis erecti obambulabant. Hic quoque subita quaedam et magna omnium mutatio aderat. Alvos namque si contigisset fusas fuisse, eae confestim pessime cogebantur et ad omnes cibos alacres erant, posteaque placidae febres tentabant. Verum quae ad urinae difficultatem spectabant, ea his diuturna et molesta fuere urinaeque copiosae, crassae, evariantes et rubrae partimque cum dolore purulentae. Atque hi omnes superstites evasere, neque eorum quenquam interiisse cognovi.

Ed. Chart. IX. [53. 60.] Foes. II. 948. Ed. Lind. I. (661. 662.)

Ὁκόσα δὲ ἀκινδύνως, πεπασμοὺς τῶν ἀπιόντων πάντας πάντοθεν ἐπικαίρους ἢ καλὰς καὶ κρισίμους ἀποστάσιας, σκοπεῖσθαι. πεπασμοὶ ταχυτῆτα κρίσεως καὶ ἀσφαλίην ὑγιείην σημαίνουσιν. ὠμὰ δὲ καὶ ἄπεπτα καὶ ἐς κακὰς (662) ὑποστάσιας τρεπόμενα, ἀκρισίας ἢ πόνους ἢ χρόνους ἢ θανάτους ἢ τῶν αὐτῶν ὑποστροφάς. ὅ τι δὲ τουτέων ἔσται μάλιστα, σκεπτέον ἐξ ἄλλων λέγειν τὰ προγινόμενα. γινώσκειν τὰ παρεόντα, προλέγειν τὰ ἐσόμενα, μελετᾶν ταῦτα, ἀσκεῖν περὶ τὰ νουσήματα δύο, ὠφελέειν ἢ μὴ βλάπτειν. ἡ τέχνη διὰ τριῶν, τὸ νόσημα, ὁ νοσέων καὶ ὁ ἰητρός, ὁ ἰητρὸς ὑπηρέτης τῆς τέχνης. ὑπεναντιοῦσθαι τῷ νουσήματι τὸν νοσεῦντα μετὰ τοῦ ἰητροῦ χρή. τὰ περὶ κεφαλὴν καὶ τράχηλον ἀλγήματα καὶ βαρέα μετ' ὀδύνης, ἄνευ πυρετῶν καὶ σὺν πυρετοῖσι. φρενιτικοῖσι μὲν σπασμοὶ, [60] καὶ ἰώδεα ἐπανεμέουσιν, ἔνιοι ταχυθάνατοι τούτων. ἐν καύσοις δὲ καὶ τοῖσιν ἄλλοισι πυρετοῖσιν οἷσι μὲν τραχήλου πόνος, καὶ κροτάφων

In quibus vero casibus nullum periculum suspectum est, eorum quae exeunt maturationes omnes num undique tempestive procedant, considerandae sunt. In quibus etiam num abscessus bono sint, aut cum judicatione fiant videndum est. Concoctiones judicationem brevi fore et certam salubritatem portendunt. Cruda vero et incocta, quaeque in malos abscessus vertunt, aut judicationis cessationem aut dolorem aut diuturnitatem aut mortem aut eorundem reversiones significant. Horum autem quodcunque maxime futurum sit, ex aliis considerandum. Summa cura anniti oportet ut praeterita enarres, praesentia cognoscas et futura praedicas. Duoque ista elaboranda sunt, ut in morbis commodes aut ne quid offendas. Artem tria ista circumscribunt, morbus, aeger et medicus, qui artis est administer, aegrumque oportet una cum medico morbo reluctari. Capitis et cervicis dolores et gravitates si febres comitentur, aut sine iis accidant, phrenitide quidem laborantibus ad convulsiones desinunt, praesertim ubi aeruginosa vomitione refuderint: sed et eorum nonnulli celeriter intereunt. Qui febribus ardentibus aliisve conflictantur

Ed. Chart. IX. [60. 62.] Foës. II. 948—950. Ed. Lind. I. (662. 663.)

βάρος, καὶ σκοτώδεα περὶ τὰς ὄψιας ἢ καὶ ὑποχονδρίου ξύντασις μετ᾽ ὀδύνης γίγνεται, τουτέοισιν αἱμοῤῥαγέειν διὰ ῥινῶν. οἷσι δὲ βαρέα μὲν ὅλης τῆς κεφαλῆς, || καρδιωγμοὶ δὲ καὶ ἀσώδεές εἰσιν, ἐπανεμέουσι χολώδεα καὶ φλεγματώδεα, τὸ πολὺ δὲ παιδίοισιν. ἐν τουτέοισι γὰρ οἱ σπασμοὶ μάλιστα. γυναιξὶ δὲ καὶ ταῦτα καὶ ἀπὸ ὑστερέων πόνοι. πρεσβυτέροισι δὲ καὶ ὅσοισιν ἤδη τὸ θερμὸν κρατέεται, παραπληκτικὰ ἢ μανικὰ ἢ στερήσιες ὀφθαλμῶν.

[62] || [*Κατάστασις τρίτη.*] Ἐν Θάσῳ πρὸ ἀρκτούρου ὀλίγον καὶ ἐπ᾽ ἀρκτούρου ὕδατα πολλὰ μεγάλα ἐν βορείοισι, περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πληϊάδος νότια ὕσματα ὀλίγα. χειμὼν βόρειος, αὐχμοὶ, ψυχρὰ πνεύματα μεγάλα, χιό(663)νες. περὶ δὲ ἰσημερίην χειμῶνες μέγιστοι. ἦρ βόρειον, αὐχμοὶ, ὕσματα ὀλίγα, ψύχεα. περὶ δὲ ἡλίου τροπὰς θερινὰς ὕδατα ὀλίγα, μεγάλα ψύχεα μέχρι κυνός. μετὰ δὲ κύνα μέχρις ἀρκτούρου θέρος θερμόν. καύματα μεγάλα οὐκ ἐκ προσ-

cum cervicis dolore et temporum gravitate, si tenebricosa caligo oculis obversatur praecordiorumque contentio sine doloris sensu affuerit, iis sanguis e naribus profunditur. Qui vero toto capite gravitatem sentiunt, cum oris ventriculi morsu et stomachi fastidio, ii biliosa et pituitosa vomitione rejiciunt. Quibus in casibus plerumque pueris convulsiones maxime fiunt. Eadem etiam mulieribus contingunt, praetereaque obscoenorum locorum dolores. Grandioribus autem natu et quos jam calor defecit, partium resolutiones aut insaniae aut caecitates.

[*Status Tertius.*] Paulo ante arcturum sub ipsoque arcturo imbres copiosi et magni spirantibus aquilonibus in Thaso fuerunt. Circa aequinoctium autem et ad vergilias usque parvae et modicae pluviae austrinae. Hiems aquilonibus perflata justo majores siccitates, frigidos ventos et magnas nives habuit. Ad aequinoctium autem maxima frigora. Ver aquilonium, exuperantes siccitates, modicae pluviae et frigidae. Circa aestivum solstitium aquae paucae, frigora magna ad canem usque. Post canem vero ad arcturum usque, per calidam aestatem aestus magni, qui non

αγωγῆς, ἀλλὰ συνεχέα καὶ βίαια. ὕδωρ οὐκ ἐγένετο. ἐτησίαι ἔπνευσαν. περὶ ἀρκτοῦρον. ὕσματα νότια μέχρις ἰσημερίης. ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ κατὰ χειμῶνα μὲν ἤρξαντο παραπληγίαι καὶ πολλοῖσιν ἐγίνοντο, καί τινες αὐτέων ἔθνησκον διὰ ταχέων, καὶ γὰρ ὅλως τὸ νούσημα ἐπίδημον ἦν. τά τ' ἄλλα διετέλεον ἄνοσοι, [64] πρωῒ δὲ τοῦ ἦρος ἤρξαντο καῦσοι καὶ διετέλεον μέχρις ἰσημερίης καὶ πρὸς τὸ θέρος. || ὅσοι μὲν οὖν ἦρος καὶ θέρεος ἀρξαμένου αὐτίκα νοσέειν ἤρξαντο, οἱ πλεῖστοι διεσώζοντο, ὀλίγοι δέ τινες ἔθνησκον. ἤδη δὲ τοῦ φθινοπώρου καὶ τῶν ὑσμάτων γενομένων θανατώδεες ἦσαν καὶ πλείους ἀπώλλυντο.

Ἦν δὲ τὰ παθήματα τῶν καύσων οἷσι μὲν καλῶς καὶ δαψιλέως ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι, διὰ τούτου μάλιστα σώζεσθαι, καὶ οὐδένα οἶδα εἰ καλῶς αἱμοῤῥαγήσαιεν ἐν τῇ καταστάσει ταύτῃ ἀποθανόντα. Φιλίσκῳ γὰρ καὶ Ἐπαμίνωνι καὶ Σιληνῷ τεταρταίῳ καὶ πεμπταίῳ σμικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν

per intervalla aut sensim fierent, sed tum perpetui tum vehementes, non pluebat, anniversarii venti spiravere. Ad arcturum autem pluviae austrinae ad aequinoctium usque. In hac temporis conditione ad hiemem partium resolutiones coeperunt multosque invaserunt, ex quibus nonnulli celeriter interierunt, mire quippe vulgariter grassabatur hic morbus, caetera vero integre degebant. Febres autem ardentes ante ver coeperunt, et ad aequinoctium usque et ad aestatem perseveraverunt. Quos itaque statim sub ipsa veris et aestatis primordia morbus invasit, plerique omnes superstites evaserunt, paucique interierunt. Cum vero autumnus esset pluviaeque impeterent, lethales erant pluresque peribant.

Inerant vero in febribus ardentibus affectiones hujusmodi, ut qui bene et largiter sanguinem e naribus profudissent, ii vel ex eo maxime servati viderentur, neque ullum cui modo sanguis bene profluxisset hoc in statu mortuum videre licuit. Philiscus si quidem et Epaminon ac Silenus, quod his quarto die et quinto de naribus pa-

Ed. Chart. IX. [64. 66.] Foes. II. 951. Ed. Lind. I. (663. 664.)

καὶ ἀπέθανον. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων περὶ κρίσιν ἐπεῤῥίγεον καὶ μάλιστα οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι. ἐπεῤῥίγουν δὲ καὶ οὗτοι καὶ ἐφίδρουν. [66] ἔστι δ' οἷσιν (664) ἴκτεροι ἑκταίοισι, ἀλλὰ τούτοισιν ἢ κατὰ κύστιν κάθαρσις ἢ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα ὠφελήσαιεν, ἢ δαψιλὴς αἱμοῤῥαγίη, οἷον Ἡρακλείδης, ὃς κατέκειτο παρὰ Ἀριστοκύδη, καίτοι τούτῳ καὶ ἐκ ῥινῶν αἱμοῤῥάγησε καὶ ἡ κοιλίη ἐπεταράχθη, καὶ τὰ κατὰ κύστιν ἐκαθήρατο· ἐκρίθη εἰκοσταῖος. οὐχ οἷον ὁ Φαναγόρεω οἰκέτης, ᾧ οὐδὲν τουτέων ἐγένετο, ἀπέθανεν. αἱμοῤῥαγίαι δὲ τοῖσι πλείστοισι, μάλιστα δὲ μειρακίοισι καὶ ἀκμάζουσι, καὶ ἔθνησκον πλεῖστοι τουτέων, οἷσι μὴ αἱμοῤῥαγῆσαι ἐγένετο. πρεσβυτέροισι δὲ ἐς ἰκτέρους, ἢ κοιλίαι ταραχώδεες ἢ δυσεντεριώδεες, οἷον Βίωνι τῷ παρὰ Σιληνὸν κατακειμένῳ. ἐπεδήμησαν δὲ καὶ δυσεντερίαι κατὰ θέρος, καί τισι καὶ τῶν διανοσησάντων, οἷσι καὶ αἱμοῤῥαγίαι ἐγένοντο,

rum ſtillaverit, mortem obierunt. Plerique igitur omnes aegri appetente judicatione rigore corripiebantur, iique potiſſimum qui ſanguinem e naribus non profudiſſent, atque hi inſuper novo ſuborto rigore exudarunt. Quosdam etiam ſexto die morbus regius prehendit, verum iſtos per veſicam expurgatio aut commota alvus, aut larga ſanguinis e naribus profuſio ſublevavit, quale quid Heraclidae, qui apud Ariſtocyden decumbebat, contigit, quippe qui largum e naribus ſanguinem profudit, et alvum conturbatam habuit et per veſicam perpurgatus eſt. Vigeſimo autem die judicatione eſt liberatus, non quomodo Phanagorae famulus, qui, cum ipſi nihil horum quicquam eveniſſet, periit. Plurimis ſanguis e naribus erumpebat, praecipue tamen adoleſcentibus et aetate florentibus, atque eorum bona pars periit qui ſanguinem e naribus non profuderunt. Aetate autem provectioribus, res ſeſe in morbum arquatum vertebat, aut iis alvi commotae, aut inteſtinorum difficultates aderant, quale quid Bioni qui ad Silenum decumbebat, contigit. Aeſtate etiam inteſtinorum difficultates populariter vagatae ſunt, et quidam eorum qui morbis conflictabantur, quibus etiam ſanguis e naribus eruperat, hunc exitum ha-

Ed. Chart. XII. [66. 67.] Foes. II. 951—953. Ed. Lind. I. (664. 665.)

ἐς δυσεντεριώδεα ἐτελεύτησαν, οἷον τοῦ Ἐράτωνος τῷ παιδὶ καὶ Μύλλῳ, πολλῆς αἱμοῤῥαγίης γενομένης, ἐς δυσεντεριώδεα κατάστασιν περιεγένοντο.

[67] || *Πολλοῖς μὲν οὖν μάλιστα ὁ χυμὸς οὗτος ἐπεπόλασεν, ἐπεὶ καὶ οἷσι περὶ κρίσιν οὐχ ἡμοῤῥάγησεν, ἀλλὰ παρὰ τὰ ὦτα* || *ἐπαναστάντα ἠφανίσθη. τούτων δὲ ἀφανισθέντων παρὰ τὸν κενεῶνα βάρος τὸν ἀριστερὸν καὶ ἐς ἄκρον ἰσχίον. ἀλγήματος δὲ μετὰ κρίσιν γενομένου καὶ οὔρων λεπτῶν διεξιόντων, αἱμοῤῥαγέειν σμικρὰ ἤρξαντο. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην ἐγένοντο ἐς αἱμοῤῥαγίην ἀποστάσιες Ἀντιφῶντι τῷ Κριτοβούλου. ἐπεπαύσατο καὶ* (665) *ἐκρίθη τελέως περὶ τεσσαρακοστήν. γυναῖκες δὲ ἐνόσησαν μὲν πολλαὶ, ἐλάσσους δὲ ἢ ἄνδρες, καὶ ἔθνησκον ἧσσους. ἐδυστόκεον δὲ πλεῖσται, καὶ μετὰ τοὺς τόκους ἐπενόσεον, καὶ ἔθνησκον αὗται μάλιστα, οἷον Τελεβόλου θυγάτηρ ἀπέθανεν ἑκταίη τόκου. τῇσι μὲν οὖν πλείστῃσιν ἐν τοῖσιν πυρετοῖσιν γυναικεῖα ἐπε-*

buerunt ut in difficultatem inteſtinorum inciderent, quale quid Eratonis puero Myllo accidit, qui poſt multam ſanguinis e naribus profuſionem in difficultatem inteſtinorum delapſi ſunt et periculo exempti.

Copioſus igitur praecipueque hic humor fluitabat. Si quidem nonnullis impendente judicatione ſanguis e naribus non profluxit, ſed ad aures enati tumores diſparuerunt. Quibus evaneſcentibus ad ſiniſtri lateris inanitatem ſummamque coxendicem gravitas decubuit, doloribusque poſt judicationem obortis, atque urinis tenuibus prodeuntibus, paucum e naribus ſanguinem profundere coeperunt. Ad circiter quartum et vigeſimum diem Antiphonti Critobuli filio, humores in ſanguinis e naribus profluvium ſeceſſerunt, quod ubi deſiit integre circa quadrageſimum diem judicio eſt abſolutus. Mulieres praeterea multae aegrotarunt, minus tamen quam viri nec ita multae obierunt. Plurimae autem difficulter partum ediderunt, atque a partu inſuper laborarunt ipſaeque potiſſimum obierunt, non ſecus ac Telebuli filia, quae ſexto a partu die interiit. In febribus itaque plurimis menſes apparuerunt, nonnullis etiam ſanguis ex

Ed. Chart. IX. [67.] Foes. II. 953. Ed. Lind. I. (665.)

φαίνετο. ἔστι δὲ ἧσιν ἐκ ῥινῶν ἡμοῤῥάγησεν, καὶ παρθένοισι πολλῇσι τότε πρῶτον ἐγένετο. ἔστι δ᾽ ᾗσι καὶ ἐκ ῥινῶν καὶ τὰ γυναικεῖα τισὶν ἐπεφαίνετο, οἷον τῇ Δαϊθαρσέως θυγατρὶ παρθένῳ ἐπεφάνη τότε πρῶτον καὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη, καὶ οὐδεμίην οἶδα ἀποθανοῦσαν, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. ᾗσι δὲ συνεκύρησεν ἐν γαστρὶ ἐχούσῃσι νοσῆσαι, πᾶσαι ἀπέφθειραν. ἃς καὶ ἐγὼ οἶδα. οὖρα δὲ τοῖσι πλείστοισι εὔχροα μὲν, λεπτὰ δὲ καὶ ὑποστάσιας ὀλίγας ἔχοντα, διαχωρήμασι λεπτοῖσι καὶ χολώδεσι. πολλοῖσι δὲ τῶν ἄλλων κεκριμένων ἐς δυσεντερίας ἐτελεύτα, οἷον Ξενοφάνει καὶ Κριτίᾳ οὖρα ὑδατώδεα πολλὴ, καθαρὰ καὶ λεπτὰ καὶ μετὰ κρίσιν καὶ ὑποστάσιος καλῆς γινομένης καὶ τῶν ἄλλων καλῶς κεκριμένων, ἀναμνήσομαι οἷσιν ἐγένετο. *Βίωνι* ὃς κατέκειτο παρὰ Σιληνόν. *Κρατίῃ* τῇ παρὰ Ξενοφάνους. *Ἀρέτωνος* παιδὶ, *Μνησιστράτου* γυναικί. μετὰ δὲ ταῦτα δυσεντεριώδεες ἐγένοντο οὗτοι πάντες. ἦρά γε ὅτι οὔρησαν ὑδατώδεα σκεπτέον.

naribus profluxit, multisque virginibus id tum primum contigit. Est ubi etiam sanguis e naribus, quibusdam vero menstruae purgationes erumperent, quale quid in Daïtharsis filia virgine tum primum apparuit, cum larga sanguinis e naribus profusione. Atque haud scio, quibus horum quicquam rite evenerit, an ex iis quaequam perierit. In quas vero praegnantes morbus forte incidit, hae omnes, quod sciam abortionibus periclitatae sunt. Plurimis vero urinae bene quidem coloratae, tenues autem et pauca habentes subsidentia, cum dejectionibus tenuibus et biliosis. Plerisque vero alioqui judicatis, morbus in intestinorum tormina desiit, quale quid Xenophani et Critiae accidit. Urinae etiam quibusdam dilutae, multae, liquidae, tenues post judicationem fuerunt, in quibus cum reliqua etiam probe judicata forent, multa subsedere. Atque hoc quidem recensere aequum videtur, in quibus fuere Bion, qui apud Silenum decumbebat, Cratia quae cum Xenophane versabatur, Aretonis puer et Mnesistrati uxor. Qui omnes postea in difficultatem intestinorum delapsi sunt. An vero iccirco id contigerit quod urinae dilutae prodierint, animadversione dignum est.

Ed. Chart. IX. [68.] Foes. II. 954. Ed. Lind. I. (665. 666.)

[68] Περὶ δὲ ἀρκτοῦρον ἐνδεκαταίοισι πουλλοῖσιν ἔκρινε καὶ τουτέοισιν οὐδ' αἱ κατὰ λόγον γενόμεναι ὑποστροφαὶ ὑπέστρεφον. (666) ἦσαν δὲ κωματώδεες περὶ τὸν χρόνον τοῦτον. πλείω δὲ παιδία καὶ ἔθνησκον ἥκιστα οὗτοι πάντων. περὶ δὲ ἰσημερίην καὶ μέχρι πλειάδος καὶ ὑπὸ χειμῶνα παρείποντο μὲν οἱ καῦσοι. ἀτὰρ καὶ φρενιτικοὶ πλεῖστοι τηνικαῦτα ἐγένοντο καὶ ἔθνησκον τούτων οἱ πλεῖστοι, ἐγένοντο δὲ καὶ κατὰ θέρος ὀλίγοι. τοῖσι μὲν οὖν καυσώδεσιν ἀρχομένοισιν ἐπεσήμαινεν, οἷσι τὰ ὀλέθρια ξυνέπιπτεν. αὐτίκα γὰρ ἀρχομένοισι πυρετὸς ὀξὺς, ἐπεῤῥίγουν σμικρὰ, ἄγρυπνοι, διψώδεες, ἀσώδεες, σμικρὰ ἐφίδρουν περὶ τὸ μέτωπον καὶ κληῖδας, οὐδεὶς δι' ὅλου. πολλὰ παρέλεγον, φόβοι, δυσθυμίαι, ἄκρεα ὑπόψυχρα, πόδες ἄκροι, μάλιστα δὲ καὶ τὰ περὶ χεῖρας. οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσι, κοῖσι δὲ πλείστοισι τεταρταίοισιν οἱ πόνοι μέγιστοι, καὶ ἱδρὼς ἐπὶ

Multi circa arcturum undecimo die judicatione absoluti sunt neque his quae ob justam causam fieri solent morborum reversiones recurrerunt. Sub hoc tempus autem sopore opprimebantur, atque inter hos plures pueri, qui omnium vel maxime morte exempti sunt. Ad aequinoctium vero et ad vergilias usque et sub hiemem febres ardentes accidebant. Quin etiam tunc plurimi perpetuo cum febribus delirio corripiebantur, atque ex his plerique omnes moriebantur, aestate autem pauci tales evadebant. Invadentes itaque febres ardentes, quibus praesens immineret pernicies, satis indicabant. Nempe statim ab initio febris acuta cum modico insuper rigore prehendebat, vigiles erant, impotentes animi, sitibundi, aestuatione et corporis incontinenti jactatione conflictabantur, cum parvo tenuique sudore circa frontem et claviculas oborto, nullo tamen per totum corpus diffuso, multum deliri erant, timore et omni moerore confecti ac velut animum despondentes, extrema paulatim frigus concipiebant, pedes summi, maximeque manuum summitates, diebus paribus accessiones contingebant. Plerisque vero omnibus maximi labores die quarto aderant, su-

Ed. Chart. IX. [68. 72.] Foes. II. 954. 955. Ed. Lind. I. (666. 667.)

πλεῖστον ὑπόψυχρος, καὶ ἄκρεα οὐκ ἔτι ἐθερμαίνοντο, ἀλλ' ἦσαν πελιδνὰ καὶ ψυχρὰ καὶ οὐδ' ἐδίψων ἐπὶ τούτοις. οὖρα τούτοις μέλανα, ὀλίγα, λεπτὰ, καὶ κοιλίαι ἐφίσταντο. οὐδ' ἡμοῤῥάγησαν ἐκ ῥινῶν οὐδενὶ οἷσι ταῦτα ξυμπίπτοι, ἀλλὰ σμικρὰ ἔσταξεν οὐδ' ἐς ὑποστροφὴν οὐδενὶ τούτων ἦλθεν, ἀλλ' ἑκταῖοι ἀπέθνησκον ξὺν ἱδρῶτι. τοῖσι δὲ φρενιτικοῖσι ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα πάντα, ἐκρίνετο δὲ τουτέοισιν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἑνδεκαταίοισιν· ἔστι δ' οἷσι καὶ εἰκοσταίοισι. οἷσιν εὐθὺς οὐκ ἐξ ἀρχῆς ἡ φρενῖτις ἤρξατο περὶ τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν, ἀλλὰ μετρίως ἔχουσιν ἐν τῷ πρώτῳ χρόνῳ, περὶ τὴν ἑβδόμην εἰς ὀξύτητα τὸ νόσημα μετέπεσεν.

[72] || Πλῆθος μὲν οὖν τῶν νο(667)σημάτων ἐγένετο. ἐκ δὲ τῶν καμνόντων ἀπέθνησκον μάλιστα μειράκια, νέοι, ἀκμάζοντες, λεῖοι, ὑπολευκόχρωτες, ἰθύτριχες, μελανότριχες, μελανόφθαλμοι, οἱ εἰκῇ καὶ ἐπὶ τὸ ῥᾴθυμον βεβιωκότες, ὑψόφωνοι, ἰσχνόφωνοι, τρηχύφωνοι, τραυλοὶ, ὀργίλοι. γυναῖκες δὲ πλεῖσται ἐκ τουτέου τοῦ εἴδεος ἀπέθνησκον. ἐν δὲ τῇ

doresque longissime subfrigidi, nec extrema amplius recalescebant, sed livida et frigida permanebant, neque amplius sitiebant. Urinae his erant nigrae, tenues et paucae, alvique restiterant, ac ne his quidem quibus haec acciderent sanguis e naribus profluxit, sed paucus stillavit, neque horum cuiquam res ad recidivam devenit, verum sexto die cum sudore perierunt. Phreniticis autem contigerunt quidem descripta non omnia, sed his fere undecimo die, quibusdam etiam vigesimo judicatione solvebantur. Quos statim ab initio circa tertium aut quartum diem phrenitis non prehenderat, sed primo tempore moderate se habebant, iis circa septimum diem morbus ad vehementiam devenit.

Magnus itaque fuit morborum numerus, atque ex aegris praecipue interibant adolescentes, juvenes, aetate florentes, quique erant glabro corpore, cute subalbida, extenso et nigro capillitio et nigris oculis, otiose et segniter vitam degentes, voce alta, exili, aspera, balbi, irae praecipitis et acerbae, plurimaeque hujusce generis mulieres peribant.

Ed. Chart. IX. [72. 75.] Foes. II. 955. 956. Ed. Lind. I. (667.)

καταστάσει ταύτῃ ἐπὶ σημείων μάλιστα τεσσάρων διεσώζοντο. οἷσι γὰρ ἦν ἢ διὰ ῥινῶν αἱμοῤῥαγῆσαι ἢ κατὰ κύστιν οὖρα πολλὰ καὶ πολλὴν ὑπόστασιν καὶ καλὴν ἔχοντα ἐλθεῖν, ἢ κατὰ κοιλίην ταραχώδεα χολώδεα ἐπικαίρως, ἢ δυσεντερικοὶ γενοίατο. πολλοῖσι δὲ ξυνέπιπτε μὲν ἐφ' ἑνὸς κρίνεσθαι τῶν ὑπογεγραμμένων σημείων, ἀλλὰ διεξιέναι διὰ πάντων τοῖσι πλείστοισι, καὶ δοκέειν μὲν ἔχειν ὀχληροτέρως. διεσώζοντο δὲ πάντες οἷσι ταῦτα ξυνέπιπτε. γυναιξὶ δὲ καὶ παρθένοισι, ξυνέπιπτε μὲν καὶ τὰ ὑπογεγραμμένα σημεῖα πάντα. ᾗσι δὲ ἢ τούτων τι καλῶς γένοιτο ἢ τὰ γυναικεῖα δαψιλῶς ἐπιφανείη, διὰ τουτέων ἐσώζοντο καὶ ἔκρινε, καὶ οὐδεμίαν οἶδα ἀπολουμένην, ᾗσι τούτων τι καλῶς γένοιτο. Φίλωνος γὰρ τῇ θυγατρὶ ἐκ ῥινῶν λαῦρον ἐῤῥύη, ἑβδομαίη δὲ οὖσα ἐδείπνησεν ἀκαιροτέρως, ἀπέθανεν.

[75] || Οἷσιν ἐν πυρετοῖσιν ὀξέσι μᾶλλον καυσώδεσιν ἀκούσια δάκρυα παραῤῥεῖ, τούτοισιν ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγίην προσδέχεσθαι, ἢν καὶ τἄλλα μὴ ὀλεθρίως ἔχωσιν, ἐπὶ τοῖς

At vero hoc in statu ex quatuor maxime signis servabantur ii, quibus aut ex naribus bene sanguis profluisset, aut urina multa, in qua quod desidebat copiosum et laudabile erat, per vesicam processisset; quique aut per alvum turbulenta, biliosa, tempestive demitterent; aut in difficultatem intestinorum delaberentur. Multisque usu venit ut non ab uno ex descriptis signis judicarentur, sed ut plurimi per omnia percurrerent et gravius habere viderentur. Sed hi omnes, quibus ista contingerent, incolumes evaserunt. Mulieribus item et virgunculis evenerunt paulo ante memorata signa omnia. Decernebat autem si quibus aut horum quippiam optime fieret, aut liberaliter muliebria apparerent, nullaque, quod sciam, ex his quibus horum quid optime factum esset interiit. Philonis namque filia, cum liberaliter ex naribus sanguis effluxisset, quod septimo die intempestivius coenasset, mortem obiit.

Quibus invitis per febres acutas atque adeo ardentes lacrimae effluunt, in his, dum caetera exitialiter non se habeant, sanguinis ex naribus profluvium expectandum est.

γε φλαύρως ἔχουσιν οὐχ αἱμοῤῥαγίην, ἀλλὰ θάνατον σημαίνει. τὰ παρὰ (668) τὰ ὦτα ἐν πυρέττουσιν ἐπαιρόμενα μετ' ὀδύνης ἔστιν οἷσιν ἐκλείποντος τοῦ πυρετοῦ κρισίμως οὔτε καθίστατο οὔτε ἐξεπύει, τουτέοισι διάῤῥοια χολώδεων, ἢ δυσεντερίη, ἢ παχέων οὔρων ὑπόστασις γενομένη λύει, οἷον Ἑρμίππῳ τῷ Κλαζομενίῳ. τὰ δὲ περὶ τὰς κρίσιας ἐξ ὧν καὶ διαγινώσκομεν ἢ ὅμοια ἢ ἀνόμοια, οἷον οἱ δύο ἀδελφεοὶ ἤρξαντο ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην κατέκειντο παρὰ τὸ θέατρον Ἐπιγένεος ἀδελφεοί, τουτέων τῷ πρεσβυτέρῳ ἔκρινεν ἕκτη, τῷ δὲ νεωτέρῳ ἑβδόμη. ὑπέστρεψεν ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὴν αὐτὴν ὥρην, καὶ διέλιπεν ἡμέρας πέντε. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἐκρίθη ἀμφοτέροισιν ὁμοῦ τὸ ξύμπαν ἑπτακαιδεκαταίοισιν. ἔκρινε δὲ τοῖσι πλείστοισι πέμπτη. διέλιπεν ἑβδόμη. ἐκ δὲ τῶν ὑποστροφέων ἔκρινε πεμπταίοισιν. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν ἑβδόμη. ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τρίτη. οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑβδομαίοισι, διαλιπόντας τὴν

In his si quidem qui male habent non sanguinis eruptionem, verum mortem portendunt. Quibus febre judicatorie desinente, tumores ad aures in febribus cum dolore suborti, neque conquiescunt neque suppurantur, eos, biliosum alvi profluvium aut intestinorum difficultas, aut quod in urinis crassis subsidet, liberat, quale quid Hermippo Clazomenio evenit. Quod vero ad judicia attinet, ea, ut satis perspicere licet, aut sunt inter se similia aut dissimilia. Velut in duobus fratribus apparuit, qui ad theatrum Epigenis habitabant, quibus, cum eadem simul hora morbus coepisset, aetate provectiori sexto die, juniori vero septimo decrevit, reversus utrique eadem simul hora, dies quinque intermisit, atque ex reversione uterque simul in totum die decimoseptimo est judicatione liberatus. Plurimis autem quinto die decrevit, septem intermisit et post reditum die quinto judicatio facta est. Quibusdam etiam septimo die decrevit, diebus septem intermisit et ex recidiva die tertio judicatio facta est. Nonnullis quoque morbus die septimo judicatus est, cumque diebus tribus intermisisset, septimo decrevit. Ali-

Ed. Chart. IX. [75. 76. 7.] Foes. II. 956—958. Ed. I ind. I. (668. 669.)

τρίτην ἔκρινεν ἑβδόμη· οἷσι δὲ ἔκρινεν ἑκταίοισιν, διαλιπόντας ἕκτην ἐλάμβανε τρίτη· οἷσι δὲ ἔλιπε πρώτη, [76] || ἐλάμβανε καὶ ἔκρινε πρώτη, οἷον Εὐάγοντι τῷ Δαϊθάρσους· οἷσι δὲ ἔκρινεν ϛʹ, διέλιπεν ζʹ, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε τετάρτη· οἷον τῇ Ἀγλαΐδου θυγατρί. οἱ μὲν οὖν πλεῖστοι τῶν νοσησάντων ἐν (669) τῇ καταστάσει ταύτῃ τούτῳ τῷ τρόπῳ διενόσησαν, καὶ οὐδένα οἶδα τῶν περιγενομένων ὅντινα οὐχ ὑπέστρεψαν κατὰ λόγον αἱ ὑποστροφαὶ γενόμεναι, καὶ διεσώζοντο πάντες οὓς ἐγὼ οἶδα, οἷσιν ἂν ὑποστροφαὶ διὰ τοῦ εἴδεος τούτου γενοίατο· οὐδὲ τῶν διανοσησάντων διὰ τούτου τοῦ τρόπου οὐδενὶ οἶδα ὑποστροφὴν γενομένην πάλιν. ἔθνησκον δὲ ἐν τοῖσι νουσήμασιν τουτέοισιν οἱ πλεῖστοι ἑκταῖοι, οἷον Ἐπαμινώνδας καὶ Σιληνὸς καὶ Φιλίσκος ὁ Ἀνταγόρεω.

[78] || Οἷσι δὲ τὰ παρὰ τὰ ὦτα γενοίατο ἔκρινε μὲν εἰκοσταίοισι, κατέσβη δὲ πᾶσι καὶ οὐκ ἐξεπύησεν, ἀλλ᾽ ἐπὶ κύστιν ἐτράπετο. Κρατιστώνακτι, ὃς παρὰ Ἡρακλεῖ ᾤκει, καὶ

quibus die sexto morbus decrevit, atque ubi dies sex intermisisset, tribus diebus prehendit, quos etiam ubi uno die reliquisset, altero rursus prehendit et judicatus est, quemadmodum Euagonti Daipharsis filio contigit. Aliis sexto die decrevit, septem intermisit et ex repetitione die quarto judicatus est, quale quid Aglaidae filiae usuvenit. Plurimi igitur eorum qui tunc aegrotarunt hunc habuerunt morbi tenorem, atque haud scio an eorum cuiquam qui superfuerunt rite factae morborum reversiones non recurrerint, omnesque, quod sciam, servabantur quibus hoc recidivae genus contigit, neque hoc modo aegrotantium cuiquam morbum rursus repetivisse memini. Moriebantur autem plurimi ex his morbis sexto die, velut Epaminondas, Silenus et Philiscus Antagorae filius.

Quibus tubercula ad aures enascebantur, ea die vigesimo decernebant. Sedata autem sunt iis omnibus quibus non suppurarunt, ad vesicam tamen sese converterunt. Cratistonactae qui ad Heraclium decumbebat, et Scymni fil-

Σκύμνου τοῦ γναφέως θεραπαίνῃ ἐξεπύησεν, ἀπέθανον. οἷσι δ' ἔκριτεν ἑβδομαίοισι, διέλιπεν, ἐνάτῃ ὑπέστρεψεν. ἔκρινεν ἐκ τῆς ὑποστροφῆς. ἔκρινεν ἑβδόμῃ Φανοκρίτῳ, ὃς κατέκειτο παρὰ Γνάθωνι τῷ γραφεῖ. ὑπὸ δὲ χειμῶνα περὶ ἡλίου τροπὰς χειμερινὰς καὶ μέχρις ἰσημερίης παρέμενον μὲν οἱ καῦσοι καὶ τὰ φρενιτικὰ, καὶ ἔθνησκον πολλοί. αἱ μέντοι κρίσιες μετέπεσον, καὶ ἐκρίνετο τοῖσι πλείστοισιν ἐξ ἀρχῆς πεμπταίοισι. διέλιπε τεταρταίοισι, ὑπέστρεψεν, ἐκ δὲ τῆς ὑποστροφῆς ἔκρινε πεμπταίοισι. τὸ δὲ ξύμπαν τεσσαρεσκαιδεκαταίοισι. ἔκρινε δὲ παιδίοισιν οὕτω τοῖσι πλείστοισιν, ἀτὰρ καὶ πρεσβυτέροισιν. ἔστι δ' οἷσιν ἔκρι(670)νεν ἑνδεκαταίοισι, ὑπέστρεψε τεσσαρεσκαιδεκάτῃ. ἔκρινε τελείως εἰκοστῇ. εἰ δέ τινες ἐπεῤῥίγουν περὶ τὴν εἰκοστὴν, τουτέοισιν ἔκρινε τεσσαρακοστῇ. ἐπεῤῥίγουν δ' οἱ πλεῖστοι περὶ κρίσιν τὴν ἐξ ἀρχῆς. οἱ δ' ἐπιῤῥιγώσαντες ἐξ ἀρχῆς περὶ κρίσιν, καὶ ἐν τῇσιν ὑποτροφῇσιν ἅμα κρίσει. [79] ἐπεῤῥίγουν δ' ἐλά-

lonis ancillae suppurarunt, et perierunt. Nonnullis vero morbus die septimo decrevit, novem intermisit diebus, reversus est et ex recidiva quarto die judicatus est. Phanocritus qui apud Gnathonem pictorem decumbebat, septimo die judicatione est absolutus. Sub hiemem vero circa brumale solstitium ad aequinoctium usque, febres ardentes et phrenitides perdurabunt, multique peribant. Judicationes tamen varie ceciderunt, plurimisque quinto ab initio die morbus decrevit, quarto intermisit, repetiit et ex recidiva quinto die judicatio facta est, omnino diebus quatuordecim. Atque hunc in modum pueris plurimis, quin etiam natu grandioribus judicatio facta est. Nonnullis vero undecimo die morbus decrevit, decimo quarto repetiit, persecteque vigesimo judicatus est. Quod si qui vigesimo novo insuper rigore corriperentur, iis quadragesimo die morbus decrevit. Plerique autem omnes sub primam judicationem denuo rigebant. Quin etiam quidam per exordia sub judicium ipsum novo rigore correpti, adhuc in ipsis morborum reversionibus una cum judicatione riguerunt. Vere autem rigebant omnino

γιστοι μὲν τοῦ ἦρος, θέρεος πλείους, φθινοπώρου ἔτι πλείους. ὑπὸ δὲ χειμῶνα πολὺ πλεῖστοι. αἱ δ' αἱμοῤῥαγίαι ὑπέληγον.

[80] [Τμῆμα τρίτον.] Τὰ δὲ περὶ τὰ νουσήματα ἐξ ὧν διεγινώσκομεν μαθόντες ἐκ τῆς κοινῆς φύσιος ἁπάντων καὶ τῆς || ἰδίης ἑκάστου, ἐκ τοῦ νουσήματος, ἐκ τοῦ νοσέοντος, ἐκ τῶν προσφερομένων, ἐκ τοῦ προσφέροντος. ἐπὶ τὸ ῥᾷον γὰρ καὶ χαλεπώτερον ἐκ τούτων. ἐκ τῆς καταστάσιος ὅλης, καὶ κατὰ μέρεα τῶν οὐρανίων καὶ χώρης ἑκάστης. ἐκ τοῦ ἔθεος, ἐκ τῆς διαίτης, ἐκ τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἐκ τῆς ἡλικίης ἑκάστου, λόγοισι, τρόποισι, σιγῇ, διανοήμασιν, ὕπνοισιν, οὐχ ὕπνοισιν, ἐνυπνίοισί τισι, καὶ ὅτε τιλμοῖσι, κνησμοῖσι, δακρύοισιν, ἐκ τῶν παροξυσμῶν διαχωρήμασιν, οὔροισι, πτυάλοισιν, ἐμέτοισι, καὶ ὅσαι ἐξ οἵων εἰς οἷα διαδοχαὶ νοσημάτων καὶ ἀποστάσιες ἐπὶ τὸ ὀλέθριον καὶ κρίσιμον, ἱδρὼς, ψῦξις, ῥῖγος, βὴξ, πταρμοὶ, λυγμοὶ, πνεύματα,

pauci, aeſtate plures, per autumnum adhuc plures, ſub hiemem longe plurimi. At ſanguinis e naribus profluvia ceſſarunt.

[*Sectio Tertia.*] Quaenam in his quae ad morbos ſpectant dignotio facienda ſit, facile diſcemus ex communi omnium et cujusque propria natura, ex morbo, et aegroto, ex his quae offeruntur et eo qui offert. Nam et ex his melius vel gravius ſe habent. Praeterea ex univerſali ac particulari aeris conditione et regionis cujusque, ex conſuetudine, victus ratione, vitae genere, ex cujusque aetate, aegri ſermonibus, moribus, ſilentio, imaginationibus, ſomnis, vigiliis, ex inſomniis, quae qualia et quando obveniant videndum eſt, vellicationibus, pruritibus, lacrimis, ex acceſſionibus, dejectionibus, urinis, ſputis, vomitionibus. Videndae ſunt etiam quaecunque ſiunt morborum viciſſitudines, et ex quibus in quos ſuccedant, et quinam abſceſſus perniciem aut ſolutionem portendant. Sed et ſudor, rigor, perfrictio, tuſſis, ſternutationes, ſingultus, ſpiritus, eructationes, flatus ſilentes, ſtrepitum cientes, ſanguinis eruptiones, ora venarum ex ano ſanguinem fundere ſolita, Graeci

Ed. Chart. IX. [80. 86.] Foes. II. 959. 961. Ed. Lind. I. (670. 671.)

ἐρεύξιες, φῦσαι, σικχώδεες, ψοφώδεες, αἱμοῤῥαγίαι, αἱμοῤῥοΐδες. ἐκ τούτων καὶ ὅσα διὰ τούτων σκεπτέον.

[86] || Πυρετοὶ, οἱ μὲν ξυνεχέες, οἱ δὲ ἡμέρην ἔχουσι, νύκτα διαλείπουσι, νύκτα ἔχουσιν, ἡμέ(671)ραν διαλείπουσιν, ἡμιτριταῖοι, τριταῖοι, τεταρταῖοι, πεμπταῖοι, ἑβδομαῖοι, ἐναταῖοι. εἰσὶ δὲ ὀξύταται μὲν καὶ μέγισται καὶ χαλεπώταται νοῦσοι καὶ θανατωδέσταται ἐν τῷ ξυνεχεῖ πυρετῷ. ἀσφαλέστατος δὲ πάντων καὶ ῥήϊστος καὶ μακρότατος ὁ τεταρταῖος. οὐ γὰρ μόνον αὐτὸς ἀφ' ἑωυτοῦ τοιοῦτός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ νοσημάτων μεγάλων ἄλλων ῥύεται. ἐν δὲ τῷ ἡμιτριταίῳ καλεομένῳ ξυμπίπτει μὲν καὶ ὀξέα νοσήματα γίνεσθαι, καί ἐστι τῶν λοιπῶν οὗτος θανατωδέστατος. ἀτὰρ καὶ φθινώδεες καὶ ὅσα ἄλλα μακρότερα νοσήματα νοσέουσιν, ἐπὶ τούτῳ μάλιστα νοσέουσι. νυκτερινὸς οὐ λίην θανατώδης. μακρὸς δὲ ἡμερινὸς μακρότερος. ἔστι δὲ οἷσι ῥέπει καὶ ἐπὶ τὸ φθινῶδες. ἑβδομαῖος μακρὸς οὐ θανατώδης. ἐναταῖος μακρότερος καὶ οὐ θανατώδης.

haemorrhoidas dicunt. Atque ex his quae per haec contingunt consideranda sunt.

Febrium hae quidem sunt continuae, hae vero interdiu prehendunt, noctu intermittunt, aut noctu prehendunt, interdiu intermittunt. Sunt et semitertianae, tertianae, quartanae, quintanae, septimanae et nonanae. In febre autem continua morbi sunt valde praecipites, maximi et gravissimi praecipueque lethales. At omnium est tutissima quartana, placidissima et longissima. Non enim solum per se ipsa talis est, verum etiam ab aliis magnis morbis vindicat. In ea vero quae semitertiana dicitur, tum morbi acuti accidunt, tum etiam praeter caeteras ista praecipue letalis est. Quin etiam tabes et quicunque alii morbi longi affligunt, in hac potissimum detinent. Nocturna non admodum letalis est, longa tamen. Diurna longior, nonnullis autem ad tabem vergit. Septimana longa est, non tamen lethalis. Nonana hac adhuc longior, sed non lethalis.

Ed. Chart. IX. [95.] Foes. II. 963. 964. Ed. Lind. I. (671. 672.)

[95] || Τριταῖος ἀκριβὴς ταχυκρίσιμος καὶ οὐ θανατώδης. ὁ δέ γε πεμπταῖος πάντων μὲν κάκιστος· καὶ γὰρ πρὸ φθίσιος καὶ ἤδη φθινευσιν ἐπιγινόμενος κτείνει. εἰσὶ δὲ τρόποι καὶ καταστάσιες καὶ παροξυσμοὶ τουτέων ἑκάστου τῶν πυρετῶν, ὁμοίως ξυνεχέων διαλιπόντων. αὐτίκα γὰρ ξυνεχὴς ἐστιν οἷσιν ἀρχόμενος ἀνθεῖ καὶ ἀκμάζει μάλιστα καὶ ἐπάγει ἐπὶ τὸ χαλεπώτερον. περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἀπολεπτύνεται. ἔστι δὲ οἷσιν ἄρχεται, μαλακῶς καὶ ὑποβρύχιος. ἐπαναδιδοῖ δὲ καὶ παροξύνεται καθ᾽ ἡμέρην ἑκάστην. περὶ δὲ κρίσιν καὶ ἅμα κρίσει ἅλις ἐξέλαμψεν, ἔστιν οἷσιν ἀρχόμενος πρηέως ἐπιδιδοῖ καὶ παροξύνεται καὶ μέχρι τινὸς ἀκμάσας, πάλιν ὑφίησιν μέχρι κρίσιος || καὶ (672) περὶ κρίσιν. ξυμπίπτει δὲ ταῦτα γίνεσθαι ἐπὶ παντὸς πυρετοῦ καὶ παντὸς νουσήματος. δεῖ δὲ τὰ διαιτήματα σκεπτόμενον ἐκ τούτων προσφέρειν. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα ἐπίκαιρα σημεῖα τούτοισιν ἐστὶν ἠδελφισμένα, περὶ ὧν τὰ μέν που γέγρα-

Tertiana exacta celerem habet judicationem, neque letalis est. Quintana autem omnium est pessima. Haec nempe ante tabem, aut jam contabescentibus ubi supervenerit, perimit. Insunt autem in singulis hisce febribus, tam continuis tum intermittentibus, formae, constitutiones et accessiones hujuscemodi. Videlicet quidem continua quibusdam ubi incoepit floret et viget maxime et in gravius tendit, circa judicium vero in ipsoque judicio extenuatur. Nonnullis vero leniter ac latenter incipit, increscit autem in dies exacerbaturque, sed sub judicium in ipsoque judicio abunde emicat. Est ubi ex moderatis initiis augescit et exacerbatur, et simulatque aliquantisper vigorem acceperit, ad judicium usque sub ipsumque judicium rursus se remittit. Atque haec in omnem febrem omnemque morbum cadere solent. Ex his autem bene subducta ratione victum offerre necesse est. Jam quoque multa alia praecipua signa his sunt cognata, de quibus partim aliquando scriptum est, partim vero scribetur. Quae tecum animo reputans, perpendendum considerandumque quodnam praeceps periculum et

πται, τὰ δὲ γεγράψεται. πρὸς ἃ δεῖ διαλογιζόμενον δοκιμάζειν καὶ σκοπεῖσθαι τίνι τουτέων ὀξὺ καὶ θανατῶδες ἢ περιεστικὸν, καὶ τίνι προσακτέον ἢ οὔ, καὶ πότε καὶ πόσον, καὶ τί τὸ προσφερόμενον ἔσται. τὰ δὲ παροξυνόμενα ἐν ἀρτίῃ κρίνεται ἐν ἀρτίῃσιν. ὧν δὲ οἱ παροξυσμοὶ ἐν περιασῇσι, κρίνεται ἐν περισσῇσιν.

|| Ἔστι δὲ πρώτη κρίσιμος τῶν περιόδων ἐν τῇσιν ἀρτίῃσι κρινόντων, δ΄, στ΄, η΄, ι΄, ιδ΄, κη΄, λ΄, λδ΄, μη΄, ξ΄, π΄, ρ΄, τῶν δὲ ἐν τῇσι περισσῇσι κρινόντων περιόδων, α΄, γ΄, ε΄, ζ΄, θ΄, ια΄, ιζ΄, κα΄, κζ΄, λα΄. εἰδέναι δὲ χρὴ ὅτι ἢν ἄλλως κριθῇ ἔξω τῶν ὑπογεγραμμένων ἐσομένας ὑποστροφὰς σημαίνοιτο καὶ γένοιτο ἂν ὀλέθρια. δεῖ δὲ προσέχειν τὸν νοῦν καὶ εἰδέναι ἐν τοῖσι χρόνοισι τούτοισι τὰς κρίσιας ἐσομένας ἐπὶ σωτηρίῃ ἢ ὀλέθριον ἢ ῥοπὰς ἐπὶ τὸ ἄμεινον ἢ τὸ χεῖρον. πλάνητες δὲ πυρετοὶ καὶ τεταρταῖοι καὶ πεμ-

mortem portendat, aut quodnam superstitem aegrum fore indicet, et cuinam admovendus cibus necne et quando et quantus, et quinam cibus futurus sit. Quae diebus imparibus invasiones habent, ea diebus paribus decernunt. Quorum vero accessiones imparibus diebus fiunt, ea imparibus judicantur.

Circuituum autem qui diebus paribus judicant primus est decretorius quartus, sextus, octavus, decimus, decimus quartus, vigesimus octavus, trigesimus, quadragesimus octavus, sexagesimus, octogesimus et centesimus. Circuituum vero qui diebus imparibus judicant, primus est tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus, decimus septimus, primus et vigesimus, septimus et vigesimus, et trigesimus primus. Considerandum autem est, quod si quid aliter extra hos praescriptos dies decernat, recidivas fore perniciemque portendi. Animumque advertere et nosse oportet, his in temporibus futuras judicationes ad salutem aut perniciem tendere, vel momenta in melius aut deterius facere. Praetereaque videndum est quibusnam circuitibus febres

Ed. Chart. IX. [95. 99.] Foes. II. 965. 966. Ed. Lind. I. (672. 673.)

παῖοι καὶ ἑβδομαῖοι καὶ ἐναταῖοι, ἐν ᾗσι περιόδοισι κρίνονται σκεπτέον.

[99] ‖ ΑΡΡΩΣΤΟΙ ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕΚΑ. [Πρῶτος.] Φιλίσκος ᾤκει παρὰ τὸ τεῖχος, κατεκλίθη τῇ πρώτῃ, πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσεν ἐν νυκτὶ ἐπιπόνως δευτέρῃ, πάντα παρωξύνθη. ὀψὲ δὲ ἀπὸ (673) κλυσματίου καλῶς διῆλθε, νύκτα δι' ἡσυχίης. τρίτῃ πρωῒ καὶ μέχρι μέσου ἡμέρης ἔδοξε γενέσθαι ἀπύρετος. πρὸς δείλην δὲ πυρετὸς ὀξὺς, μετὰ ἱδρῶτος, διψώδης, γλῶσσα δὴ ἐπεξηραίνετο. μέλανα οὔρησεν, νύκτα δυσφόρως, οὐκ ἐκοιμήθη, πάντα παρέκρουσε. τετάρτῃ πάντα παρωξύνθη, οὖρα μέλανα, νύκτα εὐφορωτέρην. οὖρα εὐχρούστερα. πέμπτῃ περὶ μέσον ἡμέρας, μικρὸν ἀπὸ ῥινῶν ἔσταξεν ἄκρητον. οὖρα δὲ ποικίλα, ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, γονοειδέα, διεσπαρμένα. οὐχ ἵδρυτο, προσθεμένῳ δὲ βάλανον φυσώδεα σμικρὰ διῆλθε. νύκτα ἐπιπόνως, ὕπνοι σμικροὶ, λόγοι, λῆρος, ἄκρεα πάντοθεν ψυχρὰ καὶ οὐκ ἔτι ἐπαναθερμαινόμενα, οὔρησε μέλανα. ἐκοιμήθη σμικρὰ πρὸς

errantes, quartanae, quintanae, ſeptimanae judicationes ſubeant.

AEGROTI QVATVORDECIM. [*Primus.*] Philiſcus qui propter moenia habitabat, primo die decubuit, eumque febris acuta praehendit cum ſudoribus et nocte laborioſa. Poſtridie ingraveſcentibus omnibus ex alvi dilutione meliuſcule habuit cum nocte quieta. Die tertio mane et ad meridiem usque liber a febre eſſe viſus eſt, ad veſperam vero febris acuta invaſit cum ſudore et ſiti, lingua inaruit, nigrum lotium reddidit, nox gravis et moleſta fuit, non dormivit prorſusque deliravit. Quarto graviora evaſerunt omnia, urinae nigrae, nox facilior fuit et urinae melius coloratae. Quinto circa meridiem parum idque ſincerum e naribus ſtillavit, urinae variae, in quibus ſublimia quaedam innatantia rotunda, genitali ſemini ſimilia, diſperſa inerant, neque reſidebant. Huic ſuppoſita glande flatuoſa pauca prodierunt, nox gravis fuit, ſomni parvi, verba cum delirio, extrema undiquaque frigida, quae nec etiam ad calorem amplius revocari poterant, uri-

ἡμέρης, ἄφωνος, ἵδρωσε ψυχρὸν, ἄκρεα πελιδνά. περὶ δὲ μέσον ἡμέρης ἑκταῖος ἀπέθανε. τουτέῳ πνεῦμα διὰ τέλεος ὥσπερ ἀνακαλουμένῳ ἀραιὸν μέγα σπλὴν ἐπήρθη περιφερεῖ κυρτώματι, ἱδρῶτες ψυχροὶ διὰ τέλεος. οἱ παροξυσμοὶ ἐν ἀρτίῃσιν.

[101] || [Ἄῤῥωστος δεύτερος.] Σιληνὸς ᾤκει ἐπὶ τοῦ Πλαταμῶνος πλησίον τῶν Εὐάλκιδου, ἐκ κόπων καὶ ποτῶν καὶ γυμνασίων ἀκαίρων πῦρ ἔλαβε. ἤρξατο δὲ πονέειν, καὶ ὀσφῦν καὶ κεφαλὴν εἶχε βάρος, καὶ τραχήλου ἦν ξύντασις. ἀπὸ δὲ κοιλίης τῇ πρώτῃ χολώδεα, ἄκρητα, ἔπαφρα, κατακορέα, πολλὰ διῆλθεν. οὖρα μέλανα, μέλαιναν τὴν ὑπόστασιν ἔχοντα, διψώδης, γλῶσσα ἐπίξηρος, νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη. δευτέρῃ πυρετὸς ὀξὺς, (674) διαχωρήματα πλείω, λεπτότερα, ἔπαφρα, οὖρα μέλανα, νύκτα δυσφόρως, μικρὰ παρέκρουσε. τρίτῃ πάντα παρωξύνθη. ὑποχονδρίου ξύντασις ἐξ ἀμφοῖν παραμήκης, πρὸς ὀμφαλὸν ὑπολάπαρος. διαχωρήματα λεπτὰ,

nam nigram reddidit, aliquantulum dormivit, sub diem vox defecit, sudor frigidus obortus est, summitates livescebant. Die sexto circa meridiem obiit. Spiratio huic perpetuo quasi intro revocanti et ingeminanti rara et magna fuit, lien in gibbositatem rotundam sublatus est, et ad finem usque sudores frigidi perseverarunt. Accessiones diebus paribus invaserunt.

[*Aeger secundus.*] Silenum, qui in Platamone habitabat juxta Eualcidis aedes, ex laboribus, compotationibus et exercitationibus intempestivis, ignis, hoc est febris vehementissima, prehendit. Coepit autem ex lumbis laborare et capitis gravitate teneri, cum cervicis distensione. Primo die ex alvo biliosa, sincera, spumantia, abunde saturata et affatim colorata multa prodiere. Urinae nigrae, in quibus nigra subsidebant sitibundus erat, lingua insuper arida, nocte nihil dormivit. Altero die febris acuta fuit, dejectiones plures, tenuiores, spumantes, urinae nigrae, nox inquies et gravis, aliquantulum deliravit. Tertio omnia graviora evasere, praecordiorum contentio utrimque ad umbilicum promissa, submollis, dejectiones tenues, nigricantes,

Ed. Chart. IX. [101.] Foes. II. 969. 970. Ed. Lind. I. (674.)

ὑπομέλανα, οὖρα θολερὰ, ὑπομέλανα, νυκτὸς οὐδὲν ἐκοιμήθη, λόγοι πολλοὶ, γέλως, ᾠδὴ, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. τετάρτῃ διὰ τῶν || αὐτῶν. πέμπτῃ διαχωρήματα ἄκρητα, χολώδεα, λεῖα, λιπαρὰ, οὖρα λεπτὰ, διαφανέα, σμικρὰ κατενόει. ἕκτῃ περὶ κεφαλὴν σμικρὰ ἐφίδρωσεν, ἄκρεα ψυχρὰ, πελιδνὰ, πολὺς βληστρισμὸς, ἀπὸ κοιλίης οὐδὲν διῆλθεν, οὖρα ἐπέστη, πυρετὸς ὀξύς. ἑβδόμῃ ἄφωνος, ἄκρεα οὐκ ἔτι ἀνεθερμαίνετο, οὔρησεν οὐδὲν, ὀγδόῃ ἵδρωσε δι' ὅλου ψυχρόν. ἐξανθήματα μετὰ ἱδρῶτος ἐρυθρὰ, στρογγύλα, σμικρὰ οἷον ἴονθοι παρέμενεν, οὐκ ἀφίστατο. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ σμικρῷ κόπρανα λεπτὰ οἷα ἄπεπτα, πολλὰ διῄει μετὰ πόνου. οὔρει μετὰ ὀδύνης δακνώδεα. ἄκρεα σμικρὰ ἀνεθερμαίνετο, ὕπνοι λεπτοὶ, κωματώδεες, ἄφωνος, οὖρα λεπτὰ διαφανέα. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. δεκάτῃ ποτὰ οὐκ ἐδέχετο κωματώδης, οἱ δὲ ὕπνοι λεπτοί. ἀπὸ δὲ κοιλίης ὅμοια, οὔ-

urinae turbidae, nigrae, nox insomnis, verba multa, risus, cantus, continere se non potuit. Quarto eadem affligebant omnia. Quinto per alvum secessere sincera, biliosa, laevia, pinguia, urinae tenues, pellucidae, paulum ad intelligentiam rediit. Sexto circa caput tenuis et paucus sudor obortus est cum extremorum frigore et livore, multa corporis incontinentia et jactatio, nihil demisit alvus, urinae restiterunt, febris acuta. Septimo voce defectus est, corporis summa non amplius ad calorem revocari poterant, nihil minxit. Octavo sudor frigidus per omnia membra diffusus est, cum pustulis rubentibus, rotundis, parvis, varis non absimilibus, quae permanebant neque abscessum faciebant. Alvus vero parum concitata, stercora tenuia, crudis similia multa non sine labore demisit, urina cum dolore mordax reddebatur, corporis summa paulisper ad calorem reducebantur, somni exigui erant ac veluti sopores, vox defecit, urinae tenues et perspicuae. Nono eadem fere omnia. Decimo potum non capiebat, sopore detinebatur, somni autem exigui erant. Ab alvo similia prodibant, minxit affatim subcrassum in matella depositum. Quod subsederat hor-

Ed. Chart. IX. [101. 103.] Foes. II. 970. 974. Ed. Lind. I. (674. 675.)

ρησεν ἀθρόον ὑποπαχὺ κείμενον. ὑπόστασις κριμνώδης λευκή. ἄκρεα πάλιν ψυχρά. ἐνδεκάτῃ ἀπέθανεν. ἐξ ἀρχῆς τούτῳ καὶ διὰ τέλεος πνεῦμα μέγα ἀραιόν. ὑποχονδρίου παλμὸς ξυνεχής, ἡλικίη ὡς περὶ ἔτεα εἴκοσι.

[103] || (675) [Ἄῤῥωστος τρίτος.] Ἡροφῶντι πυρετὸς ὀξὺς, ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα. τεινεσμώδεα κατ' ἀρχάς. μετὰ δὲ ταῦτα λεπτὰ διήει χολώδεα, ὑπόσυχνα. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, οὖρα μέλανα λεπτά. πέμπτῃ πρωῒ κώφωσις. παρωξύνθη πάντα, σπλὴν ἐπήρθη, ὑποχονδρίου ξύντασις. ἀπὸ κοιλίης ὀλίγα μέλανα διῆλθε, παρεφρόνησεν. ἕκτῃ ἐλήρει, ἐς νύκτα ἱδρὼς, ψύξις, λῆρος παρέμενεν. ἑβδόμῃ περιέψυκτο, διψώδης, παρέκρουσε νύκτα, κατενόει, κατεκοιμήθη. ὀγδόῃ ἐπύρεσσε, σπλὴν ἐμειοῦτο, κατενόει πάντα, ἤλγησεν κατὰ βουβῶνα. ἔπαρμα τὸ πρῶτον σπληνὸς κατ' ἴξιν. ἔπειτα ἐπόνει ἐς ἀμφοτέρας κνήμας, νύκτα εὐφόρως, οὖρα εὐχρούστερα, ὑπόστα-

dei tosti non exacte moliti crassioribus frustulis simile erat, album, summa corporis iterum frigida. Undecimo die obiit. Huic per exordia ad extremum usque spiratio magna et rara fuit, et continens praecordiorum palpitatio. Aetatis annum agebat fere vigesimum.

[*Aeger Tertius.*] Herophontem febris acuta prehendit, alvus circa initia pauca et cujusmodi in crebra et inani egerendi voluntate solent, demisit, deinde vero tenuia, biliosa et copiosa. Somnum nullum capiebat, urinae nigrae et tenues erant. Quinto die mane surditas obvenit, exasperata sunt omnia, lien sublatus intumuit, cum praecordiorum contentione ex alvo pauca et nigra percurrebant, desipuit. Sexto delirabat, sub noctem sudor ocortus est, frigus, delirium perseverabat. Septimo corporis summa perfrixerunt, siticulosus fuit, deliravit, sub noctem ad mentem rediit, dormivit. Octavo febricitavit, lien imminuebatur, prorsus ad intelligentiam rediit. Ad inguen doluit, primumque ei tumor subortus est qua lieni e directo respondebat, deinde dolor ad utramque tibiam transiit, nox facilis, urinae melius coloratae, in quibus quaedam alba subsidebant. Die

Ed. Chart. IX. [103. 104.] Foes. II. 974—976. Ed. Lind. I. (675. 676.)

σιν εἶχε σμικρήν. ἐνάτῃ ἵδρωσεν, ἐκρίθη, διέλιπεν, πέμπτῃ ὑπέστρεψεν, αὐτίκα δὲ || σπλὴν ἐπήρθη, πυρετὸς ὀξὺς, κώφωσις πάλιν. μετὰ δὲ τὴν ὑποστροφὴν τρίτῃ σπλὴν ἐμειοῦτο. κώφωσις ἧσσον, σκέλεα ἐπωδύνως, νύκτα ἵδρωσεν, ἐκρίθη ἑπτακαιδεκάτῃ, οὐδὲ παρέκρουσεν ἐπὶ τῇ ὑποστροφῇ.

[104] || [Ἄῤῥωστος τέταρτος.] Ἐν Θάσῳ Φιλίνου γυναῖκα θυγατέρα τεκοῦσαν κατὰ φύσιν καθάρσεως γινομένης καὶ τἄλλα κούφως διάγουσαν, τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐοῦσαν μετὰ τὸν τόκον, πῦρ ἔλαβε μετὰ ῥίγεος. ἤλγεε δὲ ἀρχομένη καρδίην, καὶ περὶ ὑποχόνδριον δεξιόν. γυναικείων πόνοι, κάθαρσις ἐπαύσατο, προσθεμένη δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνοι παρέ(676)μενον. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, ἄκρεα ψυχρὰ, διψώδης, κοιλίη ξυνεκαύθη, σμικρὰ διήει οὖρα λεπτὰ, ἄχροα κατ' ἀρχάς. ἑκταίη ἐς νύκτα παρέκρουσε πολλὰ καὶ πάλιν κατενόει. ἑβδόμῃ διψώδης, διαχωρήματα χολώδεα κατακορέα. ὀγδόῃ ἐπεῤῥίγωσε πυρετὸς

nono sudore oborto morbus decrevit, intermisit. Quinto post reversus est die, simulque lien in tumorem sublatus est, febris acuta rursusque surditas. Tertio post recidivam die imminuebatur lienis tumor, minorque surditas erat, dolor crura invasit, noctu sudore oborto ad decimum septimum diem judicatus est, neque in morbi reversione deliravit.

[*Aeger Quartus.*] Philini uxorem in Thaso quae filiam pepererat, cum ex naturae praescripto purgationes procederent, caeteraque leviter haberet, decimo quarto post partum die, ignis, hoc est febris vehementissima, cum rigore prehendit. Huic circa exordia oris ventriculi dolor contigit et praecordiorum dextrorum, locorum muliebrium dolores, purgatio defecta est. Ex subdito autem pesso ista quidem allevata sunt, capitis vero et cervicis lumborumque dolores perseverabant, somni non aderant, extrema frigida, sitibunda erat, alvus adusta pauca demittebat. Urinae tenues et per initia decolores. Sexto die ad noctem multum deliravit, rursusque ad intelligentiam rediit. Septimo siticulosa, dejectiones biliosae, in plenum et affatim coloratae. Octavo novo rigore suborto

ὀξὺς, σπασμοὶ πολλοὶ μετὰ πόνου, πολλὰ παρέλεγεν. ἐξανίστατο βάλανον προσθεμένη. πολλὰ διῆλθε μετὰ περιῤῥόου χολώδεος. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. ἐνάτῃ σπασμοὶ, δεκάτῃ σμικρὰ κατενόει, ἑνδεκάτῃ ἐκοιμήθη, πάντων ἀνεμνήσθη. ταχὺ δὲ πάλιν παρέκρουσεν, οὖρει δὲ μετὰ σπασμὸν, ἀθρόον πουλὺ ὀλιγάκις ἀναμιμνησκόντων παχὺ λευκόν. οἷον γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενον πουλὺν χρόνον. οὐ καθίστατο, χρῶμα καὶ πάχος ἴκελον οἷον γίνεται ὑποζυγίου, τοιαῦτα οὖρει οἷα κἀγὼ εἶδον. περὶ δὲ τεσσαρεσκαιδεκάτην ἐούσῃ παλμοὶ δι' ὅλου τοῦ σώματος. λόγοι πολλοὶ, σμικρὰ κατενόει. διὰ ταχέων δὲ πάλιν παρέκρουσεν. περὶ δὲ ἑπτακαιδεκάτην ἐοῦσα ἦν ἄφωνος, εἰκοστῇ ἀπέθανε.

[106] || [*Ἄῤῥωστος πέμπτος.*] Ἐπικράτεος γυναῖκα, ἣ κατέκειτο παρὰ Ἀρχιγέτην, περὶ τόκον ἤδη ἐοῦσαν ῥῖγος ἔλαβε ἰσχυρῶς, οὐκ ἐθερμάνθη ὡς ἔλεγον, καὶ τῇ ὑστεραίῃ τοιαῦτα. τρίτῃ δὲ ἔτεκε θυγατέρα καὶ τἄλλα πάντα κατὰ

febris acuta prehendit, convulsiones multae non sine dolore, multum deliravit. Glande subdita ad desidendum exurrexit, multaque prodierunt cum bilioso affluxu. Somnum capere non poterat. Nono convulsiones, decimo aliquantulum mente constabat, undecimo dormivit, omnia in memoriam subierunt, sed statim rursus deliravit. Convulsa autem urinam confertim multam reddidit, raro ab iis qui assidebant admonita, crassam, albam, quale quid in subsidentibus urinis visitur, quae longo intervallo in matula depositae et reservatae returbantur, eaque non subsidebat, sed colore et crassitudine veterini generis urinas referebat. Atque istiusmodi fuerunt urinae quas videre licuit. Ad decimum quartum diem totum corpus palpitationes occuparunt, multum loquebatur, aliquantulum mente constabat, sed confestim rursus desipuit. Circa decimum septimum voce defecta est, vigesimo obiit.

[*Aeger Quintus.*] Epicratis uxor quae apud Archigeten decumbebat, cum jam partus instaret vehementi rigore correpta est, nec, ut ajebant, incaluit et postridie eadem adsfuerunt. Tertio die filiam peperit, caeteraque omnia

Ed. Chart. IX. [106.] Foëf. II. 979. Ed. Lind. I. (676. 677.)

λόγον ἦλθε. δευτέρῃ μετὰ τόκον ἔλαβε πυρετὸς ὀξὺς, καρδίης πόνος καὶ γυναικείων. προσθεμένη δὲ ταῦτα μὲν ἐκουφίσθη. (677) κεφαλῆς δὲ καὶ τραχήλου καὶ ὀσφύος πόνος, ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ὀλίγα χολώδεα λεπτὰ διήει ἄκρητα. οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα. ἀφ᾽ ἧς δὲ ἐλάμβανε πῦρ ἐς νύκτα, ἑκταίῃ παρέκρουσε. ἑβδόμῃ πάντα παρωξύνθη, ἄγρυπνος, παρέκρουσε, διψώδης, διαχωρήματα χολώδεα κατακορέα. ὀγδόῃ ἐπεῤῥίγωσεν, ἐκοιμήθη πλείω. ἐνάτῃ διὰ τῶν αὐτῶν. δεκάτῃ σκέλεα ἐπιπόνως ἤλγει. καρδίης πάλιν ὀδύνη, καρηβαρίη, οὐ παρέκρουσεν, ἐκοιμᾶτο μᾶλλον. κοιλίη ἐπέστη. ἑνδεκάτῃ οὔρησεν εὐχροώτερα, συχνὴν ὑπόστασιν ἔχοντα. διῆγε κουφότερον. τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἐπεῤῥίγωσε πυρετὸς ὀξύς. πεντεκαιδεκάτῃ ἤμεσε χολώδεα ξανθὰ ὑπόσυχνα. ἵδρωσεν ἄπυρος, ἐς νύκτα δὲ πυρετὸς ὀξὺς, οὖρα πάχος ἔχοντα. ὑπόστασις λευκή. ἑξκαιδεκάτῃ παρωξύνθη νύκτα καὶ δυσφόρως, οὐχ ὕπνωσε, παρέκρουσεν. ὀκτωκαιδεκάτῃ διψώδης,

rite atque ordine proceſſerunt. Altero a partu die eam febris acuta prehendit, cum oris ventriculi et locorum muliebrium dolore. Quae quidem omnia ex ſubdito peſſo allevata ſunt, ſed tum capitis tum cervicis ac lumborum dolor invaſit, neque ſomni ulli aderant. Ex alvo pauca, biliosa, tenuia et ſincera demiſit, cum urinis tenuibus et nigricantibus. Sexto poſtquam febris corripuit die ſub noctem deliravit. Septimo exaſperata ſunt omnia, cum pervigilio deſipuit, ſitibunda fuit, ex alvo biliosa omnia abundeque colorata ſeceſſerunt. Octavo rurſus ſuborto rigore liberalius quievit. Nono iisdem perſeverantibus, decimo moleſtus crurum rurſusque oris ventriculi dolor invaſit cum capitis gravitate et absque delirio, aliquanto plus dormivit, alvus ſubſtitit. Undecimo melius coloratas urinas cum copioſo ſedimento reddidit, levius habuit. Decimo quarto ſuborto novo rigore febris acuta prehendit. Decimo quinto bilioſa, flava, ſubſrequentia vomitione reſuſa ſunt, ex ſudore febris reliquit. Sub noctem febris acuta, urinae craſſae quae album habebant ſedimentum. Quibus decimo ſexto ad noctem ingraveſcentibus moleſte habuit, non dormivit, deliravit.

γλῶσσα ἐπεκαύθη, οὐχ ὕπνωσε, παρέκρουσε πολλά, σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε, περὶ δὲ εἰκοστὴν πρωῒ σμικρὰ ἐπεῤῥίγωσε. κωματώδης, διὰ ἡσυχίης ὕπνωσε, ἤμεσε χολώδεα ὀλίγα, μέλανα, ἐς νύκτα κώφωσις, περὶ δὲ πρώτην καὶ εἰκοστὴν πλευροῦ ἀριστεροῦ βάρος δι' ὅλου μετ' ὀδύνης, σμικρὰ ἐπέβησεν, οὖρα δὲ πάχος ἔχοντα, θολερὰ, ὑπέρυθρα, κείμενα οὐ καθίστατο. τὰ δ' ἄλλα κουφοτέρως, οὐκ ἄπυρος, αὖθις ἐξ ἀρχῆς φάρυγγα ἐπωδύνως. ἔρευθος, κίων ἀνεσπασμένος, ῥεῦμα δριμὺ. δακνῶδες, ἁλμυρῶδες διὰ τέλεος παρέμενε, περὶ δὲ εἰκοστὴν ἑβδόμην (678) ἄπυρος, οὔροισιν ὑπόστασις, πλευρὰν ἤλγεεν. περὶ δὲ πρώτην καὶ τριακοστὴν, πῦρ ἐλάβετο. κοιλίη χολώδεσιν ὑπεταράχθη. ἤμεσε τῇ τεσσαρακοστῇ ὀλίγα χολώδεα. ἐκρίθη τελέως ἄπυρος τῇ ὀγδοηκοστῇ.

[108] || [Ἄῤῥωστος ἕκτος.] Κλεονακτίδην, ὃς κατέκειτο ἐπάνω τοῦ Ἡρακλείου, πῦρ ἔλαβε πεπλανημένως, ἤλγει δὲ καὶ κεφαλὴν ἐξ ἀρχῆς καὶ πλευρὸν ἀριστερὸν, καὶ τῶν

Decimo octavo sitibunda fuit, lingua retorrida, non dormivit, multum deliravit, crurum dolor infestavit. Ad vigesimum mane parvo suborto rigore sopor tenuit, placide dormivit, biliosa pauca, nigra vomuit, sub noctem surditas oborta est. Circiter vero vigesimum primum sinistrum latus undique gravitas cum dolore occupavit, parva insuper suborta tussi, urinae crassae, turbulentae, subrubrae, quae depositae non subsederunt. Caetera vero levius habuit, neque a febre immunis fuit. Statim per exordia faucium dolor et rubor adfuit, columella contracta fuit fluxio acris, mordax et salsa ad extremum perseveravit. Ad vigesimum septimum diem febre libera, urinae cum sedimento aderant, latus aliquantulum doluit. Ad trigesimum vero quartum febris corripuit, alvum biliosa conturbarunt. Quadragesimo pauca biliosa vomuit. Octogesimo judicatione prorsus est absoluta et febre liberata.

[*Aeger sextus.*] Cleonactidem qui supra Heraclium decumbebat, ignis hoc est febris vehemens, vago et incerto quodam ordine prehendit. Capitis et lateris sinistri circa

Ed. Chart. IX. [108.] Foës. II. 982. Ed. Lind. I. (678.)

ἄλλων πόνοι κοπιώδεα τρόπον. οἱ πυρετοὶ παροξυνόμενοι, ἄλλοτε ἀλλοίως ἀτάκτως. ἱδρῶτες ὁτὲ μὲν, ὁτὲ δ' οὔ, τὰ μὲν πλεῖστα ἐπεσήμαινον οἱ παροξυσμοὶ, ἐν κρισίμοισι μᾶλλον. περὶ δὲ εἰκοστὴν τετάρτην χεῖρας ἄκρας ἐψύχετο, ἤμεσε χολώδεα ξανθὰ, ὑπόσυχνα, μετ' ὀλίγον δὲ ἰώδεα, πάντων ἐκουφίσθη. περὶ δὲ τριακοστὴν ἐόντι ἤρξατο ἀπὸ ῥινῶν αἱμοῤῥαγεῖν ἐξ ἀμφοτέρων καὶ ταῦτα πεπλανημένως κατ' ὀλίγον μέχρι κρίσιος. οὐκ ἀπόσιτος δὲ οὐδὲ διψώδης παρὰ πάντα τὸν χρόνον, οὐδὲ ἄγρυπνος. οὖρα δὲ λεπτὰ, οὐκ ἄχροα. περὶ δὲ τεσσαρακοστὴν ἐὼν οὔρησεν ὑπέρυθρα. ὑπόστασιν πολλὴν, λείην ἐρυθρὴν ἔχοντα. ἐκουφίσθη, μετὰ δὲ ταῦτα ποικίλως τὰ τῶν οὔρων ὁτὲ μὲν ὑπόστασιν εἶχεν, ὁτὲ δὲ οὔ. ἑξηκοστῇ οὔροισιν ὑπόστασις πολλὴ καὶ λευκὴ καὶ λείη. ξυνέδωκε πάντα, πυρετοὶ διέλιπον, οὖρα λεπτὰ μὲν, εὔχροα δέ. ἑβδομηκοστῇ ἄπυρος διέλιπεν ἡμέρας δέκα. ὀγδοηκοστῇ ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν.

initia dolor adfuit, caeterorumque membrorum perinde ac ex lassitudine labores. Febrium accessiones aliae subinde absque ullo ordine, et nunc quidem sudores, nunc vero minime. Febrium insultus ut plurimum diebus decretoriis fere invadebant. Ad vigesimum quartum diem extremae manus frigescebant, vomitione refusa sunt biliosa, flava, subfrequentia, non longe vero post, virulenta, quibus omnibus levatus est. Circiter trigesimum sanguis fluere ex utraque nare coepit, idque inconstanter paulatim ad judicationem usque, sed nec cibum aversabatur, nec siticulosus toto tempore fuit, neque vero insomnia torquebatur, urinae tenues, non tamen decolores erant. Ad quadragesimum vero subrubra minxit, cum sedimento multo rubro, levius habuit. Post quae varie se habuerunt urinae, ut quae interdum sedimentum haberent, interdum vero nequaquam. Sexagesimo urinis sedimentum multum, album et laeve adfuit, remissa sunt omnia, febris intermisit. Urinae vero iterum tenues quidem, boni coloris tamen. Die septuagesimo a febre liber fuit, quae dies decem intermisit. Octogesimo rigore oborto febris acuta prehendit, sudor multus,

Ed. Chart. IX. [108—110.] Foef. II. 982—984. Ed. Lind. I. (679.)
ἵδρωσε πολλῷ. (679) οὔροισιν ὑπόστασις ἐρυθρὴ, λείη. τελείως ἐκρίθη.

[109] || [Ἄῤῥωστος ἕβδομος.] Μέτωνα πῦρ ἔλαβεν, ὀσφύος βάρος ἐπώδυνον. δευτέρῃ ὕδωρ πιόντι ὑπόαυχρον, ἀπὸ κοιλίης καλῶς διῆλθεν. τρίτῃ κεφαλῆς βάρος. διαχωρήματα λεπτὰ, χολώδεα, ὑπέρυθρα. τετάρτῃ πάντα παρωξύνθη. ἐῤῥύη ἀπὸ δεξιοῦ μυκτῆρος αἷμα δὶς ὀλίγον. νύκτα δυσφόρως. διαχωρήματα ὅμοια τῇ τρίτῃ. οὖρα ὑπομέλανα εἶχεν. ἐναιώρημα ὑπόμελαν ἐὸν διεσπασμένον οὐχ ἱδρύετο. πέμπτῃ ἐῤῥύη λαῦρον ἐξ ἀριστεροῦ ἄκρητον. ἵδρωσεν, ἐκρίθη, μετὰ δὲ κρίσιν ἄγρυπνος παρέλεγεν. οὖρα λεπτὰ ὑπομέλανα. λουτροῖσιν ἐχρήσατο κατὰ κεφαλῆς, ἐκοιμήθη, κατενόει, τούτῳ οὐχ ὑπέστρεψεν, ἀλλ' ᾑμοῤῥάγη πολλάκις καὶ μετὰ κρίσιν.

[110] || [Ἄῤῥωστος ὄγδοος.] Ἐρασινὸν, ὃς ᾤκει παρὰ Βοώτου χαράδρην, πῦρ ἔλαβε μετὰ δεῖπνον, νύκτα ταραχώδης. ἡμέρην τὴν πρώτην δι' ἡσυχίης, νύκτα ἐπιπόνως. δευ-

urinis fedimentum rubrum, laeve adfuit. Quibus perfecta judicatio fucceffit.

[*Aeger feptimus.*] Metonem ignis, hoc eft febris vehemens, prehendit cum lumborum gravitate et dolore. Poftridie ex liberaliore aquae potu alvus recte demifit. Tertio capitis gravitas tenuit, dejectiones tenues, biliofae, aliquantulum rubentes prodierunt. Quarto exafperata funt omnia, bis ex nare dextra fanguis paulatim effluxit, nox laboriofa, dejectiones eaedem quae die tertio, urinae nigricantes, quae fublime quiddam in medio innatans, fubnigrum divulfum nec fubfiftens habebant. Quinto die ex nare finiftra liberaliter fanguis fincerus effluxit, fudore oborto judicatus eft. Poft judicationem autem cum pervigilio praeter rationem loquebatur, urinae tenues et nigricantes erant. Poft capitis perfufiones quievit, mente conftitit. Huic morbus non revertit, verum etiam poft judicationem crebro fanguis e naribus erupit.

[*Aeger Octavus.*] Erafinum qui ad Bootae torrentem habitabat, febris a coena vehemens corripuit, noctem turbulentam transegit. Primus dies quietus fuit, nox laboriofa.

τέρῃ πάντα παρωξύνθη, ἐς νύκτα παρέκρουσε. τρίτῃ ἐπιπόνως, παρέκρουσε πολλά. τετάρτῃ δυσφορώτατα, ἐς δὲ τὴν νύκτα οὐδὲν ἐκοιμήθη, ἐνύπνια καὶ λογισμοί. ἔπειτα χείρω, μεγάλα καὶ ἐπίκαιρα, φόβος, δυσφορίη. πέμπτῃ πρωῒ κατήρτητο καὶ κατενόει πάντα. πουλὺ δὲ πρὸ μέσου ἡμέρης ἐξεμάνη. κατέχειν οὐκ ἠδύνατο, ἄκρεα ψυχρὰ ὑποπέλια, οὖρα ὑπέστη, ἀπέθανε περὶ ἡλίου δυσμάς. τούτῳ οἱ πυρετοὶ διὰ τέλεος ξὺν ἱδρῶτι. (680) ὑποχόνδρια μετέωρα, ξύντασις μετ' ὀδύνης. οὖρα δὲ μέλανα ἔχοντα ἐναιωρήματα στρογγύλα, οὐχ ἱδρύετο. ἀπὸ δὲ κοιλίης κόπρανα διῄει, δίψα διὰ τέλεος οὐ λίην. σπασμοὶ δὲ πολλοὶ ξὺν ἱδρῶτι περὶ θάνατον.

[111] || [Ἄῤῥωστος ἔνατος.] Κρίτωνι ἐν Θάσῳ, ποδὸς ὀδύνη ἤρξατο ἰσχυρὴ ἀπὸ δακτύλου τοῦ μεγάλου. ὀρθοστάδην περιιόντι, κατεκλίθη αὐθήμερον, φρικώδης, ἀσώδης, μικρὰ ὑποθερμαινόμενος, νύκτα παρεφρόνησε. δευτέρῃ οἴδημα δι' ὅλου τοῦ ποδὸς, καὶ περὶ σφυρὸν ὑπέρυθρον μετὰ ξυν-

Postridie ingravescentibus omnibus sub noctem deliravit. Tertio die laboriose habuit, multum deliravit. Quarto gravissime, per noctem vero nihil dormivit, somnia aderant et ratiocinationes, deinde deteriora magna et imprimis animadvertenda, timor et magna corporis incontinentia. Quinto mane compositus erat, omninoque ad intelligentiam redierat. Ad meridiem vero valde insanivit, neque se cohibere poterat, summa corporis frigida et liventia, urinae crudae, sub solis occasum defunctus est. Huic ad extremum usque febres cum sudore aderant, praecordiorum tumor et contensio non sine dolore. Urinae vero nigrae, sublimia quaedam in medio innatantia rotunda habebant, neque subsidebant, et ex alvo stercora demissa sunt. Sitis continua non magna tamen. Convulsiones cum sudore sub mortem multae.

[*Aeger nonus.*] In Thaso Critoni erecto et obambulanti pes vehementer dolere ex pollice coepit, eodem die decubuit cum horrore et stomachi fastidio aliquantulum incalescens, sub noctem desipuit. Postridie per totum pedem et ad talum tumor subruber et contensus, pustulae parvae ni-

Ed. Chart. IX. [111. 112.] Foes. II. 985. 986. Ed. Lind. Γ. (680. 681.)
τάσιος. φλυκταινίδια μέλανα, πυρετὸς ὀξὺς, ἐξεμάνη. ἀπὸ δὲ κοιλίης, ἄκρητα, χολώδεα, ὑπόσυχνα διῆλθεν. ἀπέθανεν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς δευτεραῖος.

[112] [Ἄῤῥωστος δέκατος.] Τὸν Κλαζομένιον, ὃς κατέκειτο παρὰ τὸ Φρυνιχίδεω φρέαρ, πῦρ ἔλαβεν. ἤλγει δὲ κεφαλὴν, τράχηλον, ὀσφῦν ἐξ ἀρχῆς, αὐτίκα δὲ κώφωσις, ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβεν, ὑποχόνδριον ἐπῆρτο μετ' ὄγκου; || οὐ λίην σύντασις, γλῶσσα ξηρή. τετάρτῃ ἐς νύκτα παρεφρόνησε. πέμπτῃ ἐπιπόνως καὶ πάντα παρωξύνθη. περὶ δὲ ἑνδεκάτην σμικρὰ ἐνέδωκεν. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐξ ἀρχῆς καὶ μέχρι τεσσαρεσκαιδεκάτην λεπτὰ, πολλὰ, ὑδατόχροα διῄει. εὐφόρως τὰ περὶ διαχώρησιν διῆγεν. ἔπειτα κοιλίη ἐπέστη, οὖρα διὰ τέλος λεπτὰ μὲν, εὔχροα δὲ καὶ πολλὰ εἶχεν ἐναιωρήματα ὑποδιεσπασμένον οὐχ ἱδρύετο. περὶ δὲ ἕκτην καὶ δεκάτην οὔρησεν ὀλίγῳ παχύτε(681)ρα. εἶχε σμικρὴν ὑπό-

grae, febris acuta, insania correptus est. Ex alvo mere biliosa plurima processerunt. Postridie ex quo laborare coeperat mortuus est.

[*Aeger decimus.*] Clazomenius, qui ad Phrynichidae puteum decumbebat, igne h. e. vehementissima febre correptus, per exordia ex capite, cervice et lumbis dolere coepit. Confestim surditas invasit, neque somni aderant, febris acuta prehendit, praecordium in tumorem sublatum fuit, neque valde contensum, lingua arida. Die quarto sub noctem deliravit. Quinto cum molestia exasperata sunt omnia, ad undecimum vero aliquantulum remiserunt, alvus ab initio ad decimum quartum usque multa, tenuia, aquae similia transmittebat. Quod ad dejectiones attinet, commode habebat, deinde alvus suppressa est. Urinae per totum morbum tenues quidem, boni tamen coloris erant et sublime quiddam in medio innatans multum, nonnihil dispersum habebant, neque subsidebant. Ad decimum sextum paulo crassiores urinas reddidit, quibus paulum inerat sedimenti, nonnihil allevatus est, meliusque sibi constabat. Decimo septimo rursus tenues profluxerunt, secundum utramque aurem tumor

Ed. Chart. IX. [112. 113.] Foes. II. 986. 987. Ed. Lind. I. (681.)

στασιν, ἐκούφισεν ὀλίγῳ, κατενόει μᾶλλον. ιζʹ δὲ πάλιν λεπτὰ, παρὰ δὲ τὰ οὔατα ἀμφότερα ἐπήρθη ξὺν ὀδύνῃ. ὕπνοι οὐκ ἐνῆσαν, παρελήρει, περὶ δὲ τὰ σκέλεα ἐπωδύνως εἶχε. κʹ ἄπυρος ἐκρίθη, οὐχ ἵδρωσε, πάντα κατενόει. περὶ δὲ κζʹ ἰσχίου ὀδύνη δεξιοῦ ἰσχυρῶς. διὰ ταχέων ἐπαύσατο. τὰ δὲ παρὰ τὰ οὔατα οὔτε καθίστατο οὔτε ἐξεπύει, ἤλγεε δέ. περὶ δὲ τὴν λαʹ διάῤῥοια πολλοῖσιν ὑδατώδεσι μετὰ δυσεντεριωδέων. οὖρα παχέα οὔρει, κατέστη παρὰ τὰ ὦτα. περὶ δὲ τὴν μʹ ὀφθαλμὸν δεξιὸν ἤλγει. ἀμβλύτερα ἑώρα, κατέστη.

[113] || [*Ἄῤῥωστος ἑνδέκατος.*] *Τὴν Δρομεάδεω γυναῖκα, θυγατέρα τεκοῦσαν καὶ τῶν ἄλλων πάντων γενομένων κατὰ λόγον δευτεραίην ἐοῦσαν ῥῖγος ἔλαβε, πυρετὸς ὀξύς. ἤρξατο δὲ πονέειν τὴν πρώτην περὶ ὑποχόνδριον, ἀσώδης, φρικώδης, ἀλύουσα, καὶ τὰς ἐχομένας οὐχ ὕπνωσε. πνεῦμα ἀραιὸν, μέγα, αὐτίκα ἀνεσπασμένον. βʹ, ἀφʼ ἧς ἐῤῥίγωσεν*

cum dolore subortus est, somni non aderant, delirabat, crurum dolore vexabatur. Vigesimo judicatione a febre vindicatus est, non sudavit, omninoque ad intelligentiam rediit. Circa vigesimum septimum vehemens coxendicis dolor obortus statimque sedatus est. Quae autem ad aures erant tubercula neque conquiescebant, neque suppurabant, verum dolebant. Ad trigesimum primum ex alvi prosluvio, aquosa excrementa multa et cujusmodi in difficultate intestinorum esse solent, prodierunt, crassas urinas reddidit, tubercula circa aures conquieverunt. Circa quadragesimum vero oculi dextri dolor subortus est, hebetior visus fuit, constitit.

[*Aeger undecimus.*] Dromeadae conjugem, postquam filiam peperisset, caeteraque omnia rite atque ordine procederent, postridie rigor cum febre acuta prehendit. Primo statim die praecordii dolor invasit, non sine stomachi fastidio, horrore, magnaque corporis incontinentia, neque iis qui post consecuti sunt diebus somnum capere potuit. Spiratio rara, magna subitoque revulsa ac velut retracta fuit.

ἀπὸ κοιλίης καλῶς κόπρανα διῆλθεν. οὖρα παχέα, λευκὰ, θολερὰ, οἷα γίνεται ἐκ τῶν καθισταμένων, ὅταν ἀναταραχθῇ κείμενα χρόνον πουλύν. οὐ καθίστατο, νύκτα οὐκ ἐκοιμήθη. τρίτη περὶ μέσον ἡμέρης ἐπεῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξὺς, οὖρα ὅμοια. ὑποχονδρίου πόνος, ἀσώδης, νύκτα δυσφόρως οὐκ ἐκοιμήθη. ἵδρωσε δι᾽ ὅλου ὑπόψυχρα, ταχὺ δὲ πάλιν ἀνεθερμάνθη. (682) δ΄ περὶ μὲν ὑποχόνδρια μικρὰ ἐκουφίσθη. κεφαλῆς δὲ βάρος μετ᾽ ὀδύνης ὑπεκαρώθη, ἔσταξε μικρὰ ἀπὸ ῥινῶν. γλῶσσα ἐπίξηρος, διψώδης, οὖρα λεπτὰ ἐλαιώδεα, σμικρὰ ἐκοιμήθη. ε΄ διψώδης, ἀσώδης, οὖρα ὅμοια, ἀπὸ κοιλίης οὐδὲν, περὶ δὲ μέσον ἡμέρης πολλὰ παρέκρουσε, καὶ πάλιν ταχὺ σμικρὰ κατενόει. ἀνισταμένη ὑπεκαρώθη, ψύξις μικρὰ, νυκτὸς ἐκοιμήθη, παρέκρουσε. στ΄ πρωῒ ἐπεῤῥίγωσε. ταχὺ δὲ διεθερμάνθη, ἵδρωσε δι᾽ ὅλου ἄκρεα ψυχρὰ, παρέκρουσε, πνεῦμα μέγα ἀραιὸν, μετ᾽ ὀλίγον σπασμοὶ ἀπὸ κεφαλῆς ἤρξαντο, ταχὺ ἀπέθανεν.

Postridie ejus diei quo rigor cepit, ex alvo commode stercora processerunt, urinae crassae, albae, turbulentae, cujusmodi esse solent quae subsederunt, ubi in matella multo tempore depositae returbantur, neque subsidebant, noctu nihil dormivit. Tertio ad meridiem novo suborto rigore febris acuta prehendit, urinae similes, praecordii dolor, stomachi fastidium et nausea aderant, nox difficilis fuit, neque dormivit, sudor per totum corpus frigidus diffusus est, statim tamen rursus ad calorem rediit. Quarto praecordii dolor aliquantum remisit, sed una cum dolore capitis gravitas adfuit, sopore nonnihil detenta est, nares paucum stillarunt sanguinem, lingua valde resiccata, sitibunda fuit, urinae tenues, oleosae, parum dormivit. Quinto siticulosa, nauseabunda, urinae eaedem, ex alvo nihil secessit, circa meridiem valde deliravit, confestimque rursus parum ad intelligentiam rediit, ubi surrexisset, sopore detenta est, paulum perfrixit, nocte dormivit, deliravit. Sexto die mane novus subortus est rigor celeriterque recaluit, sudor toto corpore dimanavit, extrema frigescebant, deliravit, spiratio magna et rara fuit. Paulo post convulsionibus a capite subortis celeriter defuncta est.

Ed. Chart. IX. [114.] Foës. II. 988. 989. Ed. Lind. I. (682. 683.)

[114] || [Ἄῤῥωστος δωδέκατος.] Ἄνθρωπος θερμαινόμενος ἐδείπνησε καὶ ἔπιε πλέον, ἤμεσε πάντα νυκτὸς, πυρετὸς ὀξύς. ὑποχονδρίου δεξιοῦ πόνος, φλεγμονὴ ὑπολάπαρος ἐκ τοῦ εἴσω μέρεος, νύκτα δυσφόρως. οὖρα δὲ κατ᾽ ἀρχὰς πάχος ἔχοντα, ἐρυθρὰ, κείμενα οὐ καθίστατο. γλῶσσα ἐπίξηρος, οὐ λίην διψώδης. δ´ πυρετὸς ὀξύς. πόνοι πάντων. ε´ οὔρησε λεῖον ἐλαιῶδες πουλύ. πυρετὸς ὀξύς. στ´ δείλης πολλὰ παρέκρουσεν. || οὐδὲ ἐς νύκτα ἐκοιμήθη. ζ´ πάντα παρωξύνθη, οὖρα ὅμοια, λόγοι πολλοὶ, κατέχειν οὐκ ἠδύνατο. ἀπὸ δὲ κοιλίης ἐρεθισμῷ ὑγρὰ ταραχώδεα διῆλθε μετὰ ἑλμίνθων. νύκτα ὁμοίως ἐπιπόνως, πρωῒ δὲ ἐῤῥίγωσε, πυρετὸς ὀξύς. ἵδρωσε θερμῷ, ἄπυρος ἔδοξε γενέσθαι, οὐ πολὺ ἐκοιμήθη, ἐξ ὕπνου ψύξις. πτυαλισμὸς, δείλης πολλὰ παρέ(683)κρουσε, μετ᾽ ὀλίγον δὲ ἤμεσε μέλανα, ὀλίγα χολώδεα. θ´ ψύξις, παρελήρει πολλὰ, οὐχ ὕπνωσε. δεκάτῃ σκέλεα ἐπωδύνως, πάντα παρωξύνθη, παρελήρει. ια´ ἀπέθανεν.

[*Aeger duodecimus.*] Incalescens quidam coenavit bibitque largius, nocte omnibus vomitu refusis febris acuta prehendit cum praecordii dextri dolore, inflammatio subinanis ad interna vergebat, nox molesta et difficilis fuit. Urinae vero per initia crassae, rubrae, quae in matula depositae non subsidebant, lingua valde resiccata, non admodum erat siticulosus. Quarto die febris acuta invasit, undique dolores urgebant. Quinto minxit laeve, oleosum, multum, febris acuta detinebat. Sexto ad vesperam plurimum deliravit, neque nocte dormivit. Septimo exasperata sunt omnia, urinae similes erant, verba multa profundebat, neque se continere poterat. Ex alvo irritata liquida et turbulenta cum lumbricis secesserunt, nox perinde laboriosa fuit. Mane vero ex rigore febris prehendit acuta, sudor calidus subsecutus est, ex quo sine febre esse visus est, non multum quievit. Ex somno perfrictio, crebra spiratio, ad vesperam multum deliravit. Paulo post vero nigrorum, paucorum biliosorum vomitus est subsecutus. Nono perfrictio, magnum delirium, neque dormivit. Decimo crurum dolor invasit, ingravescebant omnia, desipuit. Undecimo mortuus est.

[115] || [Ἄῤῥωστος τρισκαιδέκατος.] Γυναῖκα, ἣ κατέκειτο ἐν ἀκτῇ, τρίμηνον πρὸς ἑωυτὴν ἔχουσα πῦρ ἔλαβε. αὐτίκα τε ἤρξατο πονέειν ὀσφῦν. γʹ πόνος τραχήλου, κεφαλῆς, κατὰ κληῗδα χεῖρα δεξιήν. διὰ ταχέων δὲ γλῶσσα ἠφώνει. δεξιὴν χεῖρα παρελύθη μετὰ σπασμοῦ, παραπληκτικὸν τρόπον παρελήρει πάντα. νύκτα δυσφόρως οὐκ ἐκοιμήθη. κοιλίη ἐταράχθη χολώδεσιν ἀκρήτοισιν ὀλίγοισιν. δʹ γλῶσσα φωνῆς ἐλύθη, σπασμοὶ τῶν αὐτῶν πόνοι πάντων παρέμενον. κατὰ ὑποχόνδριον ἔπαρμα ξὺν ὀδύνῃ, οὐκ ἐκοιμᾶτο. παρέκρουσε πάντα, κοιλίη ταραχώδης, οὖρα λευκὰ, οὐκ εὔχροα. εʹ πυρετὸς ὀξὺς, ὑποχονδρίου πόνος. παρέκρουσε πάντα, διαχωρήματα χολώδεα, ἐς νύκτα ἵδρωσεν, ἄπυρος. ϛʹ κατενόει, πάντων ἐκουφίσθη. περὶ δὲ κληῗδα ἀριστερὴν πόνος παρέμενε, διψώδης, οὖρα λεπτὰ, οὐκ ἐκοιμήθη. ζʹ τρόμος, ὑπεκαρώθη, σμικρὰ παρέκρουσεν ἀλγήματα κατὰ κληῗδα καὶ

[*Aeger decimus tertius.*] Mulier quaedam, quae in littore decumbebat, trimestri foetu gravida, igne, hoc est vehemente febre correpta est, statimque ex lumbis dolor invasit. Die tertio cervicem, caput, circa jugulum manumque dextram dolor occupavit. Celeriter vero lingua voce defecta est, manus dextra non sine convulsione elanguit, quale quid in partium resolutionibus levibusque siderationibus contingere solet, deliravit prorsus, nox difficilis et laboriosa fuit, neque dormivit, ex conturbata alvo biliosa, sincera et pauca secesserunt. Quarto linguae vox soluta, eorundem convulsiones et undique dolores perdurabant, praecordia cum tumore dolor occupavit, somnum non capiebat, prorsus deliravit, alvi perturbatio aderat, urinaeque tenues nec probati coloris reddebantur. Quinto febris acuta prehendit cum praecordiorum dolore, penitus deliravit, alvi recrementa biliosa erant, sub noctem sudor obortus est et a febre vindicata. Sexto ad mentem rediit, allevarunt omnia, ad jugulum vero sinistrum perseverabat dolor, sitibunda erat, urinas tenues reddidit, neque quievit. Septimo tremor corripuit, aliquantulum soporata est, nonnihil deliravit, juguli

βραχίονα ἀριστερὸν παρέμενε. τὰ δ' ἄλλα διεκούφισε, πάντα κατενόει. τρὶς δὲ διέλιπεν ἄπυρος. ια' ὑπέστρεψεν, ἐπεῤῥίγωσε, πῦρ ἔλα(684)βε. περὶ δὲ ιδ' ἤμεσε χολώδεα ξανθὰ, ὑπόσυχνα, ἵδρωσεν, ἄπυρος ἐκρίθη.

[116] || [Ἄῤῥωστος τεσσαρεσκαιδέκατος.] Μελιδίη, ἣ κατέκειτο παρὰ τὸ τῆς Ἥρης ἱερὸν, ἤρξατο κεφαλῆς καὶ τραχήλου καὶ στήθεος πόνος ἰσχυρός. αὐτίκα δὲ πυρετὸς ὀξὺς ἔλαβε. γυναικεῖα δὲ σμικρὰ ἐπεφαίνετο. πόνοι τουτέων πάντων ξυνεχέες. ἕκτη κωματώδης, ἀσώδης, φρικώδης, ἐρύθημα ἐπὶ γνάθῳ, σμικρὰ παρέκρουσε. ζ' ἵδρωσε, πυρετὸς διέλιπεν, οἱ πόνοι παρέμενον, ὑπέστρεψεν, ὕπνοι σμικροὶ, οὖρα διὰ τέλεος εὔχροα μὲν, λεπτὰ δέ. διαχωρήματα λεπτὰ, χολώδεα, δακνώδεα, κάρτα ὀλίγα μέλανα, δυσώδεα διῆλθεν, οὔροισιν ὑπόστασις λευκὴ, λείη, ἵδρωσεν. ἐκρίθη τελέως ἑνδεκαταίη.

et brachii finiftri dolores perfeveraverunt, caetera vero allevarunt, ad fe plane rediit. Tribus autem diebus defecit febris ab eaque immunis vifa eft, undecimo rediit et novo infuper orto rigore febris vehemens corripuit. Ad decimum vero quartum diem biliofa, flava, crebra vomitione funt refufa, obortoque fudore a febre judicatione eft liberata.

[*Aeger decimus quartus.*] Melidia, quae ad Junonis aedem decumbebat, ex capite, cervice et pectore vehementer dolere coepit, confeftimque febris acuta prehendit. Menftruae vero purgationes paucae vifae funt, horumque omnium continentes erant dolores. Sexto die profundus eam fopor corripuit, ftomachi faftidium et aeftuatio, horror, malarum rubor, deliravit. Septimo profufo fudore febris intermifit, dolores perfeverabant, febris rediit, fomni parvi aderant. Urinae per totum morbum laudabilis fuere coloris, caeterum tenues. Alvi recrementa tenuia, biliofa, mordacia admodum pauca, nigra, graveolentia prodierunt. In urinis fubfederunt alba et laevia, fudor dimanavit, die undecimo judicatione integre eft abfoluta.

Ed. Chart. IX. [118. 119.] Foes. II. 994—996. Ed. Lind. I. (684. 685.)

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

[118] || [ΤΜΗΜΑ ΠΡΩΤΟΝ.] Ἄνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου. ἐγένετο δὲ μᾶλλον νότῳ, καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ἐν τῷ δέρματι ἰχῶρες. ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον· εἶτα φλυκταινίδες, ὥσπερ πυρίκαυστοι διανίσταντο καὶ ὑπὸ τὸ δέρμα καίε(685)σθαι ἐδόκεον. ἐν καύμασιν ἀνυδρίης. οἱ πυρετοὶ ἀνιδρῶτες τὰ πλεῖστα. ἐν τουτέοισιν δὲ ἢν ἐπιψεκάσῃ, ἱδρωτικώτεροι γίνονται κατ' ἀρχάς. ταῦτα δυσκριτώτερα μένει ἢ ἄλλως. ἀτὰρ ἧσσον, εἰ μὴ εἴη διὰ ταῦτα, ἀλλὰ διὰ τῆς νόσου τὸν τρόπον.

|| Οἱ καῦσοι ἐν τῇσι θερινῇσι μᾶλλον γίνονται καὶ ἐν τῇσιν ἄλλῃσιν ὥρῃσιν. ἐπιξηραίνονται δὲ μᾶλλον θέρεος.

[119] || Φθινοπώρου μάλιστα θηριώδεες καὶ ἡ καρδιαλγία, καίτοι καὶ αὐτὴ ἧσσον κακουργέοι ἄν, αὐτοῦ τοῦ

HIPPOCRATIS DE MORBIS VULGARIBUS LIBER SECUNDUS.

[SECTIO PRIMA.] Cranone carbunculi aestate grassabantur. Per magnos aestus affatim et continenter compluit, idque ab austro magis. Sanies quidem plurima cuti subnascebatur, quae intro conclusa dum incalesceret, pruriginem excitabat. Deinde vero in pustulas erumpebat iis affines, quae in ambustis fieri solent. Tantus inerat sub cute ardoris sensus, ut uri viderentur. Magnis et squalidis aestibus febres, ut plurimum sine sudoribus: in quibus si levior imber guttatim defluxerit aut stillaverit, copiosiores statim sudores in febribus fiunt. Haec diuturniorem et difficiliorem morbi solutionem habent quam si aliter contingerent. Minus tamen nisi si haec ab hoc rerum statu, sed et ex morbi natura procederent.

Aestatis temporibus plurimum oriuntur febres ardentes, et si aliis quoque. Aestate tamen sicca et exaestuante contrahuntur magis et increscunt.

Autumnus sua feritate et malignitate interaneorum animalia maxime gignit orisque ventriculi dolorem, qui tamen

νοσήματος τουτέου ἐόντος. αἱ ἀσκάριδες δείλης ὁμοίως τούτῳ, καὶ ἐκεῖνα τηνικαῦτα ὀχλέουσι τῆς ἡμέρης τὰ πλεῖστα, οὐ μόνον διὰ τὸ μᾶλλον πονέειν, ἀλλὰ καὶ αὐταὶ διὰ σφᾶς ἑωυτάς.

Ἐν φθινοπώρῳ ὀξύταται νόσοι καὶ θανατωδέσταται. τὸ ἐπίπαν ὅμοιον τῷ δείλης παροξύνεσθαι. ὡς τοῦ ἐνιαυτοῦ περίοδον ἔχοντος τῶν νούσων, οἷον ἡ ἡμέρη τῆς νούσου, οἷον τὸ δείλης παροξύνεσθαι. τοιοῦτον τῆς νόσου || καὶ ἑκάστης καταστάσιος πρὸς ἀλλήλας, ὅταν μή τι νεωτεροποιηθῇ ἐν τῷ ἄνω εἴδει. εἰ δὲ μὴ, ἄλλης ταῦτα καταστάσιος ἂν ἄρχοι. ὥστε καὶ τὸν ἐνιαυτὸν πρὸς ἑωυτὸν οὕτως ἔχειν.

Ἐν τοῖσι καθεστεῶσι καιροῖσι καὶ ὡραίως τὰ ὡραῖα ἀποδιδοῦσιν ἔτεσιν εὐστάθεες καὶ εὐκρινέστατοι αἱ νοῦσοι, ἐν δὲ τοῖσιν ἀκαταστάτοισιν ἀκατάστατοι καὶ δύσκριτοι. ἐν γοῦν Περίνθῳ ὅταν τι ἐκλίπῃ ἢ πλεονάσῃ ἢ πνευμάτων ἢ μὴ πνευμάτων ἢ ὑδάτων ἢ αὐχμῶν ἢ καυμάτων ἢ (686)

in ejusmodi morbo minus infestus est. Lumbrici tenues, ascarides dicti, vespere maxime, cui analogia quodammodo respondet autumnus, infestant. Affligunt vero ut plurimum hac diei parte, non solum doloris ratione, qui tunc magis urget, sed suopte quodam impetu.

Autumnus acutissimos morbos et maxime exitiales gignit. Qui in eo quod accessiones vespere moveat, eam omnino habet affectionem ad annum totum, morborum velut reversiones et circuitus habentem, quam vespertinae accessiones ad eam in qua fiunt, morbi diem. Tale quid evenit, ubi morbus et temporis circumscriptio sibi mutuo responderint: dum ne quid in sublimi illa natura innovetur. Quod si accidat, ista in alium temporis statum erumpent, quo et plurimum poterunt et valebunt. Ut necesse sit, annum ipsum et anni partes sic se invicem habere.

Constantibus et certis temporibus et annorum tempestiva tempestivitate morbi qui facile solvantur et consistant gignuntur. Incertis vero et inconstantibus, qui neque facile solvantur neque consistant. Quale quid in Perintho accidit, ubi ventorum flatus aut ab his quies et cessatio aut imbres aut siccitates aut vehementes aestus aut algores exuperarint

ψύξεων. τὸ δὲ ἔαρ τὸ ἐπίπαν ὑγιεινότατον καὶ ἥκιστα θανατῶδες.

|| Πρὸς τὰς ἀρχὰς σκεπτέον τῶν νούσων, εἰ αὐτίκα ἀνθεῖ. δῆλον δὲ τῇ ἐπιδόσει. τὰς δὲ ἐπιδόσιας τῇσι περιόδοισι, καὶ αἱ κρίσιες ἐντεῦθεν δῆλοι, καὶ τοῖσι ἐν τῇσι περιόδοισι παροξυσμοῖσιν, εἰ πρωϊαίτερον ἢ οὔ, καὶ εἰ πλείονα χρόνον ἢ οὔ, καὶ εἰ μᾶλλον ἢ οὔ. πάντων δὲ τῶν συνεχέων ἢ διαλειπόντων χρονίων καὶ τρωμάτων καὶ πτυέλων ὀδυνωδέων, καὶ φυμάτων φλεγμοναὶ, καὶ ὅσα ἄλλα ἐπιφαίνονται ὕστερον, ἴσως δὲ καὶ ἄλλων πρηγμάτων κοινῶν, τὰ μὲν θᾶσσον βραχύτερα, τὰ δὲ βραχύτερον μακρύτερα, καὶ ἐν περιόδοισι τὸ ἐπιπρωϊαίτερον, καὶ ἄλλης ἐπιδόσιος ἀπαυδώσης τῆς νόσου. καὶ γὰρ τῶν παραχρῆμα ἀπολλυμένων ταχύτεραι αἱ κρίσιες, ὅτι ταχέες οἱ πόνοι καὶ ξυνεχέες καὶ ἰσχυροί. τὰ δὲ κρίνοντα ἐπὶ τὸ βέλτιον μὴ αὐτίκα ἐπιφαινέσθω.

aut defecerint. Ver vero faluberrimum omnium eft, et minime exitiale.

Ad dignofcenda morborum principia confiderandum an confeftim confiftendi vigorem habeant. Quod ex incremento manifeftum fiet. Incrementa autem ex ipfis morborum circuitionibus et ambitibus. Ex quibus judicationes etiam ipfae cognofcuntur, atque ex acceffionum, quae in circuitionibus fiunt, inter fe commiffione, num maturius aut diutius aut magis affligant, necne. Ex omnibus autem continuis, aut intermittentibus aut diuturnis vulneribus et fputis cum dolore affligentibus, orientium tuberculorum inflammationes et quaecunque fucceffu quodam in morbis apparent, atque adeo ex his quae vulgo in morbis fiunt, quae celerius quidem, breviorem, quae vero tardius, diuturniorem folutionem indicant: morbo ipfo plerumque eas quae in morborum reverfionibus fiunt acceffionum anticipationes atque alia incrementa denegante. Eorum enim qui confeftim intereunt velociores aliquanto funt judicationes, quod et celeres fint dolores et continentes et validi. Quae autem in melius decernunt et judicant, non ftatim apparere debent.

Ed. Chart. IX. [120.] Foes. II. 999. 1002. Ed. Lind. I. (686. 687.)

[120] || Τὰ κρίσιμα μὴ κρίνοντα τὰ μὲν θανατώδεα, τὰ δὲ δύσκριτα. τὰ προκρινόμενα ἢν ὠμῶς κριθῇ, ὑποστροφαὶ, ἢν δὲ μὴ, ἀκρισίαι, γένοιτο δ' ἂν καὶ ὀλέθρια τὰ μὴ σμικρά. ὅσα κρίσιμα σημεῖα γινόμενα, τὰ αὐτὰ ταῦτα μὴ γινόμενα δύσκριτα. τὰ ἐναντία δὲ σημαίνοντα κακὸν, οὐ μόνον ἢν παλινδρομέῃ, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀρχαίης φύσιος (687) τὰ ἐναντία ῥέποντα, ὥσπερ καὶ τῶν κακῶν σημεῖον ἐπὶ τἀναντία ῥέποντα. θεωρεῖν δὲ οὕτω δεῖ, βρωμάτων, συμπτώσεων φλεβῶν, ὄγκων ὑποχονδρίων, ἀναῤῥοπίων, καταῤῥοπίων. πολλὰ δὲ καὶ τῶν τοιούτων, οἷον, ἀποφθειρουσέων οἱ τιτθοὶ προσισχναίνονται, οὐδὲ γὰρ ἐναντίον οὐδὲ βῆχες χρόνιαι ὅτι ὄρχιος οἰδήσοντος παύονται. ὄρχις οἰδήσας ἀπὸ βηχέων ὑπόμνημα κοινωνίης, στηθέων, μαζῶν, γονῆς, φωνῆς.

|| Ἀποστάσιες ἢ διὰ φλεβῶν ἢ δι' ὀστέων ἢ νεύρων ἢ δέρματος ἢ ἐκτροπέων ἑτέρων. χρησταὶ δὲ αἱ κάτω τῆς νόσου,

Signa judicatoria quae nihil decernunt, partim mortem, partim difficilem morbi solutionem significant. Quae vero praematuram judicationem, dum adhuc cruda sunt, omnia occupant, morborum recidivas convehunt et solutionem omnino malam aut prope nullam portendunt. Perniciosa quoque evadunt si modum excedant. Eorum quae decernere nata sunt, si quae judicatoria non fiant, difficilem solutionem, si quae vero contraria significant, malum indicant. Non ideo tantum quod recurrunt, verum etiam quod priscam naturam exuunt et ad contraria vergunt, non secus ac ea mala sunt quae in contraria transeunt. Id quoque videndum est in cibis, venarum subsidentiis, hypochondriorum tumoribus et his quae sursum aut deorsum feruntur momentis. Multa vero ejusce sunt generis. Velut si in abortiones facturis emacruerint mammae, neque enim hic contrarietas apparet, ut nec si diuturnae tusses in testium tumores desinunt et cessant. Unde fit ut testis ex tussi intumescens nos consensionis quae est geniturae et voci cum pectore et mammis commonefaciat.

Quae abscedere nata sunt ea per venas, ossa, nervos, cutim, aut alia hujusmodi diverticula abscedunt, bonaque

οἷον κιρσοὶ, ὀσφύος βάρεα ἐκ τῶν ἄνω. ἄριστα δὲ μάλιστα αἱ κάτω καὶ αἱ κατωτάτω κοιλίης καὶ προσωτάτω ἀπὸ τῆς νόσου καὶ αἱ κατ' ἔκρουν. οἷον αἷμα ἐκ ῥινῶν, πῦον ἐξ ὠτὸς, πτύαλον, οὖρον, κατ' ἔκρουν. οἷσι μὴ ταῦτα ἀποστάσιες, οἷον ὀδόντες, ὀφθαλμοὶ, ῥὶς, ἱδρώς. ἀτὰρ καὶ τὰ ὑπὸ δέρμα ἀφιστάμενα ἐς τὸ ἔξω φύματα, οἷον ταγγαὶ καὶ τὰ ἐκπυοῦντα ἢ ἕλκος καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξανθήματα, ἢ λοποὶ καὶ μάδισις τριχῶν, ἀλφοὶ, λέπραι, ἢ τὰ τοιαῦτα ὅσα ἀποστάσιες μὲν εἰσιν ἀθρόως ῥεύσασαι, καὶ μὴ ἡμιῤῥόπως, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται, καὶ ἢν μὴ ἀναξίως τῆς περιβολῆς τῆς νόσου, οἷον τῇ Τημενέω ἀδελφιδῇ ἐκ νόσου ἰσχυρῆς, ἐς δάκτυλον ἀπεστήριξεν, οὐχ ἱκανὸν δὲ δέξασθαι τὴν νοῦσον, ἐπαλινδρόμησεν, ἀπέθανεν.

|| Ἀποστάσιες (688) ἢ διὰ φλεβῶν ἢ διὰ κοιλίης ἢ διὰ νεύρων ἢ διὰ δέρματος ἢ κατὰ ὀστέα ἢ κατὰ τὸν νωτιαῖον

sunt, si infra morbum fiant. Qualia sunt varices et lumborum gravitates, si ex superioribus partibus ad infernas demittantur. Praesertim vero optima sunt quae ad inferna et infra ventrem maxime et quam remotissime a morbo abscedunt, ac ea quae per emissaria quaedam effluunt aut per emissionem fiunt, quemadmodum sanguis ex naribus aut pus ex aure, sputum et urina per emissionem effluunt. Quibusdam non eodem modo abscedit, velut dentes, oculi, nasus et sudor. Quin etiam quae in cutem abscedunt, foras erumpentia tubercula: velut putrescentes et purulenti quidam tumores, aut ulcus aut reliquae hujusce generis in cute efflorescentes pustulae, desquamatio, glabratio et capillorum defluvium, vitiligines, scabies, aliaque hujuscemodi, quae conferto et repentino quodam confluxu, non autem dimidiato et semirepente abscedunt, et quaecunque alia dicta sunt, etsi non indigne morbi excretioni respondeant. Quemadmodum Temenei nepti ex valido morbo quiddam in digitum firmatum est, qui cum morbo suscipiendo non esset, ex interno recursu obiit.

Quae per venas, alvum, nervos aut cutem abscedunt, ad ossa, medullam dorsalem aut alia quaedam emissaria

Ed. Chart. IX. [120. 121.] Foës. II. 1004—1006. Ed. Lind. I. (688.)
ἢ κατὰ τὰς ἄλλας ἐκροὰς στόμα, αἰδοῖον, ὦτα, ῥῖνας, ἐξ ὑστέρης ὀκταμήνῳ τὰ τῶν κρίσεων, τῇ ὑστεραίῃ ὡς ἂν ἐς τὴν ὀσφὺν ἢ ἐς τὸν μηρὸν καὶ ἐς ὄρχιας ἐστι. ὁτὲ δ' ἐκ βηχέων καὶ ὄρχις αὐτὸς || ἐφ' ἑωυτοῦ. βηχώδεες ἀποστάσιες, αἱ μὲν ἀνωτέρω τῆς κοιλίης οὐχ ὁμοίως τελέως ῥύονται. αἱμοῤῥαγίαι λαῦροι ἐκ ῥινῶν. ῥύονται πολλὰ, οἷον τὸ Ἡραγόρεω οὐκ ἐγίνωσκον οἱ ἰητροί.

[121] || Τὰς φωνὰς οἱ τρηχέας φύσει ἔχοντες καὶ αἱ γλῶσσαι ὑποτρηχέες, καὶ ὅσαι τραχύτητες ὑπὸ νούσων ὡσαύτως. αἱ οὖν ἐοῦσαι σκληραὶ τῇ φύσει καὶ ἄνοσοι τοῦτ' ἔχουσιν. αἱ δὲ μαλθακαὶ καὶ βραδύτεραι ἐς ἁμαρτωλίην ἢ χρηστὸν ἡ ἀρχαίη φύσις. σκεπτέον καὶ τὰ ἀπὸ τῶν διαιτέων τὰ μακροκέφαλα καὶ μακραύχενα ἀπὸ τῶν ἐπικυψίων, καὶ τῶν φλεβῶν ἡ εὐρύτης καὶ παχύτης ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ στενότητες καὶ πλατύτητες καὶ βραχύτητες καὶ λεπτότητες, καὶ ἀπὸ τῶν ἐναντίων, ὧν αἱ φλέβες εὐρεῖαι καὶ αἱ κοιλίαι

effluunt, qualia ſunt os, pudendum, aures, nares. Uteri affectus octavo menſe judicationem ſubeuntes poſtridie velut in lumbos aut femur decumbunt. Interdum vero ex tuſſi in teſtes et in teſtem per ſe ſolum. Quae in tuſſi abſcedere nata ſunt, ſi in ſuperiore corporis parte, quae ſupra ventrem eſt, fiant, non aeque perfecte levant. Sanguinis ex naribus eruptiones, quae liberales ſunt et largae, ut plurimum morbos ſolvunt. Quod in Heragora non ſatis reputarunt medici.

Quibus voces natura ſunt aſperae, iis linguae ſunt ſubaſperae. Quod idem uſu venire ſolet in iis aſpredinibus, quae ex morbis contingunt. Hoc igitur habent, quae natura, non autem ex morbo durae ſunt. Molles vero ad noxam et utilitatem tardius quam prior illa natura transeunt. Videnda quoque veniunt quae ex vivendi ratione oblonga ſunt capita, et cervices quae ex his quae in pronum fiunt inflexionibus longae ſunt. Venarum etiam capacitas et craſſitudo, quae ex eadem cauſa fit, conſideranda eſt, et coarctationes et latitudines, brevitates et exilitates. Et quibus contrariis ex cauſis venae latae, iis ven-

Ed. Chart. IX. [121.] Foes. II. 1006. 1008. Ed. Lind. I. (688. 689.)
καὶ τὰ ὀστέα εὐρέα. εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ λεπτοὶ, οἱ δὲ πίονες τἀναντία τουτέων, καὶ ἐν τοῖσι λιμαγχικοῖσιν αἱ μετριότητες ἀπὸ τουτέων σκεπτέαι, αἱ προαυξήσιες ἑκάστῳ ἃ μειοῦσι, καὶ αἱ μειώσιες ἃ προαυξοῦσι, καὶ τοῖσι προαύξεσιν, ὁποῖα συμπροαύξεται καὶ ὁποῖα συγκρατύνεται καὶ διασφάξιες ποῖαι κοῖναι τῶν φλεβῶν.

|| Αἱ τῶν ἤτρων ῥήξιες αἱ μὲν περὶ ἥβην τὰ πλεῖστα (689) ἀσινέες τοπαραυτίκα, αἱ δὲ σμικρὸν ἄνωθεν τοῦ ὀμφαλοῦ ἐν δεξιῷ. ὀδυνώδεες αὗται καὶ ἀσώδεες καὶ κοπριήμετοι, οἷον καὶ τὸ Πιττακοῦ. γίνονται δὲ αὗται ἢ ἀπὸ πληγῆς ἢ σπάσιος ἢ ἐμπηδήσιος ἑτέρου. οἷσι τὸ μεταξὺ τοῦ ἤτρου καὶ τοῦ δέρματος ἐμφυσᾶται καὶ οὐ καθίσταται τὸ τῶν χροιῶν, οἷον τὸ πολυχλώριον, τό τε ἐκ λευκοχροίου, ὅτι ἀπὸ τοῦ ἥπατος πᾶν τὸ τοιοῦτον, καὶ ἀπὸ τουτέου ἡπατικὰ νοσήματα ἐν τουτέοισι; καὶ ἴκτεροι οἱ ἀπὸ ἥπατος ἐς τὸ ὑπόλευκον καὶ ὑδαταινόμενοι καὶ οἱ λευκοφλέγματοι. οἱ δὲ

tres et ossa lata quoque sunt gracilesque existunt, quibus repugnant obesi et pingues. Ex his quoque videndi sunt, quinam ad inediam moderate se habeant et quae fiunt adauctiones, quidnam cuique detrahant et quidnam diminutiones adaugeant, et quaenam cum his quae augentur simul increscant aut firmitudinem et robur capiant. Videndae etiam quaenam sint venarum inter se distantiae et intercapedines.

Quae ad imum ventrem rupta fiunt si circa pubem accedunt, ut plurimum statim sunt indolentia. Quod si dextram umbilici superiorem partem attingat, dolorem et corporis jactationem afferunt et stercoris per vomitum eductionem, velut etiam Pittaco accidit. Fiunt autem rupta ex plaga aut diruptione, aut alterius assultu. Quibus quod imum ventrem et cutem intercedit, inflatur nec quiescit, iis color pallido multo suffunditur, ac velut ex albido pallescit, quod eorum omnium in hepate causa sit, atque hepaticis morbis conflictentur. Quin etiam morbi regii, qui ex hepate fiunt, colorem subalbidum habent non secus quam qui ex aquoso hydrope aut pituita alba periclitantur.

Ed. Chart. IX. [121. 122.] Foes. II. 1008. 1009. Ed. Lind. I. (689.)

ἀπὸ σπληνὸς μελάντεροι καὶ ὕδρωπες καὶ οἱ ἴκτεροι καὶ αἱ δυσελκίαι τῶν λευκῶν, τῶν ὑποφακωδέων καὶ τὸ δέρμα καταῤῥήγνυται καὶ τὰ χείλεα, οἷος Ἀντίλοχος καὶ Ἀλεύας, τὸ ἀπὸ τῶν χυμῶν τῶν ἐκ τοῦ σώματος τοῦ ἁλμώδεος. ὅτι ὑπὸ τὸ δέρμα μάλιστα καὶ ἀπὸ κεφαλῆς ὅταν ἀπὸ τοῦ πλεύμονος διαθερμαίνεται.

[122] || Τὰς ἀφορμὰς ὁπόθεν ἤρξατο κάμνειν, σκεπτέον, εἴτε κεφαλῆς ὀδύνη εἴτε ὠτὸς εἴτε πλευροῦ. σημεῖον δὲ ἐφ' οἷσιν ὀδόντες καὶ ἐφ' οἷσι βουβῶνες. τὰ γενόμενα ἕλκεα καὶ κρίνοντα πυρετοὺς καὶ φύματα. οἷσι ταῦτα μὴ παραγίνεται ἀκρισία. οἷσιν ἐγκαταλείπεται βεβαιόταται ὑποστροφαὶ καὶ τάχισται. τὰ ὠμὰ διαχωρήματα καὶ ὑγρά. κέγχρος στερεὸς ἐν ἐλαίῳ ἑφθὸς ἵστησιν, οἷον τὸ ναυτοπαίδιον καὶ ἡ Μυριοχαύνη.

Qui vero ex ſplene fiunt tum morbi regii tum hydropes nigricantiores ſunt. Sed et in ſubalbidis lenticoloribus ulcera peraegre ad cicatricem veniunt, ac cutis et labia diſſinduntur, quod Antilocho et Aleuae accidit. Id autem oritur ex ſalſuginoſi corporis humoribus, cum in cutem a capite maxime ex pulmone concalefacto, deciderit.

Videndae ſunt cauſae ex quibus quis laborare coeperit, ſive morbus ex capitis et auris, aut etiam lateris dolore initium ſumpſerit. Quibusdam vero dentes, quibusdam etiam glandularum tumores, morborum ſignificationem afferunt. Quae erumpere et febres decernere nata ſunt ulcera ac tubercula, ſi non affuerint, judicationem ipſam tollunt. Quibus vero intro ſubſiſtunt, certiſſimas et celerrimas morborum recidivas afferunt. Milium ſolidum oleo incoctum, liquidas et crudas dejectiones ſiſtit, ut exemplo eſt nautae puer et Myriochaune.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

[123] || (690) [*Τμῆμα δεύτερον.*] *Γυνὴ ἐκαρδιάλγει καὶ οὐδὲν καθίστατο. πάλην ἐς ῥοιῆς χυλὸν ἀλφίτων ἐπιπάσσουσα καὶ μονοσιτίῃ ἤρκεσε καὶ οὐκ ἀνήμει, οἷα τὰ Χαρίωνος. αἱ μεταβολαὶ ὠφελέουσιν. ἢν μὴ ἐς πονηρὰ μεταβάλλῃ, οἷον ἀπὸ φαρμάκων ἐμέουσι πυρετῶν ἕνεκα. αἱ ἐς ἀκρητέστερα τελευταὶ σῆψιν σημαίνουσιν, οἷον Δεξίππῳ. ἡ Σεράπις ἐξ ὑγρῆς κοιλίης ᾤδησε. κνησμοὶ δ' οὐκ οἶδα ποσταίῃ οὐ πρόσω. ἔσχε δέ τι καὶ ἀπόστημα ἐν κενεῶνι, ὅπερ μελανθὲν ἀπέκτεινε. καὶ ἡ Στυμαργέω ἐκ ταραχῆς ὀλιγημέρου πολλὰ στήσασα, καὶ παιδίου μετάστασιν θήλεως ἀπὸ φθορῆς τετράμηνον ὑγιήνασα ᾤδησε. Μόσχῳ λιθῶντι ἰσχυρῶς ἐπὶ τῷ βλεφάρῳ τῷ ἄνω κρίθη ἐγένετο πρὸς τοῦ ὠτὸς μᾶλλον, ἔπειτα ἐξελκώθη ἔσω. πέμπτῃ καὶ ἕκτῃ ἔσωθεν πῦον*

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VULGARIBVS LIBRI SECVNDI

[*Sectio secunda.*] Mulier oris ventriculi dolore conflictabatur, qui non conquiescebat. Haec tenuissimo farinae hordeaceae polline mali punici succo macerato semel die in cibatu contenta, non revomebat, velut Charioni contigit. Mutationes si non in deteriora mutentur, bono sunt, quod in iis vomitibus accidit, qui sumpto medicamento in febribus fiunt. In quorum extremo quae sincera et meraciora vomitu rejecta sunt, putredinem significant, quemadmodum Dexippo contigit. Serapis ex liquida et humente alvo intumuit. Pruritus autem haud scio quoto die non ulterius progressi sint. Ex abscessu vero in lateris inanitate orto et nigrefacto mortua est. Stymargi uxor ubi ventris perturbatio, quae per paucos dies duraverat, plurimum constitisset et ex abortione quadrimestris foetus foeminei convaluisset, intumuit. Moscho ex calculo graviter laboranti in superiori palpebra hordeolum innatum est, quod ad aurem magis vergebat et intro exulceratum fuit. Quinta aut sexta die pus ex internis erupit, atque inde inferiorum partium affectiones solutae sunt. Glandularum

Ed. Chart. IX. [123. 128.] Foes. II. 1010. 1012. Ed. Lind. I. (690 691.)

ἐῤῥάγη. τὰ κάτωθεν ἔλυσε, βουβὼν παῤ οὖς ἦν, καὶ κάτω ἐπὶ τῷ τραχήλῳ κατ' ἴξιν τοῦ ἄνω βουβῶνος.

[128] || Ὁ τῆς Ἀρισταίου γυναικὸς ἀδελφὸς χλιαινόμενος ἐταλαιπώρει ὁδῷ, κἄπειτα ἐν κνήμῃ τέρμινθοι ἐγένοντο. ἔπειτα συνεχὴς πυρετὸς ἐγένετο, καὶ τῇ ὑστεραίῃ ἱδρὼς ἐγένετο, καὶ τὰς ἄλλας τὰς ἀρτίους ἐγένετο αἰεί. ἔτι δὲ ὁ πυρετὸς εἶχεν, ἦν δὲ ὑπόσπληνος. αἱμοῤ(691)ῥάγει ἐξ ἀριστεροῦ πυκνὰ καὶ κατ' ὀλίγον ἐκρίθη, τῇ ὑστεραίῃ ἀριστερὸν παῤ οὖς οἴδημα. τῇ δὲ ὑστέρῃ καὶ παρὰ δεξιὸν, ἧσσον δὲ τοῦτο καὶ ἐπεχλιαίνετο. ταῦτα κατεμωλύνθη καὶ οὐκ ἀπεπύησεν. ὁ περὶ Ἀλκιβιάδεω ἐλθὼν ἐκ πυρετῶν ὀλίγων πρὸ κρίσιος, ὄρχις ἀριστερὸς ᾤδησεν. ἦν δὲ σπλῆνα μέγαν ἔχων, καὶ δὴ τότε ἐκρίθη ὁ πυρετὸς εἰκοσταῖος. κἄπειτα ὑπεχλιαίνετο ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε καὶ ἔπτυεν ὑπανθηρόν. ᾗ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὴ, σκέλος δὲ ἀριστερὸν ἐκ τῶν βηχωδέων βραχὺ οὐκ ἄξιον λόγου βηξάσῃ παρελύθη παραπληγικῶς. ἄλλο δὲ οὐδὲν ἠλλοιώθη οὔτε πρόσωπον οὔτε γνώμην, οὐ μὴν ἰσχυρῶς ταύτῃ.

ad aures tumor aderat et earum quae collo subjacent inflammatio, superiori tumori e directo respondens.

Aristaei uxoris frater ex via delassatus incaluit, eique postea terminthi in tibia coorti sunt. Adfuit febris continua et postridie sudor, qui et reliquis diebus paribus cum febre semper subortus est. Praebebat autem suspicionem lienis aliquantulum male affecti. Sanguis ex nare sinistra crebro fluxit, atque ita subinde judicatus est. Postridie secundum aurem sinistram tumor, sequentique die etiam secundum dextram subortus est, qui tamen minor erat et intepescebat. Hi omnes sensim conquieverunt aut evanuerunt, nec suppurarunt. Ex moderatis febribus ei qui ab Alcibiade venerat et lienem magnum habebat, ante judicationem testis sinister intumuit. Et sane tunc illi febris die vigesimo judicata est. Deinde aliquando subincalescebat et aliquatenus floridum conspuebat. Quae ex tussi paucum et nihil effatu dignum rejiciebat, huic manus dextra et crus sinistrum siderata et resoluta sunt. Nulla autem alia pars immutata est, non facies, non mens ipsa, ac ne

ἐπὶ τὸ βέλτιον ἤρξατο χωρέειν περὶ εἰκοστὴν ἡμέρην. σχεδὸν ἐγένετο οἱ περὶ γυναικείων καταῤῥῆξιν καὶ ἴσως τότε πρῶτα γινόμενα. παρθένος γὰρ ἦν. Ἀπήμαντος καὶ ὁ τοῦ τέκτονος πατὴρ τοῦ τὴν κεφαλὴν καταγέντος καὶ Νικόστρατος οὐκ ἐξέβησσεν. ἦν δὲ ἑτέρωθι κατὰ νεφροὺς ἀλγήματα, ἐρωτήματα. ἤρεον γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ πληροῦσθαι ποτοῦ ἢ σίτου.

[130] || Ὀδύνας τὰς ἰσχυροτάτας, ὅτῳ τρόπῳ διαγνοίη ἄν τις ἰδὼν ὁ φίβος, αἱ εὐφορίαι, αἱ ἐμπειρίαι καὶ αἱ δειλίαι. ὕδωρ τὸ ταχέως θερμαινόμενον καὶ ταχέως ψυχόμενον ἀεὶ κουφότερον. τὰ βρώματα καὶ τὰ πόματα πείρης δεῖ, εἰ ἐπὶ τὸ ἴσον μένει. ῥητέον ὅτι αἵματος ῥυέντος ἐκχλοοῦνται καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα ὅτι πρὸς τὸ ὑγραίνειν καὶ ξηραίνειν καὶ θερμαίνειν καὶ ψύχειν πολλὰ ἄν τις τοιαῦτα εὕροι. τὸ ἑξηκονθήμερον ἀπόφθαρ(692)μα ἄρσεν τόκον ἐν ἐπισχέσεσιν ὑγιηρόν. Ἡράκλεις ὧδε τοῦ κακοῦ ὀγδοαίῳ. δυσεντεριώδης μᾶλλον ὅστις ἄρα καὶ τεινεσμώδης. θηλάζουσα εἶτα ἐκθύματα

illis quidem partibus valide admodum. Ad vigefimum diem in melius proceffit. Quod fere circa menfium eruptionem contigit, qui jam primum illi, quod illibatae effet virginitatis, forte apparuerunt. Apemantus et fabri illius qui caput fregit pater et Nicoftratus tuffi nihil rejecerunt. Decumbebant autem alioqui ad renes dolores. Ad interrogata dicebant, eos femper potu aut cibo impleri.

Vehementiffimos dolores confpicatus aliquis, quonam modo dignofcat, terror, tolerandi facilitas, experientia, ipfaque timiditas et ignavia indicant. Aqua quo citius calefit aut frigefcit, eo femper levior eft. Cibi et potus num aequales moras faciant, ut judices, experientia opus eft. Dicendum etiam, quod in fanguinis profluvio ex pallido virefcunt. Et quaecumque alia hujufce generis: nempe quod ad humectandum, ficcandum, calefaciendum, et refrigerandum talia multa inveniri queunt. Ejectus abortu foetus mafculus fexaginta dierum in partuum fuppreffionibus falubris. Hercules mali octavo die intumuit. Quisquis tinesmo aut inani egerendi voluntate prehenditur, is

Ed. Chart. IX. [130. 139.] Foes. II. 1013. 1014. Ed. Lind. I. (692.)

ἀνὰ τὸ σῶμα πάντῃ εἶχεν, ἐπεὶ ἐπαύσατο θηλάζουσα, καθέστη θέρεος τῇ τοῦ σκυτέως, ὅς τὰ σκύτινα ἐποίησε τεκούσῃ καὶ ἀπολυθείσῃ τελέως, ἐδόκει τοῦ μὲν χωρίου τι τὸ ὑμενοειδὲς ἀπέσχεν, ἐπῆλθεν τεταρταίῃ κακῶς. στραγγουριώδης γὰρ ἐγένετο. αὐτίκα συλλαμβάνουσα ἔτεκεν ἄρσεν. πολλὰ δὲ ἔτεα ἤδη εἶχε, τὰ ὕστατα καὶ οὐδ᾽ ἐπιμήνια εἴη. ὅτε τέκοι, διέλιπεν ἐπ᾽ ὀλίγον ἡ στραγγουρίη.

[139] || Ἰσχίον δέ τις ἤλγει, πρὶν ἰσχεῖν. ἐπεὶ δὲ ἔσχεν, οὐκ ἔτι ἤλγει. ἐπεὶ δὲ ἔτεκεν, εἰκοσταίη ἐοῦσα, αὖθις ἤλγησεν. ἔτεκεν οὖν ἄρσεν. ἐν γαστρὶ ἐχούσῃ ἐν κνήμῃ κάτω δεξιῇ ἢ τρίτῳ ἢ τετάρτῳ μηνὶ ἐξανθήματα πρὸς ἃ τῇ μάννῃ χρώμεθα καὶ ἐν χειρὶ δεξιῇ παρὰ μέγαν δάκτυλον, οὐκ οἶδ᾽ ὅτι ἔτεκε, κατέλιπον γὰρ ἑξάμηνον. ᾤκει δὲ ὡς ἐγὼ οἶμαι τὰ Ἀρχελάου πρὸς τῷ κρημνῷ ἢ Ἀντιγενέος ἡ περὶ Νικόμαχον, τέκεν παιδίον σαρκῶδες μὲν, ἔχον δὲ τὰ μέγιστα διακεκρι-

profecto plerumque ex torminibus laborat. Lactanti pustulae per totum corpus eruperunt, quae ad aestatem consederunt, ubi lactare desiisset. Coriarii illius, qui coriariam faciebat, uxori, ubi peperisset atque omnino absoluta esset, ex locellis membranosum quiddam subsistere visum est, quod quarto die demissum est, non sine pernicie tamen, cum difficultate urinae premeretur. Quae ubi non multo post concepisset, marem peperit. Per multos autem annos jam id ipsum duraverat, et ad extremum menses non prodibant. Ubi autem peperisset, sensim urinae difficultas intermisit.

Cuidam ante conceptum coxendicis dolor commotus a conceptu cessavit. Vigesimo autem a partu die rursus doluit. Marem igitur peperit. In inferiori tibia dextra, itemque in manu dextra ad pollicem, praegnanti tertio aut quarto mense pustulae eruperunt, ad quas thuris micas concussu elisas, mannam vocant, adhibere solemus. Quae an pepererit nescio; eam enim reliqui semestrem. Habitabat autem, ni fallor, in Archelai aedibus, ad rupem. Antigenis uxor, quae ad Nicomachum habitabat, carnosum puerum peperit, membris quidem et praecipuis

μένα. μέγεθος δὲ ὡς τετραδάκτυλον ἀνόστεον. ὕστερον δὲ παχὺ στρογγύλον, αὕτη δὲ ἀσθματώδης ἐγένετο πρὸ τοῦ τόκου. ἔπειτα ἅμα τῷ τόκῳ πῦον ἀνήμεσεν (693) ὀλίγον, οἷον ἐκ δοθιῆνος. Θυγατέριος τεκούσης διδύμους καὶ δυστοκησάσης καὶ οὐ πάνυ καθαρθείσης, ἐξῴδησεν ὅλη. ἔπειτα ἡ γαστὴρ μεγάλη ἐγένετο. τὰ δ' ἄλλα ἐταπεινώθη, καὶ ἐρυθρὰ εἴη μέχρι τοῦ ἕκτου μηνός. ἔπειτα λευκὰ κάρτα πάντα ἤδη τὸν χρόνον. πρὸς δὲ τἀφροδίσια οἱ ῥόοι ἔβλαπτον καὶ οἱ ἄκρητα ἐρυθρὰ ἐκπεύματα ἴει.

[142] || Τῇσι χρονίῃσι λειεντερίῃσιν ὀξυρεγμίη γενομένη, πρόσθεν μηδέποτε γενομένη σημεῖον χρηστὸν, οἷον Δημαινέτῃ ἐγένετο. ἴσως δ' ἔστι καὶ τεχνήσασθαι, καὶ γὰρ αἱ ταραχαὶ αἱ τοιαῦται ἀλλοιοῦσιν. ἴσως δὲ καὶ ὀξυρεγμίαι λειεντερίην λύουσιν. ἰήθη ἐλλεβόρου πόσει Λυκίη, τὰ ὕστατα σπλὴν μέγας καὶ ὀδύναι καὶ πυρετὸς καὶ ἐς ὦμον ὀδύναι, καὶ ἡ φλὲψ ἡ κατὰ σπλῆνα ἐπ' ἀγκῶνι ἐτέτατο καὶ ἔσφυζε

corporis partibus distinotum, magnitudinem vero quatuor digitorum qui non excederet, totusque esset exossis, tandem etiam crassus et rotundus. Ipsa autem ante partum suspiriosa erat, simulque cum partu pus paucum vomitione rejecit, quale ex furunculo. Ei quae ex difficili partu gemellas edidit, nec admodum perpurgata est, venter totus intumuit tandemque in magnitudinem excrevit, reliqua vero depressa sunt et subsederunt. Ad sextum mensem rubra, deinde reliquo toto tempore alba admodum profluxerunt. Hae vero fluxiones veneri officiebant, illique mere rubicunda prodibant.

Diuturnis et trahentibus intestinorum laevitatibus ructus acidus bono est qui prius non adfuit, qualis Demaenetae contingit. Quem et arte parare forte licet. Nam et hujuscemodi perturbationes prioris status immutationes afferunt, forte etiam intestinorum laevitatem acidi ructus solvunt. Lyciae, quae veratri potione sanata fuit, ad extremum splen magnus fuit cum dolore et febri. Dolores vero ad humiorum pertingebant. Vena quae ad splenem est in cubito distendebatur, et plerumque quidem pulsare

Ed.Chart.IX.[142.145.] Foeſ. II. 1015. 1016. Ed. Lind. I. (693. 694.)

μὲν πολλάκις, ἔστι δ᾽ ὅτε καὶ οὐκ ἐτμήθη, ἀλλ᾽ ἅμα ἱδρῶτι διῆλθεν ἢ αὐτόματον. ἐξ οὗ δὲ ἰόντων ὁ σπλὴν τὰ δεξιὰ ἐνετείνετο, πνεῦμα ἐνεδιπλασιάζετο, οὐ μὴν μέγα παρεφέρετο, περιεστέλλετο. φῦσα ἐνιοῦσα, οὐ διῄει κάτω οὐδὲν οὐδὲ οὖρει. ἀπέθανε πρὸ τοῦ τόκου. τὰ ἀμφὶ φάρυγγα ἑτερόῤῥοπα, ὁρμήσαντα οὐκ ἐφελκώθη, ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετῆλθεν. ἐς σπλῆνα ὀδύνη ἦλθεν ἀκρίτως. Ἱέρωνι ἐκρίθη πεντεκαιδεκαταίῳ. τῇ Κώου ἀδελφαίῃ ἧπαρ ἐπήρ(694)θη σπληνικὸν τρόπον. ἀπέθανε δευτεραίη, βίων ἅμα τε οὔρει ὑπέρπολυ ἀνυπόστατον καὶ αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ. ἦν γὰρ καὶ ὁ σπλὴν κυρτὸς καὶ σκληρὸς καὶ ἄνω περιεγένετο ὑποστροφή.

[145] || Ἦν δὲ τῶν κυναγχικῶν τὰ παθήματα τάδε τοῦ τραχήλου οἱ σπόνδυλοι ἔσω ἔῤῥεπον, τοῖσι μὲν πλέον, τοῖσι δὲ πέλας καὶ ἔσωθεν ἔνδηλος ἔγκοιλον ἔχων ὁ τράχηλος, καὶ ἤλγει ταύτῃ ψαυόμενος. ἦν δὲ καὶ κατωτέρω τινὶ τοῦ ὀδόντος καλεομένου ὀστοῦ, ὃ οὐχ ὁμοίως ὀξύ ἐστιν. ἔστι δ᾽ οἷσι

videbatur. Interdum vero neque ſecta eſt, ſed ſimul cum ſudore aut ſponte ſua conſidebat. Quibus procedentibus ſplen ad dextra pertendebat, ſpiritus ex internis duplicem elidebat ſonum, neque tamen magna erat reſpiratio, leviter mente movebatur, cooperiebatur et flatus intro ſuberat, nec quicquam infra ſubibat neque mejebat. Obiit ante partum. Quae ſua irruptione ad alterutram faucium partem vergebant, exulcerata non ſunt, in ſiniſtram partem tranſierunt, lienem dolor invaſit, idque ſine judicatione. Hieroni ad decimum quintum judicatio facta eſt. Coi ſoror ad inſtar ſplenis jecur intumuit, et die ſecunda obiit. Bioni cum ex larga urina nihil ſubſideret, ſanguis ex nare ſiniſtra erupit: lienem enim durum et incurvum habebat. Cum vero ſurſum emerſiſſet, recidivam paſſus eſt.

Erant autem eorum qui ex angina laborabant affectiones hujusmodi. Cervicis vertebrae modo plurimum, modo vero prope erant, ut intro vergerent. Collumque ipſum qua parte cavitatis internae ſignificationem prae ſe ſerebat, contactu dolorem ſentiebat. Cuidam vero affectus ipſe paulo infra os, cui dentis nomen eſt, pertingebat, nec ita

Ed. Chart. IX. [145.] Foës. II. 1016. 1017. Ed. Lind. I. (694. 695.)
καὶ πάνυ περιφερὲς, μέζονι περιφερείῃ. εἰ μὴ ξὺν τῷ ὀδόντι καλεομένῳ φάρυγξ οὐ φλεγμαίνουσα. κειμένη δὲ τὰ ὑπὸ γνάθους ὀγκηρὰ, οὐ φλεγμαίνουσιν ἴκελα οὐδὲ βουβῶνες οὐδενὶ ᾤδησαν. ἀλλὰ φύσει μὲν καὶ γλῶσσαν οὐ ῥηϊδίως στρέφοντες. ἀλλὰ μείζων τε αὐτέοισι ἐδόκεε εἶναι καὶ προπετεστέρη, καὶ ὑπὸ γλώσσῃ φλέβες ἐμφανέες. καταπίνειν οὐκ ἠδύναντο, ἢ πάνυ χαλεπῶς. ἀλλ' εἰς τὰς ῥῖνας ἔφευγεν εἰ πάνυ ἐβιάζον, καὶ διὰ τῶν ῥινῶν διαλέγοντο. πνεῦμα δὲ τουτέοισιν οὐ πάνυ || μετέωρον. ἔστι δ' οἷσι φλέβες αἱ ἐν κροτάφοισι καὶ ἐν κεφαλῇσι καὶ ἐπ' αὐχένι ἐπηρμέναι· βραχὺ δέ τι τουτέων τοῖσι παλιγκοτάτοισι. κρόταφοι θερμοὶ, καὶ τἄλλα μὴ πυρεταίνοιεν, οὐ πνιγόμενοι οἱ πλεῖστοι, εἰ μὴ καταπίνειν προθυμέοιντο ἢ πτύαλον ἢ ἄλλο τι. οὐδ' οἱ ὀφθαλμοὶ ἐγκαθήμενοι. οἷσι μὲν οὖν ἦν ἐς ὀρθὸν ἐξόγκωμα, μήτε ἑτερόῤῥοπον, οὗτοι οὔτε παραπληκτικοὶ ἐγένον(695)το. ἀπολλύμενον

praeceps erat, quibusdam etiam majori ambitu circumſcribebatur. Qui ſi ſecundam vertebram dentem appellatam non attingeret, fauces nulla inflammatione tentabantur, ſed ſubſidebant. Partes quae ſub malis intumeſcebant, non erant inflammatis affines, neque ulli glandularum inflammatio adſuit. Sed cum haec ſecundum naturam ſe haberent, linguam non facile convolvebant; major enim et prominentior ipſis eſſe videbatur. Quae ſub lingua ſunt venae, erant conſpicuae nec devorare aliquid poterant, niſi admodum moleſte. Quod ſi vi cogerentur, in nares erumpebat. Sermo etiam ipſis per nares efferebatur. Reſpiratio his non admodum elata neque ſublimis. Quibusdam vero temporum, capitis et cervicis venae intumeſcebant. Atque horum quibusdam paululum dolores exaſperabantur, quibus tempora incaleſcebant, etſi alias non febricitarent. Multis non praecludebatur ſpiritus, niſi ſi ſalivam aut aliud quiddam deglutire cuperent. Neque intro defigebantur oculi. Quibus igitur neutram in partem deflectebat tumor, ſed recta procedebat, iis ne membrorum quidem reſolutio accidit. Quod ſi quem horum periiſſe mihi conſtiterit, eum recenſere non gravabor. Sed ii omnes, quos videre licuit,

δὲ εἴ τινα εἶδον, ἀναμνήσομαι. οὓς δὲ οἶδα νῦν, πε-[148] ριεγένοντο. ἦν δὲ τὰ μὲν τάχιστα ῥηΐζοντα, τὰ δὲ πλεῖστα καὶ ἐς τεσσαράκοντα ἡμέρας περιήει. τοῦτο δὲ οἱ πλεῖστοι καὶ ἄπυροι. πολλοὶ δὲ καὶ πάνυ ἐπὶ πολὺν χρόνον ἔχοντές τι μέρος τοῦ ἐξογκώματος καὶ κατάποσις καὶ φωνὴ ἐνσημαίνουσα. κίονές τε τηκόμενοι μινύθησίν τινα παρεῖχον, πονηρὸν οὐδὲν δοκέοντες κακὸν ἔχειν. οἱ δὲ ἑτερόῤῥοπα ἔχοντες οὗτοι ὁπόθεν ἂν ἐγκλιθείησαν οἱ σπόνδυλοι ταύτῃ παρελύοντο. τὰ δ' ἐπὶ θάτερα εἵλκοντο. ἦν δὲ ταῦτα ἐν προσώπῳ καταφανέα μάλιστα καὶ τῷ στόματι καὶ τῷ κατὰ γαργαρεῶνα διαφράγματι, ἀτὰρ καὶ γνάθοι οἱ κάτω παρήλλασσον κατὰ λόγον, αἱ δὲ παραπληγαὶ οὐ διὰ παντὸς τοῦ σώματος ἐγίνοντο οἷον ἐξ ἄλλων, ἀλλὰ μέχρι χειρός. τὰ ὑπὸ τοῦ κυναγχικοῦ. οὗτοι καὶ πέπονα ἀναπτύοντες καὶ βραγχώδεες ἦσαν. οἷσι δ' ἐς ὀρθὸν καὶ ἀπέπτυον, οἷσι δὲ καὶ ξὺν πυρετῷ, οὗτοι πολλῷ μᾶλλον καὶ δύσπνοοι καὶ διαλεγομένοισιν ἀλλο-

superstites permanserunt. Atque horum quidam quam celerrime allevabantur, plurimi vero quadraginta dies percurrebant, idque non paucis sine febre contigit. Multis etiam in longum valde temporis intervallum, tumoris aliquid protrahebatur, cujus rei indicium deglutitio et vox quoque ipsa praebebant. Ipsae quoque columellae eliquatae imminutionis pravam quandam significationem prae se ferebant, etsi nihilo deterius habere videbantur. Quibus vero in alterutrum partem tumores decumbebant, ii ea ex parte, unde vertebrarum inclinationes fiebant, nervorum resolutione tentabantur, atque inde versus alteram trahebantur. Apparebant autem haec maxime in facie, ore et eo, quod ad gurgulionem est intersepto. Quin etiam genae inferiores non temere immutabantur. Caeterum quae ab angina fiebant leves membrorum resolutiones, non totum corpus perreptabant, quod in aliis fieri solet, sed ad manus usque pertingebant. Atque ii concocta quidem, sed pauca, nec sine molestia expuebant. Quin et ii quibus in rectum tumor decumbebat, expuere quoque poterant. Quos vero febris infestabat, hi multo graviori difficultate spi-

Ed.Chart.IX.[148,152.] Foës.II.1019. 1020. Ed. Lind. I. (695. 696.)

χόοι καὶ φλέβες τουτέοισι μᾶλλον ἐπῆρμέναι καὶ πόδες πάντων μὲν ψυχρότατοι. τούτων δὲ μάλιστα, καὶ ὀρθοστατεῖν οὗτοι ἀδυνατώτεροι, καὶ οἵτινες μὴ αὐτίκα ἔθνησκον. οὓς δὲ ἐγὼ οἶδα, πάντες ἔθνησκον.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

[152] || (696) [ΤΜΗΜΑ ΤΡΙΤΟΝ.] Ἐς Πέρινθον περὶ ἡλίου τροπὰς ὀλίγον τὰς θερινὰς ἤλθομεν. ἐγεγόνει δὲ ὁ χειμὼν εὔδιος, νότιος. τὸ ἔαρ καὶ τὸ θέρος πάνυ ἄνυδρον μέχρι πληϊάδων δύσιος. εἰ γάρ τι καὶ ἐγένετο, ἦν ὅσον ψεκάς, καὶ ἐτησίαι οὐ κάρτα ἔπνευσαν, καὶ οἱ πνεύσαντες διεσπασμένως. τοῦ θέρεος καῦσοι ἐπεδήμησαν πολλοί. ἦσαν δὲ || ἀνήμετοι, καὶ κοιλίαι ταραχώδεες, λεπτοῖσιν, ὑδατώδεσιν, ἀχόλοισιν, ἐπ' ἀφροῖσι πολλοῖσιν, ἴσχοντα ἔστιν ὅτε καὶ ὑπόστασιν τεθέντα, ἐξ οἵων δὴ καὶ ἐξαιθριαζόμενον τὸ

randi conflictabantur, et inter loquendum alieniores videbantur, ipsis quoque venae magis intumescebant, atque horum omnium pedes erant frigidissimi. Ex quibus isti praecipue, si qui non illico mortui sunt, erigere haud quaquam se poterant. Verum omnes, quos videre licuit, mortui sunt.

HIPPOCRATIS COI DE MORBIS VULGARIBVS LIBRI SECVNDI

[SECTIO TERTIA.] Perinthum venimus ad solstitium pene aestivum, ubi hiems placida et australis fuit. Ver autem atque aestas valde sicca ad vergiliarum occasum. Quod si quae pluvia decidisset, guttatim defluebat, eratque rori simillima. Etesiae non multum spirarunt, idque dispersim et contractim. Aestate febres ardentes plurimae populariter grassatae sunt: in quibus nulli aderant vomitus, sed alvi perturbationes ex tenuibus, aquosis, non biliosis et spumantibus multis, quae interdum deposita subsidebant. Quibus sane simile erat quod aeri exponebatur. Alvique secessus eandem perpetuo speciem referentes malo

Ed. Chart. IX. [152.] Foes. II. 1020. Ed. Lind. I. (696. 697.)

ἴκελον. ἴσα τῷ εἴδει διαχωρήματα διὰ παντὸς κακόν. ἐν τοιτέοισι πολλοὶ κωματώδεες ἦσαν καὶ παράφοροι. οἱ δὲ ἐξ ὕπνων τοιοῦτοι ἐγίνοντο. ὅτε δὲ ἐγερθεῖεν, κατενόουν πάντα. πνεύματα μετέωρα, οὐ μὴν πάνυ. οὖρα λεπτὰ μὲν τοῖσι πλείστοισι καὶ ὀλίγα, ἄλλως δὲ οὐκ ἄχροα. αἱμοῤῥαγίαι ἐκ ῥινῶν οὐκ ἐγένοντο, εἰ μὴ ὀλίγοισιν. οὐδὲ παρωτίδες περὶ ὧν ὕστερον γράψω, οὐδὲ σπλῆνες ἐπήροντο οὐδὲ δεξιὸν ὑποχόνδριον, οὐδ' ἐπώδυνον κάρτα οὐδ' ἐντεταμένον ἰσχυρῶς. ἦν δέ τι ἐνσημαῖνον, καὶ μάλιστα ἐκρίνετο πάντα τὰ πολλὰ περὶ τεσσαρεσκαίδεκα, ὀλίγα σὺν ἱδρῶτι, ὀλίγα σὺν ῥίγει καὶ πάνυ ὀλίγοισιν ὑποστροφαὶ ἐγίνοντο. ὑπὸ δὲ τὰς ψεκάδας τὰς γενομένας ἐν τῷ θέρει ἐπεφαίνετο ἱδρώς. ἐν τοῖσι (697) πυρέττουσι, καί τινες αὐτίκα ἱδρῶτες ἐπ' ἀρχῆς ἐγίνοντο, οὐ μὴν κακοήθως, καὶ τοῖσιν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον καὶ ἐκρίθη σὺν ἱδρῶτι. ἐγένοντο καὶ ἐν τοῖσι θερινοῖσι πυρετοῖσι περὶ ζ' καὶ η' καὶ θ' τρηχίσματα ἐν τῷ χρωτὶ κεγχρώδεα, τοῖσιν ὑπὸ κωνώπων γινομένοις μάλιστα ἴκελα ἀναδήγμασιν, οὐ

erant. In his multi soporati leviterque mente emoti, praecipueque ex somno tales evadebant, cum vero expergiscerentur, de omnibus recte sentiebant. Respiratio non admodum elata. Urinae multis quidem tenues et paucae, nec alioqui decolores. Sanguinis ex naribus fluxus non nisi paucis contingebant, atque sub auribus tumores, parotides dicti: de quibus postea scribam. Neque vero lienis tumor aderat, aut praecordii dextri magnus dolor aut valida contensio: etsi quiddam erat, quod levem praeberet significationem. Judicabantur vero maxime omnia ut plurimum ad decimum quartum diem, partim cum sudore, partim vero cum rigore, nec nisi admodum paucis recidivae contingebant. At vero dum guttatim roris modo sub aestatem decidebant pluviae, sudor apparebat. Quin etiam febrium initio quidam sudores statim fiebant, neque tamen maligne, et quibusdam sub hoc tempus judicatio cum sudore facta est. In febribus autem aestivis circa septimum, octavum et nonum diem aspredines quaedam miliaceae, culicum morsibus fere similes, quae tamen non admodum

πάνυ κνησμώδεα. ταῦτα διετέλει μέχρι κρίσιος. ἄρσενι δὲ οὐδενὶ εἶδον τοιαῦτα ἐξανθήσαντα. γυνὴ δὲ οὐδεμία ἀπέθανεν, ῇ ταῦτα ἐγένετο, βαρυήκοοί τε ἦσαν καὶ κωματώδεες. πρόσθεν δὲ οὐ κάρτα ἦσαν κωματώδεες ἧσιν ἔμελλε ταῦτα ἔσεσθαι. οὐ μὴν τὸ σύμπαν διετέλεον. κωματώδεες δὲ καὶ ὑπνώδεες τὸ θέρος καὶ μέχρι πληϊάδων δύσιος. ἔπειτα μὴν ἀγρυπνίαι μᾶλλον. ἀτὰρ οὐδὲ τὸ σύμπαν ὑπὸ τῆς καταστάσιος ταύτης ἔθνησκον. [156] κοιλίην μὲν οὖν οὐκ ἐνεδέχετο, οὐδὲ τοῖσι γεύμασι ἑστάναι, ἀλλὰ παρὰ λόγον ᾤετο ἄν τις ἰήσασθαι ξυμφέρειν. καίτοι ὑπέρπολλα ἔστιν οἷσι τάδ' ἰόντα ἦν, τῷ ἐν ψύχει κεῖσθαι ὑποβεβλημένον. ὡς ἑλκοῖ μὲν τὸ ψυχρὸν, θάλπει δὲ τὸ τοιοῦτον εἶδος ἐπὶ προσαγωγῆς ἐστὶ μᾶλλον καὶ τὸ μηδὲν τῇ φύσει πάθει γίνεσθαι, ἐφ' οἷσί τε καὶ ὁκοῖα τὰ σημεῖα καὶ πλείω ἢ μείω γινόμενα, χάσμη, βὴξ, πταρμὸς, σκορδίνημα, ἔρευξις, φῦσα, πάντα τὰ τοιαῦτα διαφθείρουσιν. ἧσιν ἐν πυρετοῖσι ἀσώδεσι, φρικώδεσιν, ἐρευ-

pruriebant, in summa cute subnascebantur, et ad judicationem usque perdurabant. Ac ne eae quidem masculorum ulli eruperunt. Mulier vero cui talia fierent, nulla mortua est. Hebetiori tamen erant auditu et soporosae; quamvis antea non admodum soporosae essent, quibus ista evenire debebant. Neque tamen in totum perseverabant. Aestate vero etiam ad vergiliarum occasum in soporem et somnum pronae erant; post ea quippe insomnia magis urgebantur. Verum neque prorsus ob istam temporis constitutionem moriebantur. Alvum igitur non licebat, ne per ea quidem quae assumebantur, sistere: sed eam, quae praeter rationem fieret, medelam conferre posse, facile quis existimasset: quamvis permulta quibusdam procederet, ex eo qui in cubili frigido substrato fiebat decubitu. Frigidum quippe exulcerat. Calido vero quicquid hujusce est generis, sensim magis procedit. Et quamvis nullus natura affectus inerat, quibus hujuscemodi signa aut majora aut minora aderant, oscitatio, tussis, sternutamentum, pandiculatio, eructatio, flatus, reliquaque ejusce generis perniciem afferebant. Quibus in febribus quae cum corporis jactatione et horrore

θονται πρόσωπα, κοπιώδεες, ὀμμάτων ὀδυνώδεες καρηβαρίαι. παραπληγίαι καὶ γυναικεῖα, ἣν ἐπι(698)φαίνηται· μάλιστα δὲ ἦσι πρῶτον, ἀτὰρ καὶ παρθένοισι καὶ γυναιξὶν ἦσι διὰ χρόνου, ἀτὰρ καὶ ἦσι μὴ ἐν ᾧ εἴθισται χρόνῳ ἢ ὡς δεῖ ἐπιφαίνονται. ἔπειτα ἔξωχροι γίνονται, μέγα δ' ἐν ἅπασι τὸ καὶ ἑξῆς καὶ ἐν ᾧ χρόνῳ καὶ ἐφ' οἷσι. τοῖσι πάνυ χολώδεσιν ἐν πυρετοῖσι μάλιστα. ὅλως οἷσιν ἐπὶ σκέλεα ἡ κάθαρσις.

[158] || Φαρμάκων τε τρόπους ἴσμεν, ἐξ ὧν γίνεται ὁποῖα ἄσσα, οὐ γὰρ πάντες, ἀλλ' ἄλλοι ἄλλως εὖ κεῖνται, καὶ ἄλλοθι πρωΐτερον ἢ ὀψίτερον, ληφθέντα διαχειρισμοῖσιν. οἷον ἢ ξηρᾶναι ἢ κόψαι ἢ ἑψῆσαι, καὶ τὰ τοιαῦτα ἐῶ τὰ πλεῖστα ὁκόσα ἑκάστῳ καὶ ἐφ' οἷσι νουσήμασι καὶ ὁπότε τοῦ νουσήματος, ἡλικίην, εἶδεαν, δίαιταν, ὁποίη ὥρη ἔτεος καὶ ἥτις καὶ ὁκοίως ἀγομένη καὶ τὰ τοιαῦτα.

accidunt, vultus rubet, laſſitudines, oculorum dolores, capitis gravitates, aut leves membrorum reſolutiones adſunt. In quibus videndum ſi menſtrua appareant, praecipue vero quibus primum erumpunt. Quin et virgunculis et mulieribus quibus ex longo intervallo, ſed et quibus non conſueto tempore aut ut decet, apparent et ſi ſuccedente tempore plurimum pallidae fiant. Plurimi autem refert videre in omnibus, quod et poſtea conſequitur et quo tempore et in quibus, velut biliofis admodum in febribus maxime quibusdam prorſus in crura purgatio ſecedit.

Medicamentorum vero naturas eſſe ſcimus, ex quibus ut talia et hujusmodi ſint, habent. Neque enim omnes uno et eodem modo, ſed aliae aliter ſe habent. Quin alias quoque tardius aut maturius ſumpta differunt et praeparationes ipſae, quale eſt ſiccare, tundere, incoquere et caetera hujuscemodi. Plurima vero praetereo, quae huc conſideranda veniunt, quaenam cuique conveniunt et in quibus morbis et quo morbi tempore. Aetas etiam cujusque, forma, victus ratio, anni quoque tempus quodnam ſit et qualiter circumſcribatur, aliaque id genus in ſpeculationem veniunt.

|| Ζωίλῳ τῷ παρὰ τὸ τεῖχος ἐκ βηχὸς πεπείρης πυρετὸς ὀξὺς καὶ προσώπου ἔρευθος καὶ κοιλίη ἀπολελαμμένη, πλὴν πρὸς ἀνάγκην. πλευροῦ ὀδύνη ἀριστεροῦ, καὶ οὖς κατ᾽ ἴξιν ὀδυνῶδες πάνυ. καὶ κεφαλὴ οὐ τοσοῦτο, πτύων διὰ παντὸς ὑπόπυον ἐνόσει, ἀλλὰ τὰ ἄλλα ἐκρίθη, καὶ κατὰ οὖς ἐῤῥάγει πῦον πολὺ περὶ ὀγδόην ἢ ἐνάτην. αἱ δ᾽ ἀρχαὶ τῆς ἐνάτης, ὀδύνης τοῦ ὠτός. οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἄνευ ῥίγεος ἡ κρίσις. ἵδρωσε κεφαλὴν κάρτα, καὶ οὗτος ἐμπεδοτίμη ξύγκαυσις καὶ ἀριστεροῦ πλευροῦ. ἄνω ἅμα ὠτὶ, ἀνωδύνη μάλιστα [160] κατ᾽ ὠμοπλάτην, ἀτὰρ καὶ ἔμπροσθεν πτύαλα πολλὰ, κατ᾽ ἀρχὰς (699) πτυέντα ἀνθηρὰ καὶ ἀμφὶ ἑβδόμην ἢ ὀγδόην. ἔπειτα ἐπίπονα. κοιλίη ἐστήκει μέχρις ἀμφὶ ἐνάτην καὶ δεκάτην. ἡ ὀδύνη ἀπέσβη. οἴδημα ἀνίει καὶ ἱδρώτια ἐγένετο. οὐ μὴν ἔκρινε. δῆλα δὲ ἦν καὶ ἄλλοισι καὶ τῇ ἐξόδῳ. περὶ γὰρ ἀγχομένην τὴν τοῦ ὠτὸς ὀδύνην καὶ ἡ γαστὴρ ἐπεταράχθη. ἐῤῥάγει δὲ ἐκ τοῦ ὠτὸς ἐνάτῃ καὶ ἐκρίθη τεσ-

Zoilo, qui ad murum habitabat, ex matura tussi febris acuta suborta est et faciei rubor, alvusque intercepta nil nisi coacte reddebat. Lateris sinistri et auris quae e directo erat, magnus dolor. Caput vero non ita dolebat. Purulentum quodammodo expuebat semperque aegrotabat, alioqui caetera judicata sunt, et ad octavum aut nonum diem ex aure pus multum erupit, ad noni diei initia auris dolor cessavit, atque haud scio quomodo sine rigore judicatio consecuta est. Caput valde sudavit, aurisque et lateris sinistri stabilis erat quidam ardor. Superne una cum aure ad scapulas praecipue dolor sedatus est. Sed et prius sputa multa rejecta sunt, quae ad expuitionis initia et circa septimum aut octavum diem florida erant, deinde vero laboriosa. Alvus substitit ad nonum et decimum diem, dolor extinctus est et tumor remittebat, sudoresque parvi fiebant, qui neque tamen decernebant, ut ex secessibus ipsis aliisque satis manifestum fuit. Incipiente enim auris dolore, alvus perturbata est. Nono autem die ex aure pus erupit, judicatusque est morbus absque rigore decimo-

Ed. Chart. IX. [160.] Foes. II. 1023—1025. Ed. Lind. I. (699.)

τεσσαρεσκαιδεκάτῃ· ἄνευ ῥίγεος ἡ νοῦσος τῇ αὐτῇ ἡμέρῃ. ἀτὰρ καὶ τὸ πτύελον λαυρότερον εἴη, ἐπεὶ τὸ οὖς ἐῤῥάγει καὶ || πειρότερον. ἱδρῶτες δὲ καὶ ἕρπητα ἐπὶ πολὺν χρόνον τῆς κεφαλῆς ἐγίνοντο, ἐξηράνθη ὡς τρίτῃ. ὁπόσα ἀσήμως ἀφανίζεται δύσκριτα καὶ οἷον τῇ τοῦ Πολεμάρχου παιδίσκῃ ἐρυσιπέλας.

|| Οἱ ἐπὶ βουβῶσι πυρετοὶ κακὸν πλὴν τῶν ἐφημέρων, καὶ οἱ ἐπὶ πυρετοῖσι βουβῶνες κακίονες ἐν τοῖσιν ὀξέσιν ἐξ ἀρχῆς παρακμάσαντες. τὰ πνεύματα ὑποχονδρίοισιν ἔπαρσις μαλθακὴ καὶ ἔντασις οὐδετέρῃ· ἐπ᾿ αὐτῶν ἄνω στρογγύλον, ἐν τοῖσι δεξιοῖσι οἷον περιφέρεια ἀποπυητική· ἄλλο μακρότερον ἐπὶ πλέον. ἄλλο κεχυμένον, ἄλλο κάτω ῥέπον καὶ ἔνθεν καὶ ἔνθεν ξύντασις μέχρι τοῦ ὀμφαλοῦ. ἐν πάσῃ τῇ ἄνω ἴξει, ἢν ἐπανάληται καὶ ἐπίληπται ἐς τὸ περιφερὲς, ἢν μὲν πνεῦμα ᾖ, ἀκρίτως λεπτύνεται θέρμῃ. ἢν δὲ τοῦτο διαφύγῃ, ἐς ἐμπύησιν ὁρμᾷ. πυκνὰ πνεύματα, σμικρὰ, μεγάλα,

quarto eodemque ipso die. Quin et sputum copiosius et coctum magis procedebat, ubi pus ex aure liberius effluxit· Sudores autem et serpentia ulcera longo postea intervallo in capite fiebant, quae tertio die exiccata sunt. Quaecunque absque judicationis significatione disparent, male decernunt velut in erysipelate, quod Polemarchi ancillae contigit, videre satis licuit.

Febres ex glandularum tumoribus ortae praeter diarias malae. Sed et glandularum tumores, qui in febribus accidunt, deteriores sunt, si in acutis statim quidem remiserint. Qui flatibus conflictatur cum molli praecordiorum tumore et neutrius lateris contensione, iis superne in dextris rotundum quiddam ac veluti circumferentia aliqua pure plena. Quod modo valde extensum est, modo vero diffusum, interdum etiam deorsum vergit, et utrimque ad umbilicum contensionem facit. Si flatus in ea quae sursum fit in directum latione, in rotundum quiddam concludatur, et velut comprehendatur, absque judicatione calore attenuatur. Quod si illud effugerit, ad suppurationem fertur. Spiratio frequens,

Ed.Chart.IX.[160.165.] Foëf.II. 1025. 1027. Ed. Lind. I. (699. 700.)
ἀραιά. ἔξεισιν, ἔξω μέγα, ἔσω σμικρόν. τὸ (700) μὲν ἐκτεῖνον, τὸ δὲ κατεπεῖγον. διπλῆ ἔσω ἐπανάκλησις, οἷον ἐπειςπνέουσιν ἐν θερμῷ ψυχρόν. ἰητήριον συνεχέων χασμέων, μακρόπνους· τοῖσιν ἀπότοισι καὶ μόγις μικρόπνους.

[165] || Κατ' ἴξιν, καὶ πλευρῶν ἔντασις ὀδυνώδης καὶ ἐντάσιες ὑποχονδρίων καὶ σπληνὸς ἐπάρσιες, ἐκ ῥινῶν ῥήξιες. τὰ ἐγκαταλιμπανόμενα μετὰ κρίσιν ὑποστροφώδεα. τὸ γοῦν πρῶτον σπληνῶν ἐπάρσιες, ἢν μὴ ἐς ἄρθρα τελευτήσῃ, αἱμοῤῥαγίη γίνεται. ὑποχονδρίου δεξιοῦ ἔντασις, ἢν μὴ διεξοδεύσῃ οὖρα, αὕτη γὰρ ἡ κατάληψις ἀμφοῖν καὶ ὑποστροφαί. ἀποστάσιας οὖν ποιέεσθαι αὐτὸν ἡγεύμενον. τὰς δὲ παρακλίνειν ἤδη γινομένας ἀποδέχεσθαι, ἢν ἴωσιν ἤδη, καὶ ὁποῖα δεῖ, καὶ ὁπόσα. μὴ ξυνδρᾶν δέ. τὰς δ' ἀποτρέπειν, ἢν πάντη ἀσύμφοροι ἔωσι. μάλιστα δὲ ταύτας μελλούσας. εἰ δὲ μή,

parva, magna, rara: foras magna procedit, intro parva. Haec quidem protenſa, illa vero urgens. Duplicata intro revocatio, qualis ſuperſpirantibus: calida item et frigida. Oſcitationes aſſiduas longa ſpiratio ſanat. Iis qui non bibunt aut ne vix quidem, brevis ſpiratio plurimum confert.

Secundum directionem laterum et praecordiorum contenſiones laborioſae, tum vero lienis tumores et ſanguinis e naribus eruptiones fieri debent. Quae poſt judicationem relinquuntur, recidivas facere ſolent. Primum igitur in lienum tumoribus, niſi in articulos deſinant vel ſanguinis e naribus eruptio, vel praecordii dextri contenſio fiet, niſi ſi urinae irruperint et viam quodammodo ſibi fecerint. Sunt enim velut utrorumque interceptio. Atque ſic quidem merito horum recidivae fient. Haec igitur perpendentem abſceſſus procurare conveniet, ſi non fiant: quosdam vero qui jam fiunt, declinare: quosdam etiam qui qua et qualiter oportet prodierint, recipere. Qui vero ne abunde quidem prodeunt, coadjuvandi ſunt: quidam etiam qui prorſus ſunt incommodi, avertendi, utque eo maxime ſi nullam adhuc ſui ſignificationem edidere, ſed futuri ſint, alioqui vero cum adhuc rude habuerint initium. Sanguinis e naribus eru-

Ed.Chart.IX.[165.169.] Foes.II.1027.1028. Ed.Lind.I.(700.701.)
ἄρτι ἀρχομένας αἱ τεταρταῖαι αἱμοῤῥαγίαι δύσκριτοι. οἱ διαλείποντες μίαν τῇ ἑτέρῃ ἐπιῤῥίγευσιν ἅμα κρίσει ἐς ἑβδόμην.

[169] || Σκόπῳ ἐκ κορυζωδέων, χολωδέων καὶ φάρυγγος φλεγμονῆς φλαύρως διαιτηθέντι, ἡ κοιλίη ἀπελήφθη καὶ πυρετὸς συνεχὴς ἐγένετο καὶ γλῶσσα εὐανθὴς καὶ ἄγρυπνος. ἤτρου ἔντασις ἰσχυρῶς ὁμαλῶς κατὰ σμικρὸν ἐς τὸ κάτω ἐν τοῖσι δεξιοῖσι πνεῦμα ὑπόπυκνον, ὑποχόνδρια ἤλγει καὶ ἀναπνέων καὶ στρεφόμενος. ἄνευ δὲ βηχὸς ἀνεχρέμπτετο. ὑπὸ παχέος πέπλος δοθεῖσα, (701) ἀπὸ τοῦ ὑποχονδρίου μὲν ἀπῶσεν. ἐπεραιώθη δὲ οὐδέν. τῇ δὲ ὑστεραίῃ βάλανοι δύο προστεθεῖσαι οὐκ ἐφάνησαν. οὖρον δὲ παχὺ καὶ θολερὸν, λείη καὶ ὁμαλὴ, καὶ ἔστη κοιλίη ἐν θολερότητι, ἥ τε γαστὴρ μαλακωτέρη ἦν καὶ σπλὴν ἐπηρμένος καὶ κατάῤῥοπος ἐγένετο. ποτῷ ἐχρῆτο ὀξυγλυκεῖ. δεκάτη, αἷμα ἐξ ἀριστεροῦ ὕδαρὲς ὀλίγον ἦλθεν. οὐ πάνυ δέ τι ἄῤῥωστος αὐτὸ τοῦτο, καὶ οὐ-

ptiones, quae quarto die fiunt, difficilem faciunt judicationem. Febres quae uno die intermissionem, altero vero perfrictionem habent, judicium ad septimum circuitum sustentant.

Scopo post mucosorum et biliosorum exitum et faucium inflammationem, ex improba victus ratione alvus restitit et febris continua prehendit, lingua erat florulenta et insomnia conflictabatur. Partium quae ad pubem sunt, valida contensio et aequalis, paulatim ad imum dextrae partis vergens. Respiratio erat subfrequens cum praecordiorum dolore inter respirandum, et cum loco dimoveretur aut sese converteret, absque tussi subcrassa excreabat. Peplos exhibita praecordium quidem allevavit, nihil autem transmisit. Postridie glandes duae immissae, nullo modo apparuere. Urina crassa erat et turbulenta, subsidentia vero aequabilis et laevis. Alvus etsi turbata erat, restitit tamen venterque contrectatu aliquanto mollior erat. Lien intumescebat et sublevabatur, suoque momento deorsum librabatur. In potu erat acetum mulsum. Decima sanguis ex nare sinistra aquosus et paucus prodiit, quod aegro non magnum adjumentum

Ed. Chart. IX. [169. 171.] Foës. II. 1028. 1029. Ed. Lind. I. (701.)

ρον ὑπόστασιν ἔχον. ἐν δὲ τῇ ὑποστάσει ὑπόλευκόν τι προσεχόμενον πρὸς τῷ ἀγγείῳ λεπτόν. οὔτε οἷον γονοειδὲς οὔτε ἀνόμοιον ἐῤῥύη τοῦτο βραχύ. τῇ δὲ ὑστεραίῃ κριθεὶς, ἀπύρετος. καὶ ὑπῆλθεν ὑπόγλισχρον τῇ ἑνδεκάτῃ. τὸ δέ τι περὶ ῥοῦν χολῶδες. οὔρου δὲ κάθαρσις πολλὴ καὶ πλήθει καὶ ὑποστάσει, καὶ πρὶν μὲν οἰνοποτέειν ἦρξατο μικροῦ λάπῃ ὁμοίῃ. διῆλθε δὲ τῇ ἑνδεκάτῃ ὡς ὀλίγον ἐόντων. γλίσχρα δὲ καὶ κοπρώδεα θολερά. τὸ τοιοῦτον εἰ κρισίμως ὅτι καὶ τὸ Ἀντιγένεος ἐν Περίνθῳ. τὰ περὶ τὰς γλώσσας αἰρόμενα συστρέμματα καὶ ταπεινὰ ἐόντα λιθίδια, καὶ τὰ τοῖσι ποδαγρικοῖσι. τὰ ἀσθενέα παρ' ἄρθρα ἐκείνων ἐστὶ, καὶ γάρ ἡ ὀστέων φύσις καὶ τοῦ σκληρύνεσθαι τοῦτο αἴτιον καὶ τοῦ συντείνεσθαι.

[171] || Τὸ τῆς Ἱπποστράτου ἐκ τεταρταίου ἐνιαυσίου ἀπεκορύφου, ὑπόψυχρος φανερῶς δοκέουσα. ἔφοδος ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα καὶ ἱδρὼς ἐκρίθη ταύτῃ, καὶ μετὰ ταῦτα γυναικεῖα

attulit. Urina subsidentiam habebat, in qua subalbidum quiddam inerat tenue matulae adhaerens, quod neque erat geniturae omnino simile, neque vero dissimile. Effluxerat autem brevi intervallo. Postridie ex judicatione a febre omnino liber. Undecima vero, viscidum aliquantulum subiit. Cum profluvio autem biliosum quid effluxit. Multae urinae perpurgatio cum copia tum etiam subsidentia, quae ante vini usum tenui pituitae fere erat similis. Undecima prodierunt alvi faeces, paucae quidem, viscosae tamen et conturbatae. Quod an judicationem haberet, non secus ac Antigeni in Perintho decidit, dubitari poterat. Podagricis humorum coitus et tubercula dura in lingua sublevantur, et humiles calculi concrescunt, imbecillitatesque illis circa articulos fiunt. Ossium enim natura quod indurentur aut contendantur in causa est.

Hippostrati uxori praecordii sinistri tumor, ex quartana annua in fastigium sublatus est, cum palam frigidula esse videretur, oborto frigoris impetu et sudore per totum corpus pervadente, judicata est. Ad haec menses, qui tunc

Ed. Chart. IX. [171.] Foes. II. 1029—1031. Ed. Lind. I. (701. 702.)

πλείω πλήθει καὶ χρόνῳ. (702) τότε γὰρ ἀπεῖχε. μὴ ἑστάναι ἔδοξεν ἀπόστασις. ἐν τοῖσιν σφύζουσιν αἱμοῤῥαγίσι σχῆμα εὐρύ τε ὂν καὶ τὸ ξύμπαν, εἰ ἐκ τοῦ πάντη κατάντεος ἄναντες ποιοῖτο. διὸ καὶ αἱ ἀποδέσιες αἱ ἐν τῇσι φλεβοτομίῃσιν ὁρμῶσι. αἱ δὲ ἰσχυραὶ κωλύουσιν αἷμα. τὸ ἔναιμον καὶ τὸ ὑπόχολον ὀξυρεγμιῶδες. ἴσως δὲ ἐς μέλαιναν τούτοισι τελευτᾷν. ῥίγη ὄρχεται γυναιξὶ μὲν μᾶλλον ἀπὸ ὀσφύος διὰ νώτου ἐς κεφαλήν. ἀτὰρ καὶ ἀνδράσιν ὄπισθεν μᾶλλον ἢ τὰ ἔξωθεν τοῦ σώματος. οἷον πηχέων, μηρῶν, ἀτὰρ καὶ τὸ δέρμα ἀραιόν. δηλοῖ δὲ ἡ θρὶξ τῶν ζώων.

|| Ἧισιν οὐδὲν ἔσω τοῦ τεταγμένου χρόνου, ἐκύστησι τὰ τικτόμενα ἀπόγονα γίνεται. τὰ ἐπιφαινόμενα ἐν οἷσι μησὶ γίνεται. || οἱ πόνοι ἐν περιόδοισιν, ὅτι ἐν ἑβδομήκοντα κινέεται, ἐν τριπλασίοισι τελειοῦται. ὅτι μετὰ γυναικεῖα δεξιά. τὰ δὲ ἀριστερὰ χάσκων ὑγρότης. διὰ τῶν ἀπιόντων διαι-

restiterant, magna copia, et per longum intervallum eruperunt: neque aliqua in parte subsistere abscessus visus est. In his quae pulsant et sanguinem fundunt, positus figuram amplam et laxam esse oportet, idque omnino si ex prorsus declivi acclivis fiat. Quare quae in venarum sectionibus deligationes fiunt, sanguinis impetum promovent, validae vero inhibent. Qui natura sunt sanguinei et aliquantulum biliosi, acidis ructibus conflictantur atque adeo verendum, ne in atrae bilis morbum desinant. Rigores mulieribus a lumbis inchoant magis, et per dorsum ad caput feruntur. Quin et viris posteriore magis quam anteriore corporis parte, ut cubito et foemore. Id autem comprobat cutis ipsius raritas, cujus indicium est pilorum in animantibus generatio.

Quibus intra praefinitum tempus nulla fit noxa, eae vitales partus edunt. Quod si quid gestationis tempore appareat, in quos menses incidat, videndum est. Labores certis temporum circuitibus fiunt, et foetus qui septuaginta diebus moventur, ter iisdem in sese ductis perfecti fiunt. Ad purgationis menstruae extremum, ubi sinistra et dextra dehiscunt, humidi quod tunc procedit copia, quae per ea quae prodeunt satis indicatur, siccissimam victus rationem

Ed. Chart. IX. [171.] Foës. II. 1031. Ed. Lind. I. (702. 703.)

της ξηροτάτης, ὅτι θᾶσσον κινηθὲν διακριθὲν αὖθις αὔξεται καὶ βραδύτερον. ἐπὶ πλείονα χρόνον οἱ πόνοι περὶ τρίτην ἡμέραν πρὸς τῇσι πεντήκοντα καὶ ἕκτην πρὸς τῇσιν ἑκατόν. μηνιαῖοι, δευτεραίῳ καὶ τεταρταίῳ. ἃ δεῖ εἰδέναι εἰς τὸν ἑπτάμηνον ἢ ἀπὸ γυναικείων ἀριθμητέοι οἱ ἐννέα μῆνες ἢ ἀπὸ τῆς ξυλλήψιος καὶ εἰς ἑβδομήκοντα καὶ διακοσίῃσιν οἱ ἑλληνικοὶ μῆνες γίνονται, καὶ εἴ τι προσέτι τούτοισι καὶ ἤτοι τοῖς ἄρσεσιν ἢ καὶ τῇσι θηλείῃσι ταῦτα ποιέεται ἢ τἀναντία. τῶν βρωμάτων καὶ πομάτων οἱ ὦμοι καὶ οἱ μαστοὶ ἐμφυσῶνται, καὶ (703) ἐν τῇ κεφαλῇ αἱ ἀκρησίαι καὶ τὰ ἐμφυσήματα ποιέουσιν αὐξήσιας, ἔστ' ἂν τὰ ὀστέα στερεωθῇ. τῶν ἐπιμηνίων περίοδος, τὰ πρὸ τούτων βαρέα ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πόνων. πρωτοτόκων τὰ γάλακτα τῆς μὲν τροφῆς μεταβαλλούσης, τῆς δὲ ὀκταμήνου ἄπαρτι βούσης. διὸ τὰ ἐπιμήνια ἀδελφὰ τῶν ὀκταμήνων πρὸς δεκάμηνον τεινόντων γενόμενα κακόν.

desiderat. Efformatus foetus, quo velocius movetur, eo tardius incrementum habet. Labores ut plurimum tertio supra quinquagesimum die et sexto supra centesimum contingunt. Quod si menstruam rationem ineas, secundo et quarto mense. Quae ad septimestrem partum necessario consideranda veniunt, aut certe a profluvio menstruo aut conceptu, menses novem supputandi sunt, dum ex ducentis septuaginta diebus, ex Graecorum ratione menses prodeant. Videndum etiam si quid ad hoc accedat. Quin etiam num ista in maribus et foeminis fiant, num vero contra eveniat. Ex eduliis et potibus humeri ac mammae intumescunt, quin et victus intemperantia et flatus incrementum capiti addunt quoad ossa firmitatem acceperunt. Menstruarum purgationum certus quidam est circuitus. Quae igitur ante has fiunt gravitates, laboribus qui ab octimestribus foetibus accidunt, affines sunt. Primipararum lac ab alimento mutationem, octavo vero mense complementum et absolutionem adeptum est. Quocirca menstruae purgationes, si in his quae ad decimum mensem tendunt, octimestribus non absimiles fiant, perniciosae sunt.

[181] || Τρωμάτων ἢν ἰσχυρῶν ἐόντων οἴδημα μὴ φαίνηται, μέγα κακόν. τὰ χαῦνα χρηστὸν, τὰ ἄνω νεμόμενα κάκιον. οἷσιν οἰδήματα ἐφ' ἕλκεσιν, οὐ μάλα σπῶνται οὐδὲ μαίνονται. τούτων δὲ ἀφανισθέντων ἐξαίφνης, οἷσι μὲν τὰ ὄπισθεν, σπασμοὶ μετὰ πόνων. οἷσι δὲ ἐς τοὔμπροσθεν, ἢ μανίαι ἢ ὀδύναι πλευροῦ ὀξέαι, καὶ δυσεντερία ἐρυθρή. τὰ οἰδήματα παραλόγως ῥηΐζοντα κίβδηλον, οἷον τῷ τοῦ Ἀνδρονίκου παιδίῳ τὸ ἐρυσίπελας ἐπαλινδρόμησεν, ἢν μὴ ἐς τὸ αὐτὸ ἐλθὸν χρηστόν τι σημαίνει. τοῦτο ἐκ τε γενέσιος περὶ τὸ οὖς περὶ ἥβην διεδόθη. ἑτέρῳ τριταίῳ ἐκ γενετῆς γενομένῳ ἀπεπύησεν ἐναταίῳ γίνεται οὗτος ἑβδομαῖος ὑγιής. κακοηθέστερα τὰ ἀφανιζόμενα ἐξαίφνης.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΕΠΙΔΗΜΙΩΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ

rendum quid acciderit quinta die, non longe postea moriuntur. II. 79. quibus rigor accedit, febris solvitur. I. 147. a *Febribus* correptae et fortiter attenuatae sine manifesta causa, in utero habentes, difficulter pariunt et periculose, aut abortum facientes periclitantur. III. 746. eum *Febribus* acutis sudor multus fiens, malus est. I. 165. voces deficientes. I. 169. ex *Febribus* ardentibus, qui aliquantum perfrigerantibus, cum egestionibus alvi laborant, oculis malum est. I. 168. 251. quibus dolor mammarum fit, sputatio cruenta non faeculenta oborta, solvit dolores. I. 328. resurgentibus abscessus isthic fiunt, ubi quid doluerit. III. 731. surditatem sanguinis e naribus fluxio, itemque alvi turbatio solvit. I. 265. modicis, testis sinistri tumor. III. 437. quibus tubercula diutina, aut ad articulos dolores fiunt, hi cibis pluribus utuntur. III. 765. de *Febribus*, et symptomatis aestivis. II. 390. in *Febribus* abscessus, qui non solvuntur ad primas judicationes, longitudinem morbi significant. III. 734. acutis, magis ardentibus, quibus lacrimae invitae defluunt, his sanguinis a naribus eruptionem expectare oportet. III. 403. acutis, floccos de vestibus evellere, aut paleos de pariete detrahere, lethale. I. 93. acutis quibus biliosae alvi egestiones, his lac dare, malum. III. 748. acutis convulsiones et circa viscera dolores fortes, malum. III. 736. acutis, quae ante faciem feruntur et frustra venantur, lethale. I. 93. inflata alvo, flatus non erumpere, malum. I. 239. ardentibus si posterius septimo die morbus regius accedat, indicium est sublati sudoris. I. 138. ardentibus bona signa apparentia, qualia in sanis scripta sunt. I. 138. ardentibus quibus tremores facti fuerint, mentis emotio solvit. III. 753. ardentibus, quibus plerumque tusses siccae, non irritantes, hi non ita valde siticulosi sunt. III. 734. ardentibus quibus coxarum dolor, oculorum distortio, aut caecitas, aut testium tumores, aut mammarum elevatio, febrem ardentem solvit. I. 146. ardentibus si accedat morbus regius et singultus quinto die, lethale est. I. 144. quibus aures obsurduerunt, his non soluta febre, insanire necesse est. I. 147. quibus aures obsurduerunt, his sanguis e naribus effusus, aut alvus exturbata, morbum solvit. III. 735. continuis quibus pustulae per totum corpus erumpunt, lethale. I. 249. quibus crura fiunt tuberculosa, et haec tubercula moram trahentia non maturantur, febribus perseverantibus, talibus sanguis e naribus fluere solet. II. 79. quibus circa dentes viscosa adhaerent, his fortiores febres fiunt. III. 734. durities circa ventrem cum dolore, horrore, cibos aversantibus, non suppurantur. I. 345. erroneis nigrae in urina nubeculae, quartanam indicant. I. 334. ex somnis, timores aut convulsiones, malum. III. 736. non intermittentibus exscreationes bonae et malae. III. 733. qui exudant, caput dolentes, alvo suppressa, convulsi fiunt. I. 255. fortioribus, bile a medicamento commota, aeger neque bibens neque sorbens plerumque perit. III. 858. inguinis dolor morbum diuturnum significat. I. 243. non intermittentibus si externae quidem partes frigidae fuerint, internae vero ardeant, ac sitim habeant, lethale. III. 734. non intermittentibus, quae exscreationes bonae aut malae. III. 765. intolerabilibus quibuscunque septima aut nona, aut decimaquarta morbus re-

gius accedit, bonum. I. 139. sq. judicationes impeditae ac sublatae, temporis quidem diuturnitatem inducunt, non autem perniciosae sunt. I. 243. aut aliis aegritudinibus quicunque ex voluntate lacrimantur, nihil absurdi est. III. 734. juxta latus dolores consistentes citra notas, venae sectio laeserit. I. 315. sq. longis, lac convenit. III. 748. longis, tenuibus, erroneis, urinarum tenuium mictiones splenicae sunt. I. 537. longis, aut tubercula, aut dolores in articulis fiunt. I. 249. III. 733. lumborum dolor praecordiorum dolori submurmuranti accedens, ventres ut plurimum humectat. I. 279. mentis emotiones taciturnae, in eo qui voce privatus non est, perniciosae. I. 242. cum pedes frigidi sunt, neque potum, neque sorbitionem, neque aliud quidquam ejusmodi dato. II. 72. quartanis quibus sanguis ex naribus fluxerit, malum est. III. 767. recentibus pharmacum exhibendum bilem ducens. II. 132. quibus morbus regius septima, aut nona, aut decima, aut decimaquarta accedit bonum. III. 736. quibus quotidie rigores fiunt, quotidie febres solvuntur. III. 735. quibus sexta die rigores fiunt, difficulter judicant. III. 731. rubores circa aurem ex praegresso dolore, signum sunt erysipelatis in facie futuri. I. 263. quibus sanguis abunde undecumque profluxerit, his in refectionibus a morbo alvi humectantur. I. 255. sanguinis e naribus larga ruptio multos servavit. III. 397. quibus sanguinis multitudo erumpit undecumque, his in refectionibus alvi humectantur. III. 730. sorbitiones quando dandae. II. 73. spiritus offendens, malum. III. 736. derepente suffocari, et deglutire non posse, citra tumorem, malum est. I. 276. sudores multos expectare oportet, cum aestas sit veri similis. III. 720. exudantes, caput dolentes, alvo intercepta, convulsi fiunt. I. 174. surditas alvum sistit. I 262. tertianis dolores qui exacerbantur, tertianarum generis morbum faciunt. I. 250. quibuscunque tremores circa judicationem cessant, his temporis progressu abscessus dolorosus suppuratus in articulos fit. I. 252. ardentibus quibus tremores oboriuntur, mentis emotio solvit. I. 146. sq. si tubercula pedem contigerint, paulatim ad cervicem dolores pervenient. II. 80. secundum venam quae est in collo, pulsus ac dolor, in dysenteriam desinit. I. 250. quibus venae in temporibus pulsant, et facies sana est, et praecordium non molle, diuturnum morbum significat. I. 250. citra ventrem aestus vehemens, et cordis, sive oris ventriculi morsus, malum. III. 736. quibus vertigines ab initio, et capitis pulsus fiunt, et urinae tenues, in his expectare oportet, ut ad judicationes febris exacerbetur. II. 74. si mutationes habeat urina, diuturnitatem temporis significat. I. 142. quibus urinae conturbatae, velut jumenti, his capitis dolores, aut adsunt, aut aderunt. III. 736. sine *Febribus* quibuscunque dolores fiunt, plerique diuturni sunt. I. 223.

Febricitans ex levato asino. III. 526. sicca permanens. III. 526.

Febricitanti caput non purgandum. II. 136. si quis cibum det quem sano exhibet, sano quidem robur, aegroto vero morbus est. III. 765. sudor oboriens febre non intermittente, malum. III. 735. frigidi sudores accedentes, longam febrem significant. I. 143. si sudor accedat, febre non deficiente, malum. I. 143. quum decimaquarta die vocis inter-

ceptio accesserit, non solutio contingere solet. II. 81.

Febricitantibus lac dare, malum. III. 748. non valde multum lac convenit. III. 748. quibus rubores sunt in facie, his sanguinis fluxio plerumque contingit. I. 253. omnibus victus humidi conferunt. III. 710. quibuscunque in urinis subsidentiae crassiores polentae partes referentes fiunt, longum morbum significant. III. 760.

Febricitantium non omnino leviter, permanere, et nihil minui corpus, aut etiam magis quam pro ratione colliquari, malum est. III. 715. a *Febricitantium* naribus qualia, ab inditis prodeant. III. 535.

Febricula tenuis ex moerore. III. 505.

Febriculosam aestatem fieri quando necesse sit. I. 543.

Febrientem si non diebus imparibus febris dimiserit, recidivare solet. III. 735.

in *Febriente* sputa convulsoria sine sudore defluentia, levia sunt. I. 288.

Febrienti aut vulnerato alvus resiccata, malum. II. 174. ac bilioso in tempore foras dispersa bilis, bonum. II. 174. si atra bilis in principio sursum, aut deorsum prodierit, lethale est. I. 243. cibus non offerendus, neque sorbitionibus subtus alvus ducenda. II. 132, quum quarta die lingua conturbata loquitur, et alvus biliosa liquida egerit, talis delirare solet. II. 81.

in *Febrientibus* cum horrore, durities cum dolore circa ventrem, ad suppurationem quando perveniant. I. 281. nares multa, et bene significant. I. 190. tubercula juxta aures cum dolore oborta, quibusdam febre judicatorio modo deficiente, neque sedantur, neque suppurantur. III. 404. non *Febrientibus* si fiat tormen, et genuum gravitas, et lumborum dolor, deorsum medicamento purgante opus habere significat. III. 729.

Febrientium potus. II. 132. quae potiones sub dio sint exponendae. II. 323. sq.

Febriles in dorsum distentiones, urinae geniturae similes solvunt. I. 290.

Febrire nocivum quibus sit. I. 280. incipientibus quibus sanguis de naribus sternutatione fiente destillat, his in septima die solutionem significat. I. 254.

Febrium ardentium purgationes. II. 65. a bile et pituita conclusarum generatio et curatio. II. 132. a bile signa. II. 247. in principiis, sive delirium accesserit, sive alicujus membri sideratio, periturum hominem sciendum est. I. 209. differentiae. III. 408. 587. duo genera. I. 574. quatuor species. I. 369. hiemalium in acutas transitus qua ratione fiat. II. 389. hiemalium, undecumque fiant, observatio et tutela. II. 389. omnium judicationes observandae. II. 75.

Fel tauri tritum in potione ad purgationes mulierum. II. 604. scorpii marini, ad foecunditatis experimentum. II. 595. suillum. II. 563.

de *Fellis* vesicae situ. I. 505.

Femur in posteriorem partem luxatum. III. 258. fractum quinquaginta diebus corroboratur. III. 98. magis gibbosum ad partem externam. III. 98. non repositum. III. 228.

Femoris os fractum. III. 97. brevius effecti dedecus. III. 98. articulus ex coxa elapsus. III. 213. aut brachii os extra eminens. III. 122. intro elapsi signa. III. 214. tibiae et pedis decurtatio, ex articulo non reposito. III. 216. caput in posteriorem partem elapsum. III. 226. ossis abscessio. III. 248. circa coxam luxatio. III. 250. punctionem sine sanguine, mors tertia die consequuta.

III. 566. diftentio quomodo et quibus inftrumentis fieri debeat. III. 301. caput in exteriorem partem elapfum. III. 221. caput ad externam partem luxatum. III. 257. in pofteriorem partem elapfi figna. III. 227. articuli in interiorem partem emoti figna et fymptomata. III. 284. in exteriorem partem emoti figna et fymptomata. III. 285. in pofteriorem partem elapfi figna et fymptomata. III. 286. in priorem partem elapfi figna et fymptomata. III. 288. repofitio. III. 289.

de *Femore*. II. 110. III. 271. 261.

Femoribus extenuatus ex labore montano. III. 597.

ex *Femoris* dextri dolore, febris acuta ardens. III. 499.

Ferinum ulcus autumno, et oris ventriculi dolores, et horrores, et atra bilis. III. 585.

Ferrum fanat, quaecunque medicamenta non fanant. III. 768.

Ferox refponfio ex moderato, malum. I. 240.

Ferulae in deligationibus quales effe debeant. III. 58.

Ferulam qualem effe in fracturae partibus conveniat. III. 75.

Ferularum locationes in quibus vitandae. III. 95.

Festucas in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut phrenitide, aut capitis dolore legere, lethale. I. 93.

Fex vini combufta. II. 564.

Fibrae ex ventre in veficam. II. 112.

Fibri tefticulus in fuffimento ad os uteri hians. I. 476.

Ficus primae peffimae funt. I. 690. viridis humectat, et alvum movet, et calfacit. I. 690. et uvae paffae, aeftuofae funt, fed alvum movent. I. 690. pinguedo interna. II. 561. fq. et fi poftrema menfa fumantur, poftremo tamen omnium evomuntur. II. 464.

Figuli. I. 648.

Figurae magis allevantes. III. 597. fpongiformes et molles (ut lien, pulmo et mammae) humidis admotae partibus, humorem ad fe trahunt, augenturque. I. 53. juftae in omnibus artibus fervandae. III. 153. cavae et expaffae, cui rei maxime fint idoneae. I. 52. cucurbitales intra hominem humores manifefte ad fe trahunt. I. 52. fq.

Figurarum deligationis fumma. III. 61. tam intra quam extra corpus, differentiae. I. 55.

Filia quaedam in albis, alia in rubris menfibus prognata. III. 524.

Fimum, atque alias humecta, denfius compreffa, a feipfis concalefcunt. I. 407.

Fines in meraciora definentes, putrefactionem fignificant, velut in Dexippo. III. 436. circa *Fines* et principia, omnia funt debiliora. III. 716.

Fissurae ex contufione deprehenfu difficiles. III. 361.

Fiffurarum offium fpecies omnigenae. III. 351.

Fistulae quaenam difficillimae fint. I. 320. primum crefcentes, funt refecandae. III. 330.

cui *Fiftula* refringebatur, tuffficulae permanere impediebant. III. 629.

Fiftularum generatio. III. 329.

Flatus circa veficam medicamentis urinam cientibus expurgare oportet. II. 12. graveolentes quum prodierint, glandula fubdititia, aut infufo per clyfterem utendum erit. II. 72. quomodo circa hepar contingentes, ejus loci dolorem, fuppurationes, ac tubercula excitent. I. 54. in ventrem per follem immiffio in volvulis. II. 305.

Flatum fine ftrepitu ac crepitu prodire, optimum eft. I. 100. 316. in febribus infefta

alvo non erumpere, malum. I. 239.
ex *Flatibus* plurimae uteri affectiones fiunt. III. 679.
Flatuosi multum non sunt morbo regio laborantes. III. 750.
Flatuositas causa est in his, qui scapulas alarum modo eminentes habent. III. 596.
Flavae bilis a muliere mictio. II. 851.
Floccos de vestibus evellere, in febribus acutis, aut peripneumoniis, aut in phrenitide, aut capitis dolore, lethale est. I. 93.
Flos rosarum in uteris ulceratis. II. 691.
Fluida facere oportet corpora, cum quispiam ea purgare volet. III. 713.
Flumina non solito more fluentia per somnum videre, sanguinis circuitum significat. II. 11.
Fluxio calida ac nitrosa, aestivo vel autumnali tempore. II. 70. in medullam, tabis occultae generatio. II. 115. in oculos. II. 118. e naribus larga crassa, caput dolentibus ex posteriore parte ossa rupta habentibus, mala. I. 261.
Fluxionis in vertebras et carnes notae. II. 115.
Fluxioni a capite fluenti vomitus conducit. II. 158. sq.
Fluxionem flatuosam pharmaco illito sistito. III. 460.
a *Fluxione* infestatae, ad nares aut os fluxionem transire, bonum. II. 174. de *Fluxione* per gulam in ventrem, ejusque curatione. II. 127. in aures. II. 117. capitis in thoracem biliosa. II. 121. ex *Fluxione* retro ad vertebras et spinam medullae, quomodo hydrops contingat, ejusque curatio. II. 128.
Fluxiones sanguinis e naribus, septima die aut nona, aut decimaquarta, plerumque febres solvunt. II. 255. capitis septem. II. 114. in oculis quibus tenues ac diuturnae, si maturae in nares processerint, prosunt. III. 681. etiam contingunt valde plenis carnibus. II. 113. ex fervido ulcere dolorosae in gestantibus uterum, malum. I. 324. propter frigus frequenter in thoracem fiunt. II. 114. ad loca vicina derivandae. II. 129. ex naribus largae per vim suppressae, quandoque convulsionem provocant. I. 286. aliquando fiunt partibus infernis siccis, supernis vero humidis. II. 114. ad gingivas et dentes, in habitibus tabescentibus, cum febre comparentes, malae sunt. I. 308.
Fluxionibus a capite veratrum expedit. II. 87. ex *Fluxionibus* intra corpus abeuntibus morbus. I. 498. coxendicum et articulorum affectiones. II. 116. in *Fluxionibus* alvi, mutationes egestionum prosunt. III. 713. ad coxam, venas retro aures secato. III. 609.
Fluxionum capitis in spinam notae. II. 125. in fauces ratio. I. 46. de *Fluxionum* tribus causis. II. 113.
Fluxibus inchoantibus, praedicendum. II. 762.
Fluxus sanguinolentus, aut albus. II. 862. ex partu curatio. II. 583. in uteris, signis, causis, et curatione. II. 765. mulierum, albus, fulvus, et ruber, quibus magis, et unde fiat. II. 761. ruber qualiter fluat, quas et quando potissimum invadat. II. 767. alius, velut ex ovo crudo luteum subalbidum, et ejus curatio. II. 778. albi alterius curatio. II. 774. ex partu, et cibi in ventre non manentes. II. 669. mulieribus pauciores quidem, sed salsi et biliosi, qui internas et externas partes ulcerant. II. 695. fulvus, et albus. II. 770. muliebris nimius quomodo sistendus. II. 153. multus sanguinolentus, citra do-

lorem ante puerum prodeuntem. I. 465. quomodo per flatus generentur. I. 579. si a capite, ad puerperii purgationem vertatur, et multum concitetur, melius habebit. II. 658. in sanguinem pituitae, si multus fuerit ac crassus, statim occidit. I. 603. muco si a carne et osse ad oculos, curatio. II. 119. ruptura spontanea. I. 581. in ventrem prodeuntis curatio. II. 658. non succedentis signa. II. 685. si mulieri a capite in ventrem vertatur, facilior utique exitus puero continget. II. 658. muliebris curatio. II. 592. albi, signa, causae, et curatio. II. 543. mucosi ad oculos notae. II. 119. pituitae ad dextras magis defluunt quam ad sinistras. I. 603. ex puris sputo, malum. III. 758.

ad *Fluxum*, potiones. II. 855. et dolorem uterorum. II. 558. muliebrem. II. 591. resiccandum. II. 861. et dolorem. II. 856. circa *Fluxum* curationem quae consideranda. II. 765.

in *Fluxu* rubro spirandi difficultas. II. 764. mucoso, capitis secandi ratio. II. 120. muliebri convulsio et animi deliquium si accedat, malum. III. 746. ex *Fluxu*, alvi profluvium. III. 766. a *Fluxu* uteri sedato, tumor. II. 767. bilioso non purgata, nec ullis signis apparentibus. II. 626.

Foecundae quae sint, quae vero non. III. 747.

Foecunditatis experimentum. II. 725.

Foemella cur posterius formetur et coarticuletur. I. 396.

Foemellae ab aqua magis, et a frigidis ac humidis et mollibus augescunt. I. 648. citius quam filii pubescunt, sapiunt, ac senescunt. I. 453.

Foemellam ut generes, diaeta ad aquam vergente utendum est. I. 649.

Foemina multo minus coitu, et breviore etiam tempore quam vir delectatur. I. 576. sq.

Foetus bimestres aut vetustiores perdenti, quomodo medendum. I. 469. bimestris corruptio. II. 682. prolapsus quomodo retrudendus. III. 378. vivi in partu manum aut crus foras praemittentes. II. 701. mortui exsectio. II. 701. quot diebus formentur ac absolvantur. II. 23. dum in utero vertitur, periculum. I. 456. pituitosos esse necesse est, si capitis purgatio in utero non contingat. I. 597. quae corrupturae sunt, his mammae graciles fiunt. III. 746. in latus aut caput processus, cur periculosus. II. 653. mortui, quomodocunque tandem procedat, extractio. I. 462. oblique prolapsi, ac manum extensam habentis, exsectio. III. 376. septimestris aetatis, cum pelliculae luxantur, secedunt in id quod cedit. I. 446. perditur, ex rupta, illum ambiente, pellicula. I. 381. in utero motus ab igne. I. 637. qua ratione sanissimum caput habebit. I. 597. plures nonnulla animalia edunt. I. 423. quibus de causis corrumpantur. II. 645. masculi quidem in dextris, foeminae vero in sinistris magis. III. 745. qua ratione foras prodeant. I. 636. ex *Foetus* corruptione in morbis longis non valde purgata, dolores ex laterum mollitudine ad intestinum teque transeuntes, perniciosi sunt. I. 323. de *Foetus* menstrui in utero corruptione. II. 547.

Foetui mortuo cur venter humidus perforandus. II. 702.

Foetum qua ratione in utero verti, et non in caput edi contingat. III. 378. sanum esse quando impossibile sit. III. 747. corruptum quae signa comitentur. II. 642. menstruum, aut bimestrem, corrumpentis curatio. II. 673. debilem significat, lac ex mammis fluens.

III. 746. expellentia. II. 654. 694. 724. ad *Foetum* mortuum ejiciendum. II. 721. 751. immobilem corrumpendum. II. 730.

Folia ex arboribus decidentia videre, ab humidis et frigidis corpus laedi significat. II. 11.

Follis, et manuum ad rhythmum motus, micationi per summas manus similia faciunt. I. 701.

Fomenta humida. II. 569. humida ante pharmaca in hydrope. II. 477. in pleuritide humida et ficca quae. II. 37. ad uteros purgandos. II. 873. ad fluxus. II. 857. calida foris adhibita dolorem mitigant. I. 579. clavicularum dolores solventia. II. 37. ficca. II. 571.

Fomentum ad uteri conceptionem. I. 472. aliud fortius ex bitumine. II. 875. ex myrrha et aeris flore ad nares. II. 236. oculorum dolores solvit. III. 753. purgationibus semper praemittendum. II. 631. sq. suffimentis. II. 803. uterorum modus. II. 796.

Fontes et putei commoti per somnum conspecti, quid significent. II. 12. ac marinae aquae, cur hieme auctiores et calidiores, I. 408. quatuor, sanguis, bilis, pituita, et aqua, item ventriculus, quomodo quum pleni fuerint, semper corpori distribuant. II. 336. quatuor non tantum, sed etiam totum corpus de ventriculo trahere. II. 336.

Formae et mores hominum, regionis naturae plerumque compares. I. 567.

Formae hominum multiplices faciunt temporum magnae et frequentissimae mutationes. I. 549.

velut Formicas de capite in spinam descendere videri. II 265.

Fortibus natura, fortibus pharmacis utendum est. II. 147.

ex *Fortissimo* in igne, et tenuissimo in aqua, calidi et sicci temperamenti constitutio. I. 656.

Fortuna ex medicina aut alia quapiam arte non est pellenda. II. 149. sui juris est. II. 148.

Fortunam in curandis morbis citra artem nihil posse. I. 8.

Fracturae cum ulceribus. III. 185.

Fracturarum cum et sine ulceribus, curationes. III. 115.

Fricatio et lucta externis corporis partibus magis laborem exhibent. I. 701. ex oleo et aqua mollit, et non vehementer excalfieri finit. I. 702.

quae Frigefaciunt ea quae in ventre sunt, alvum subducunt. II. 147. sq.

Frigida doloris exortibus, valde rubicundis, convenit. II. 162. quando calorem revocet. III. 741. dentibus et nervis inimica. II. 156. convulsiones antrorsum et retrorsum distentiones; nigrores, ac rigores febriles inducit. III. 741. tumoribus in articulis, doloribus sine ulcere, podagricis, et convulsis prodest. II. 161. sq. velut nix, glacies, pectori inimica sunt. III. 742. et humida alvum subducunt. II. 147. inimica ossibus, dentibus, nervis, cerebro, spinali medullae. III. 741. in his uti oportet unde sanguis erumpit, et erupturus est. III. 742. podici et utero non valde commoda. II. 163. ulceribus mordax. III. 741.

Frigidae usus in ventris dolore. III. 565.

Frigiditas partium posteriorum, convulsoria est. I. 235. extremarum partium in morbis acutis malum. III. 757. extremarum partium, ex dolore forti partium circa ventrem, malum. III. 759. aut caliditas ubi in corpore isthic morbus est. III. 732.

prae *Frigore* quae aut moriuntur, aut ulcerantur, iis partibus conducit calida. II. 163.

. à *Frigiditate* quae moriuntur, aut ulcerantur, confert calida. III. 742.

Frigidior, in frigido tempore ac regione calidior erit. III. 611.

Frigidi temperamentum a calido. I. 42.

Frigidum et auxiliatur, et occidit quaecunque ex calido sunt. III. 607. valde, venas rumpit, et tussim movet. III. 596.

Frontis in capitis dolore secandi ratio. II. 230. contractio in morbis acutis, phrenitidis signum est. I. 266. in ejus ulceribus, quatenus cataplasmatis utendum. III. 362. denudatio. III. 581. 660. prurigo. III. 548. dolores, difficiles sunt. I. 173. 274. sq.

Fronte percussus supra oculum dextrum. III. 553.

Fructus a suis plantis, quae alimentum a terra trahunt, nutriuntur. I. 405. qui ab arboribus colliguntur. I. 688. sq.

Frumentum et vinum quibus inter se differentia. II. 424.

Fulcimenta quibus partibus adhibenda. III. 63.

Fulioo de furno ad foetum mortuum expellendum. II. 752.

Fulvi, simi, oculis magnis, quicunque boni. III. 459. naso acuto, oculis parvis, quicunque mali. III. 459.

Fullones. I. 642.

Funiculus lucernarius in uteris ascendentibus ac suffocantibus. II. 591.

Funambulationes attenuant. I. 709.

Furfures in urina pura, vesicae scabiosae sunt signa. I. 369. hordei. II. 586.

Furfurum decoctum in clystere, renibus affectis. III. 678. succus coctus, levis per alvum secedit. I. 676.

Furfuracea quaedam simul cum urina crassa prodeuntia, vesicam scabie affectam significant. III. 738.

Furiosa quaenam sint. I. 329.

in *Furiosis* convulsio accedens, dissipationem facit. I. 314.

Furiosum ac lethale est, dentes collidere, aut stridere, quibus non familiare id est. I. 270.

Furores etiam autumno fiunt. III. 724. vere fiunt. III. 724.

Furunculorum species, forma ac generatio, et curatio. II. 161.

G.

Galbanum ad conceptum facilem. I. 468.

Galeancones. III. 220. 586. ex nativitate et casu. III. 155.

Ganolia. III. 187.

Gargarismus in angina. II. 237.

post Gemellarum partum, et modicam purgationem, febris horrida, acuta. III. 508.

Gemelli quare inter se similes fiant. I. 653. una die atque ex una secunda eduntur. I. 465. masculi nascuntur, cum masculum semen ab utrisque secretum fuerit: quum vero foemineum ab utrisque, foemellae fiunt. I. 653.

Gemellorum partum significant tumores difficiles, circa intestinum tenue. I. 326. ex *Gemellorum* abortu, ventris dolor, nono anno. III. 694.

Gemini qua ratione nascuntur. I. 652.

Genae tenuis particula dissecta neque augetur, neque coalescit. I. 419. II. 177. III. 752.

Generatio corruptio, auctio diminutio, commistio, secretio, idem putantur. I. 632.

Generationem, neque ab uno, neque genere differentibus fieri. I. 551.

Generationes hominum differentes tres. I. 651.

Genitalium putredines aestate fiunt. III. 724.

Genitura non omnis fortis est. I. 403. et nares, quibus natura humidiores, hi morbosius sani sunt. III. 750. viri, graveolens a muliere reddita. II. 637. humido in corpore calfacto ac diffuso, spumescit. I. 372. in tabe dorsali, si quis urinam reddat aut alvum dejiciat, prodit. II. 265. viri in uterum illapsa, caliditatem et voluptatem mulieris extinguit. I. 375. a matre, sanguine in uterum descendente, augescit. I. 387. postera aut tertia die mulieri excidens. II. 628. in utero coacervata, et calfacta spiritum habet. I. 383. a coitu statim diffluens. II. 635. a *Genitura* crassa intus retenta Mola in utero. II. 848.

Geniturae in brutis foemineae, ac masculae ratio eodem modo habet, quo in homine. I. 379. transitum in pueris impediunt, venae tenues et repletae existentes. I. 373. spiratio modica sanguinem modicum, amplior copiosiorem, et uberiorem in uteros trahit. I. 388. sex dierum foras prolapsae forma, ovo crudo persimilis. I. 386. ex corpore ad pudendum viae. I. 371. mulieri a coitu statim excidentis causa. II. 628. in utero conceptae, notae. I. 469. mammarum, pectoris et vocis communio.

Genituram viri, ab omni humido quod in corpore existit, provenire. I. 374. quo pacto mulier retinere possit. II. 633. inflatam pelliculam acquirere. I. 385. mulier aliquando in ipsum uterum, aliquando foras, emittit. I. 375. non tantum a calido, sed etiam a matre spirante spiritum habere, eoque frui. I. 385. ad decem, aut duodecim dies retinentes, virum ne adeant. II. 634. non suscipiens, mensibus secundum naturam fluentibus. II. 588. 641. continens, nec praegnans tamen. III. 35. in typho per somnum aut inter eundum effundentes. II. 505. ab omnibus corporis partibus excerni. I. 374. quales non contineant. III. 4. sq. pellicula ambiens ac complectens, tota ex umbilico tenditur. I. 387.

de *Gente* quae plurimum legibus et consuetudinibus inter se differunt. I. 550.

Genu propter expeditam ac facilem naturam mitius est, quam cubiti gibbus. III. 267. flexio deligationibus in femore ac tibia turbationem inducit. III. 100. luxatum quomodo reponendum. III. 290. ad *Genu* dextrum tumor ab exercitiis et mollis usu. III. 669.

ad *Genua* dolor, partium supernarum dolorem solvit. III. 466.

in *Genubus* dolor erit, si mammae ex gracilibus rursus durae fiant. III. 746.

Genuum ac coxendicum dolor, septima, aut nona, aut decimaquarta die febrem solvit. I. 255. dolor, malus. I. 238. gravitas, lumborum dolor, et tormen, si fiat non febrienti, deorsum medicamento purgante opus habere significat. III. 729.

Geometriae cognitio medico necessaria. III. 822.

Germinandi diversitas, in iis quae ex semine, et ex plantariis proveniunt. I. 406.

Gibbi coactiones variae. III. 202.

Gibbosi quicunque ex anhelatione aut tussi fiunt, ante pubertatem pereunt. III. 755. raro ad sexagesimum annum vivunt. III. 190. 298.

Gibbosis, plerumque pulmonis tubercula. III. 189.

Gibbositas in spina ex phrenitide. III. 569. 681. prope cervicem. III. 192. supra septum transversum. III. 188.

infra septum transversum. III. 189. aucto jam corpore. III. 190.

Gibbositates ex casibus. III. 200. juxta verticulum non facile pelluntur. III. 197.

a *Gibbo*, interdum spirandi difficultas. III. 189.

GINGIVAE dolor. III. 679. in lienis morbo male olentes. II. 486. a dentibus discedentes in lienis morbo. II. 486. vitiatae, his sunt quibus splenes magni. I. 227. dolor ac tumor. III. 573.

Gingivarum pruritus pueris ad dentitionem accedentibus, fiunt. III. 725.

ad *Gingivas* et dentes comparentes fluxiones, in habitibus tabescentibus, cum febre, malae sunt. I. 308. circa *Gingivas* abscessum factum dentis corruptio solvit. I. 270.

de *Gingivis* sanguis defluens, ex alvis liquidis, lethale est. I. 347. sanguis, ex alvo liquida, perniciosus. I. 271. in *Gingivis* denigratis, calida convenit. II. 163.

GLANS Aegyptia. II. 561. virilis membri frigidior est, quam quis putarit. II. 158. sq.

GLANDES subdititiae ad menses quomodo formandae. II. 744.

Glandula subdititia. II. 792.

Glandulae quando, et a quibus fluxionibus infestentur, et a quibus non. I. 495. album fluxum purgantes. I. 479. renum etiam majores, quam aliis partibus. I. 495. pectoris mammae dicuntur. I. 500. pectoris in viris ob locorum angustiam et corporis densitatem, magnae non sunt. I. 501. non valde per se, sed cum reliquo corpore aegrotant. I. 492. fluxionibus maxime sunt obnoxiae. I. 492. ex reliqua corporis redundantia nutriuntur. I. 493. corporis humiditatem suscipiunt. I. 493. inguinum. I. 494. sub alis. III. 152. sub utraque aurium parte. I. 494. intestinorum, majores. I. 494. utrinque sub alis. I. 494. intestinorum, cur depiles. I. 494. intestinorum unde. I. 496. sunt spongiosae, rarae, pingues, friabiles, et venas multas habent. I. 491. et pili, eadem utilitate participant. I. 493.

Glandularum in corpore situs. I. 492. de *Glandularum* colli natura tota. I. 495. natura et substantia. I. 491. duplici genere ac usu. I. 493. ex *Glandularum* tumoribus febres, malum: exceptis diariis. III. 735.

quae partes *Glandulas*, et pilos, et quae glandulas tantum habeant. I. 493. sq.

de *Glandulis* in pectore. I. 500. in *Glandulis* oleosus humor. I. 492.

GLAUCEDINES senibus fiunt. III. 727.

GRACILES et facile vomentes sursum purgare oportet, vitantes hiemem. III. 727. secundum naturam minus cito moriuntur, quam crassi admodum. III. 718.

Gracilis ac macilentus a febre ustus, quomodo cibandus et curandus. II. 133.

Gracilitatem corporis quo studio consequaris. I. 619.

GRAECORUM et Barbarorum in Asia qui fortes et bellicosi credantur. I. 554.

GRAMMATICA quid. I. 645.

GRAVE quiddam in pectore incumbens, pulmonem ad latus prolapsum significat. II. 275.

GRAVEDO ex frigidate. I. 46. ad *Gravedinem*. II. 759.

Gravedines post aestatem siccam et Borealem. I. 545. vere fiunt. III. 724. et raucedines, valde senibus non concoquuntur. III. 717. ad hiemem fiunt, si aestas sicca at Aquilonaris fiat. III. 722. quando perfecte fiant. I. 223. sq. quos morbos solvant. I. 223. naturis siccioribus fiunt, si autumnus aquilonaris et pluviarum exors

fuerit. III. 722. et sternutationes in omnibus circa pulmonem morbis, et antecessisse et succedere, malum est. I. 103. 299.

Graveolentia circa spiritum unde fiat. II. 350. in pudendis, et columella. II. 587. sq.

Gravia omnia, natura deorsum feruntur. I. 584.

cum *Gravitate* capitis dolor soporosus, convulsorium quiddam significat. I. 259.

Gula sive stomachus, velut infundibulum, potum, et quaecunque volumus, excipit. I. 485. ejus structura et positio. III. 380.

Gurguliones periculosi sunt ut et resecentur et scarificentur, quamdiu rubicundi fuerint, et magni. I. 115.

Guttur et gula. III. 825.

Gutture praesecto vox non editur. I. 440. sub *Gutture* tumor cum febri multa in anginosa. III. 658.

in *Gutturis* dolore, aquam calidam super caput fundito, si non frigus fuerit. III. 464.

Gymnasticae medicina est contraria. II. 138.

H.

Habitiores sunt pueri, qui plus mingunt, quam egerunt. I. 483.

Habitudinem bonam ad summum progressam, non tarde solvere confert. III. 707.

Habitus hominis bonus qui dicatur. I. 84. bonus quomodo ex esu accedat. II. 346.

Haemorrhois, velut similis est atrae bilis. III. 609.

Haemorrhoides, si sideratis accedant, utile est. I. 313. fortes ac diuturnae. III. 556. si eum phrenitide occupatis atrabiliariis oboriuntur, bonum est. I. 146. atrabiliariis et phreniticis accedentes, bonum. III. 751. quibusdam ex mensibus suppressis fiunt. I. 325. aetatem constantem agentibus accidunt. III. 726. viris in meridionalibus civitatibus frequentes. I. 627. hieme per duos annos. III. 525. insania supervenientes, insaniam solvunt. III. 752.

in *Haemorrhoide* alvus turbata. III. 556. ex *Haemorrhoide* parum apparente, vertigines obortae, parvam ac modicam siderationem significant. I. 288.

Haemorrhoidarum curatio. II. 98. per glandulas curatio. III. 545. post *Haemorrhoidarum* ustionem quae curatio adhibetur. III. 341.

Haemorrhoidas quum haberet Alcippus, a curatione prohibebatur: curatus insaniit, febre acuta succedente cessavit. III. 544. sananti diuturnas, si non una servata fuerit, periculum est hydropem aut tabem accedere. III. 751. qui habent, si quis hieme multo potu uti viderit, et bono colore praeditos, quid de his praedicere liceat. I. 87. sq.

Haemorrhoidum alius curationis modus. III. 343. fluxionis futurae signa. I. 177. generatio, curatio, et cognitio. III. 340. bonum. III. 600.

in *Haemorrhoidibus* sanguis non fluit, ablata extuberantia. III. 344. cancer. III. 556. sq. extuberantia penitus intus delitescens. III. 344.

Hederae albae folia astringunt. II. 161.

Hepar testudinis marinae adhuc viventis, in pesso. II. 719. pueris cor dicitur. II. 331. jaculo percussus. III. 671. 659. ovillum aut caprinum in parientibus ab inflatione laborantibus. II. 589. venarum radicatio. II. 22. tauri ad faciem ornandam. II. 853. ejus structura, forma, et positio. III. 380. dolet homo, si derepente multa bilis fiat. II. 331. quibus dolorosum fit. I. 164. quibus aqua repletum, ad omentum eruperit, his venter aqua impletur, et moriuntur. III.

763. durum fieri morbo regio laborantibus, malum est. III. 755. quicunque suppuratum uruntur, si quidem pus purum fluat et album, superstites evadunt. III. 762. dolentes, purulenta per alvum egerunt. I. 308. derepente circumcirca dolentibus, febris accedens dolorem solvit. I. 309. III. 763. quibus ustis velut amurca prodit, lethale est. I. 309. et vena cava juxta *Hepar* ad imum ventrem tumor tuberculosus. III. 674.

Hepatis apex cui complicatus erat, huic concusso, derepente dolor sedatus est. III. 629. extremitates quinque. I. 603. quibus dolor, hi sanguine per alvum egesto servantur. I. 280. ab aqua inter cutem laborantes per fungos ustio. II. 472. venae earumque distributio. I. 510. elevatio, splenico modo. III. 441.

Hepate vulneratus moritur. II. 168. ab *Hepate*, quaedam aquae inter cutem incipiunt. I. 97. quibuscunque aquae inter cutem oriuntur, his tusses tussiendique promptitudo accedit. I. 97.

ex *Hepatis* inflammatione singultus, malum III. 758.

Hepatici unde. III. 434.

de *Hepatico* morbo ab atra bile. II. 477. in *Hepatico* morbo, bilis pallidae vomitus. II. 481. colliquatio cum raucedine, malum. I. 308.

Hepaticorum ustionis per fusos buxeos descriptio. II. 482.

Hepaticis quibus multum est sputum cruentum, statim perniciosum est. I. 308.

Hepatitidis venae distributio. III. 455.

Herbae lacustres quales. III. 791. montanae cur aquosis praestantiores. III. 791. breviores, meliores ac solidiores sunt. III. 146.

Herinacei marini triti ad secundas educendas. II. 727.

Herniae puerorum in occidentalibus. I. 554.

Herpetes minime omnium ulcerum quae depascendo proserpunt, periculosi sunt. I. 207. ex pustulis nocturnis. I. 204.

Hiantem, semper dormire, lethale est. I. 92.

Hiatus febres qua ratione praecedant. I. 577.

Hippace, caseus equinus. II. 358.

Hippeae uxor hydropica. III. 540.

Hippocrates Artaxerxem neglexit. III. 852. a Crisamide rege nonus, ab Aesculapio decimus octavus, a Jove vigesimus. III. 770. ab utroque semine a diis ortum habuit. III. 771. aequales cum diis honores, et donaria consequutus est. III. 771. cur post tot de diaeta scriptores suos commentarios ediderit. I. 626. pestem Graeciae imminentem, praevidit. III. 852. quos honores apud suos et exteros sit consequutus. III. 852. sq. Democriti, insanire crediti, gratia Abderam vocatus. III. 775. Cnidiorum bibliothecae combustae criminis falso accusatur. III. 851. innumera sua in Graecos benemerita, magnis sacris publice ab Atheniensibus fuit initiatus. III. 829. patriam a belli periculo liberavit. III. 853. pecuniae contemptor. III. 775. 854.

Hippocratis praedictiones quales. I. 187. de ejus scriptis diversae opiniones. III. 854. patria, genealogia, et praeceptores. III. 850. de Atheniensibus praesagium. III. 851. oratio ad aram. III. 830. de Medicorum suae tempestatis praedictionibus, judicium. I. 196. mors, sepultura et imago. III. 853. de Democrito somnium. III. 788. peregrinationum et patriae deserendae variae causae. III. 851. sententia de humeri articulo, contra caeteros medicos. III. 155. in

docendo ingenuitas. III. 853. genus et familia. III. 770. 850.
Hippocrati sapientiae, quam auri potior fuit ratio. III. 775.
Hircirs incipiens, uter testis extra apparuerit, si quidem dextra, masculum, si vero sinister, foemellam portendit. III. 605.
Hirsuta alioqui foecunda, ex suppressis mensibus. III. 650. sq.
Hirsuti sunt quibuscunque calvis varices accedunt. III. 753. sq.
Holoconitidis radix qualis. II. 726.
Homo quando optime dispositus sit. I. 48. ex nativitate morbus est. III. 810. in tertium annorum septenarium augescit. I. 436. cur medicis et philosophis quibusdam idem esse putetur. I. 355. primis diebus sui respectu calidissimus. I. 367. maxime sanus quando sit. I. 353.
Hominem unum quiddam ut sanguinem, pituitam, bilem, esse non posse. I. 350. non ex uno aliquo elementorum, sed ex quatuor invicem permistis constare. I. 348. unum quiddam statuentes, in quo fallantur. I. 350.
de *Homine* quatenus sophistae ac medici aliquid cognoverint. I. 49.
Homines regionum naturas referunt. I. 550. cur diebus imparibus moriantur. II. 349.
Hominibus sordes in auribus, dulcis quidem lethalis, amara vero non. III. 608.
Hominis anima, non similiter in omnibus augescit. I. 647. natura ad caeterorum animantium naturam collata. III. 809.
Hominum omnem naturam, et ex terra nascentium esse similem. I. 403. erga medicos malevolentia. III. 818. ad plagam meridionalem corporum constitutio qualis. I. 526.
Hordeum natura frigidum est ac siccum. I. 672.
Hordeolum in suprema palpebra, ex calculi morbo. III. 436.
Hormini semen consimilia lini semini facit. I. 678.
Horror ex potationibus. III. 579. et spirandi difficultas in doloribus signa tabis sunt. I. 256. ex sudore, non bonum. III. 757. ex potationibus, ad noctem febris. III. 692.
Horrore affecti, alvos humectas habent. I. 236. affecti, caput dolentes, exudantes, malignum id est. I. 235. affecti, multum insuper exudantes, difficili malos implicantur. I. 235. affecti frequenter ad suppurationem deveniunt. I. 304.
Horrorem, vinum aequali mensura aquae admixtum potum solvit. III. 763. habentibus, menses erumpunt. I. 326. ac rigorem inducunt, progressus ad egerendum paulatim fientes. I. 342. efficit sanguinis fluxio. I. 281.
Horrores, majores vel minores, pro flatuum in corpore qualitate et quantitate. I. 576. unde, et cur corpus concutiant. I. 576. excitat Aquilo. III. 720. quibus a deambulationibus matutinis accedunt, et caput gravatur. I. 734. ex dorso, frequentes, et cito transeuntes, aegre tolerari possunt. I. 235. quibus sanis frequentes sunt, hi ex sanguinis fluxu suppurantur. I. 236.
Horroris inconstantis indicia. I. 335.
in *Horroribus* qui simul judicatorie exudarunt, eos sanguinem effusuros esse arbitror. I. 181. 237.
de *Horrentibus* ex gymnasiis, eorundemque curatione. I. 735.
Hostes servare, et amicos mercede sanare, aequale peccatum. III. 781.
Humana studia, circa res inanes, ac nullius studii dignas, versari. III. 801.
Humanae naturae miseria. III. 810.

quae Humectantur citius et magis, celeritatem judicationis significant. II. 31.

Humeri articulus uno modo luxatur. III. 135. frequenter excidentis curatio. III. 150. luxati ustio. III. 151. frequenter elapsi repositio facilis. III. 137. dolor et gravitas in brachio. III. 670. 697. ac mammae cibis et potibus inflantur. III. 454. attenuati ex aquis lacustribus. I. 535. articuli Hippocratis sententia contra alios medicos. III. 135. summi avulsio. III. 156. quibus facile aut difficile inflammentur. III. 146. dolor ex abscessu. III. 682.

in *Humeris* dolores, bilis nigrae vomitu sanantur. I. 229. quae suppurantur tantillis, mustellae cubito praeditos, parvumque ac macilentum brachium habentes faciunt. III. 686. dolores. I. 229.

de *Humero*. III. 273.

Humerus quibus et quomodo excidit: signa, repositio et curatio. III. 276. quibus id a prima natali die contingit, iis ossa quae ad luxationem proxime accedunt brevia fiunt. III. 277. profundae suppurationes ad humerum iis idem efficiunt non autem adultis. III. 277.

Humiditas cerebri, quomodo insaniae causa existat. I. 610. alimenti vehiculum est. II. 25. homini fit ab articulis. III. 144. per prodeuntia, requirit diaetam siccissimam. III. 453.

ad *Humiditatem* ex reliquo corpore extrahendam, quae figurae magis idoneae. I. 62.

ex *Humidissimo* in igne, et densissimo in aqua, mixtura, natura humida ac calida constituitur. I. 655.

Humidum calidum esse. I. 432.

Humor omnis calfactus fit tenuior. II. 113. in ventre plurimus. I. 638. multus in peripneumonia infra secedens, mortem inducit. II. 309. in sano corpore tertio die prodit. II. 352. qualia ante turbationem et in ipsa turbatione, in corpore efficiat. II. 369. in partu, una cum puero, velut oportet non prodiens. II. 667. multus salubris in corporis perturbatione locum occupans. II. 360. quando affligens priorem consumat. II. 359. levis homini est alimentum. II. 360. aquosus in febribus. II. 354. quomodo ultra biduum in corpore manens, majus aut minus homini malum de se praebeat. II. 343.

Humoris in visum, fluxus curatio. II. 120. partem ubi liquatus fuerit, conglobari ac spissari, donec morbum pepererit. II. 362.

Humori non est facilis vis ad ardua prodire. I. 560.

Humorem abducere oportere forti quidem superne, inferne debili, sudor multus calidus aut frigidus semper fluens significat. III. 764.

ex *Humore* copiosiore foras prodeunte, incommoda. II. 345. ab *Humore* copiosiore non expurgato, quomodo morbi fiant. II. 353. *Humore* in corpore manente, quid fieri soleat. II. 341.

Humores quamdiu in corpore morentur, et quomodo expellantur. II. 341. in articulis reficcati condensantur ac constringuntur in coxendicum morbo. II. 619. quomodo gravitate aut levitate inter se differant. II. 358. liquati, et ad alvum delati, stercus conturbant. II. 362. hominem affligentes, quomodo et cur pauciores fiant. II. 340. corporis quatuor. I. 374. quatuor locis expurgantur. II. 340. in homine quatuor, sanitatis et aegritudinis sunt causae. I. 352. sq. pro temporum anni differentiis in homine dominari. I. 360. diebus imparibus turbantur. II. 350. quatuor homini congenitos esse. I. 555.

Humorum quatuor in corpore, differentiae. II. 358. vacuatio per quae loca facienda sit. III. 711. de loco in locum decubitus in melancholicis affectionibus vere et autumno suspecti. III. 756. in homine potentia, et mutatio, medico necessario cognoscenda. I. 56. impetus et ferocitas quo deducenda. I. 120. in homine distinctas esse species, et nomina. I. 354. in corpore species quatuor morborum omnium causae. II. 324. secretio et vacuatio quando morbos generet. I. 353. decubitus ad aliquem locum, in quibus factos affectus liberat. III. 601. inconstantium consideratio. I. 121.

Humoribus ex anni temporum differentiis resistendum. I. 360.

Hydrops ex pruritu corporis, et cutis crassitudine, post balneorum calidorum usum. III. 649. siccus quibus contrahatur. III. 728. a capitis fluxione ad vertebras et carnes. II. 115. facit erectae cervicis spirationes. I. 305. ex pituita alba accedit. III. 766. ex insania, bonum. III. 757. ex quartanis. I. 644. qui ad curationem remisit, recurrens desperatus est. I. 310.

Hydropis generatio et signa. II. 377. morbi quando adhuc difficiliores fiant. II. 379. causa et curatio. II. 399. in uteris signa, causae et curatio. II. 681. generatio in mulierum utero. II. 379.

ante *Hydropem* suppuratus. III. 698. ad *Hydropem* desinunt, quibus circa tenue intestinum dolores, et urina non facile prodit. I. 346. in *Hydropem* siccum desinunt dolor supra umbilicum et lumborum dolor, si medicamentis non solvantur. I. 281. quibus splenicis morbus degeneret. II. 397. aut a splene, aut hepate, aut pituita alba, aut dysenteria transitus. II. 399. desinunt biliosi, alvo turbata egerente. I. 310.

in *Hydrope* quibus tumores magni facti, emarcescunt, ac rursus attolluntur, hi magis convalescunt. I. 198. cui multum sanguinis sursum ac deorsum eruperit, eum multa aqua repletum iri, timor est. I. 198. si alvus valde fluida fuerit, citissime moritur. I. 380. tormina sine febre. II. 94. fomenta humida, ante pharmaca. II. 477. sicco sui significationem praemittente, tormina intestinum tenue incidentia, mala sunt. I. 310. ex *Hydrope* quando moriantur. II. 380. ab *Hydrope* detento, ubi aqua in venis ad ventrem confluxit, solutio fit. III. 751. qui detinentur, si aquositas per ventrem ad vesicam fluat, solutio fit. I. 147. de *Hydrope* pulmonis. II. 277.

Hydropas Leucophlegmatias appellatos alvi profluvium sedat. I. 314.

Hydropes plurimi ac lethalissimi ab aquis lacustribus et palustribus. I. 333. et morbi regii, qui a splene sunt nigriores sunt. III. 435. in testibus pueris ad plagam meridionalem frequentes. I. 529. aut intestinorum levitates fiunt, dysenteria longa in splenicis desinente. I. 311. ex morbis acutis dolorosi fiunt, ac perniciosi. I. 309.

Hydropica potio. II. 97.

Hydropicus voce repente destitutus. III. 583. ex febre ardente. III. 652. si tumorem in cruribus habens, tussiat, malum. III. 461.

Hydropici, ut sint superstites, quomodo debeant esse adfecti. I. 197. qui desperati. I. 198. pueri curatio. II. 131. quicunque secantur aut uruntur, aqua acervatim effluente, moriuntur. III. 753. ravos oculos habent, et calvi sunt III.

459. medii inter desperatos. I. 198.

Hydropico febrienti, urina parva, et turbata, perniciosa est. I. 310.

Hydropicum si tussis corripiat, quid faciendum. III. 461. si tussis vexet, desperatus est. III. 754. laborem ferre oportet facile, et lassitudinis exortem esse. I. 197.

Hydropicorum alvus qualis esse debeat. I. 197. curatio. III. 573. pectinem ne contingito, neque internas partes. III. 620. urinam apparere convenit pro studiorum ratione, et vinorum mutatione transeunte. I. 197.

Hydropicis facta ulcera in corpore, non facile sanantur. III. 751. circa venas aqua, in alvum prolapsa, solutio fit. I. 310. tussis accedens, malum. III. 762. comitialis morbi affectiones accedentes perniciosae sunt. I. 310. confert puerorum excrementum primum. II. 100. ex *Hydropicis* comitiales, perniciosi. I. 310. in *Hydropicis* siccis, urinae stillicidia, mala. I. 309.

Hydropicos citius secare oportet. III. 620. ad *Hydropicos*. II. 100.

Hydropicum melius est tumores habere quam colliquationes in extremis partibus. I. 197. cibos libenter accipere oportet. I. 197.

Hydropum duae naturae sunt. II. 93.

Hyems si australis et pluviosa ac clemens fiat, quaenam incommoda mulieribus producat. III. 721. morbida aestatem pluviosam, et australem consequitur. I. 545. si sicca et Borealis, necesse est aestatem febriculosam fieri, et lippitudines inducere. I. 543. si quidem sicca et aquilonaris fuerit, necesse est aestate febres acutas, lippitudines et dysenterias fieri. III. 721.

Hyeme cur corpora tarde et modice exerceri debeant. I. 710. quaenam mala magis fiant. III. 724. inferiores partes magis purgare oportet. III. 727. cibos facillime ferunt. III. 711. frigida, homines capita humida ac pituitosa habere par est. I. 526.

Hyemem ferre corpori melius est quam exerceri hoc tempore. I. 710. ad *Hyemem* naturarum aliae bene, aut male se habent. III. 720. post *Hyemem* australem, et pluviosam, abortus frequentes. I. 544.

Hyssopum calidum est, et pituitam ducit. I. 688.

I.

Jactantes se anxie, citra vomitum, qui exacerbantur, male habent. I. 328.

num *Jactantibus* se anxie citra vomitum, spes est ut nigra per alvum prodeant? I. 168.

Jaculo ictus retro in latus. III. 570.

Icteri sive morbi regii curatio. II. 134.

in *Ictericorum* urina subsidet velut ervum fulvum. II. 302.

in *Ictero* medicamentis bilem ducentibus non utendum. II. 134.

Icterus quomodo in oculis cognoscatur. II. 125.

Idiotis quae a medicis dicuntur, et sic corpori adhibentur, quoquo modo novisse satis est. II. 380.

Jecur fibris exemptis, non congelatur. I. 431. pertusum dissectum habere, lethale est. III. 752.

Jecoris generatio. I. 431. morbus ab atra bile. II. 477.

